13.a-62

Bª

Nº 4
37-59

Biblioteca ... Granada
Sala A
Estante 3
Tabla 7
Número 138

BIBLIOTECA UNIV... GRANADA

del Collegio dela Compañia de Jesus de Granada
R. 12416
Bª

# IOANNIS DE RO-IAS EPISCOPI SER-GENTENSIS IN REGNO SICILIÆ,

quondam Collegij Maioris D. Iacobi Zebedæi, vulgò Conchenſis Collegæ digniſsimi, opus tripartitum: De ſucceſsionibus, De Hęreticis, & Singularia in fidei fauorem, &c.

*AD ILLVSTRISSIMVM, AC PRVDENtiſsimum virum, D. D. Franciſcum Ferdinandum de Lieuana, Cancellariæ Valliſoletanæ præſidem ſapientiſsimum.*



Cum Priuilegio Catholicæ Maieſtatis.

SALMANTICÆ.
Ex officina Ildefonſi à Terranoua & Neyla.
M. D. LXXXI.

*Expenſis Hieronymi de Milis bibliopolæ.*

# El Rey.

POrquanto por parte de vos Hernando de Rojas vezino de la villa de la Roda hermano y heredero đ don Iuan de Rojas defunto Obiſpo q̃ fue de Sergento en el reyno de Sicilia. Nos fue hecha relacion, que el dicho vueſtro hermano auia compueſto, y con licẽcia nueſtra imprimio tres libros el vno que ſe intitulaua de Hæreticis, vna cum quinquaginta Analyticis Aſſertionibus, & priuilegis Inquiſitorum, y el otro Epitome omnium Succeſsionum ex teſtamento, & abinteſtato Iure Communi, & Regio, y el otro Singularia Iuris in fauorem fidei hæreſiſque deteſtationem, y porque los dichos libros eran muy vtiles y prouechoſos, y la dicha impreſsion ſe auia acabado, nos ſuplicaſtes os dieſſemos licencia para podellos hazer imprimir, y priuilegio para los vender, o como la nueſtra merced fueſſe, lo qual viſto por los del nueſtro cõſejo, porquãto en los dichos libros ſe hizieron las diligencias q̃ en la prematica por nos hecha ſobre la impreſsion de los libros diſpone por os hazer bien y merced, fue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra cedula para vos en la dicha razon, y nos tuuimos lo por bien por la qual vos damos licencia y facultad para que vos o la perſona que vueſtro poder ouiere, y no otra alguna podays hazer imprimir los dichos libros que de ſuſo ſe haze mencion, por los originales que en el nueſtro Conſejo ſe vieron que van rubricados, y firmados al fin de cada vno dellos de Iuan Gallo de Andrada nueſtro ſcriuano de camara de los q̃ reſiden en el nueſtro Conſejo, por tiempo y eſpacio de ſeys años primeros ſiguientes que corren, y ſe cuenten deſde el dia de la fecha deſta nueſtra cedula en adelante. Sopena que la perſona o perſonas q̃ ſin tener para ello vueſtro poder lo imprimierẽ, o vendieren o hizieren imprimir o vender pierdã toda la impreſsion q̃ hizierẽ cõ los moldes y aparejos della, y mas incurrã en pena de cinquẽta mil marauedis cada vez q̃ lo cõtrario hizierẽ, la qual dicha pena ſea la tercia parte para la perſona q̃ lo accuſare, y la otra tercia parte para el Iuez q̃ lo ſentẽciare, y la otra tercia parte para la nueſtra camara, y fiſco, con tanto que todas las vezes que ouieredes de hazer imprimir los dichos libros durante el dicho tiempo de los dichos ſeys años, los traygays al nueſto Conſejo juntamente con los dichos originales para que ſe vea ſi la dicha impreſsion eſta conforme a el, y ſe os de licencia para lo poder vender, y ſe os taſſe el precio a como ſe ouiere de vender, ſopena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha prematica. Y mandamos a los del nueſtro cõſejo, y a otras qualeſquier Iuſticias de ſtos nueſtros reynos que guarden, cumplan, y executen eſta nueſtra cedula, y todo lo en ella contenido. Fecha en Badajoz a tres dias del mes de Iunio de mil e quinientos y ochenta años.

## Yo el Rey.

Por mando de ſu Mageſtad.

*Antonio de Eraſſo.*

# ILLVSTRISSIMO VIRO D. D. FRANCISCO FERDInando de Lieuana, Cancellariæ Valliſoletanæ præſidi iuſtiſſimo, Hieronymus de Milis, Bibliopola, S. & Æ. F. precatur.

*CVM diebus ſuperioribus, præſes Illuſtriſsime, diuerſos genere & facultate libros euoluerem, inter alia non ſpernenda volumina, tria Ioannis de Rojas Epiſcopi Sergentenſis, quondam Collegij Maioris diui Iacobi Zebedæi Collegæ ſtudioſiſsimi, opuſcula forte offendi. Quæ, quoniam peracri iudicio, ſumma breuitate, & non ineleganti ſtylo conſcripta certò ſcio, quam plurimis tamen mendis referta, & penè obliterata & in exiguos libellos diſſecta autoris ſui laudibus non modo non reſpondere, verùm grauiſsimam ignominiæ notam inurere videbantur, grauiter moleſteq; tuli paucorum hominum incuria tanti viri nomen labefactari. Quare operæpretium me facturum existimaui, ſi pristinæ integritati reſtituta, & in volumen vnum collecta iterum typis cudenda traderem. Quod, cùm mihi ex Alfonſi à Terranoua officina accuratiſsima, omnibuſq; typographicis inſtrumentis inſtructiſsima eſſet præſtitum, illud reſtabat, vt cui potiſsimùm hunc meum laborem, quantuſcunq; eſt, dicarem, mecum ipſe ſtatuerem. Perculſit illicò animum tuæ erga omne genus hominum, ac præcipuè in noſtrum autorem beneuolentiæ recordatio. Cùm enim & bonarum artium patronus, & eiuſdem Collegij Alumnus, decus, & ornamentũ extiteris, cuinam ego potiori iure æquiuſq; has lucubrationes correctas, ac reſtitutas conſecrare potuiſſem, quàm tibi, cui ſuus autor, ſi viueret eaſdem, vel corrigendas, vel approbandas ſubmitteret? Sed me temeritatis periculum pro tua amplitudine remorabatur: donec poſt longã dubitationẽ, eò res deducta eſt, vt in eam partẽ, quæ humanitate tua nitebatur inclinarem: malui enim audaciæ, quam timiditatis diſcrimen ſubire. Accipe igitur, præſes illuſtriſsime, hoc à me leuidenſæ munuſculum, quod ſi perexiguum, nomineq; tuo minùs dignum iudicaueris, autoris nomine, ac neceſsitudine cumulatum compenſabis, meq; deinceps ad maiora tibi præſtanda obſequia excitabis. Vale, præſes opt. max. Dat. Valliſoleti Cal. Ian. Ann. 1581.*

*E. C. L.*

*C.*



# EPITOME OMNIVM SVCCESSIONVM EX TESTAMENTO ET ABINTESTATO Iure communi, & Regio.

*SVMMARIVM.*

1 *Meliùs ac faciliùs quælibet res eius diuiſione cognoſcitur.*
2 *Diuiſio tria ſingularia adfert commoda.*
3 *Res notatu digna ſeipſam commendat, alia non eget commendatione.*
4 *Succeſſionum gradus tres præcipuè ſunt.*
5 *Quandiu habet locum ſucceſsio ex teſtamento, ceſſat ab inteſtato ſucceſsio.*
6 *Filij in ſucceſsione primũ ſemper locũ obtinẽt.*
7 *Multiplices ſunt filiorum ſpecies & conditiones, & varia eorum nomina.*
8 *Filij legitimi & naturales qui ſint.*
9 *Filij naturales tantùm qui dicantur.*
10 *Filij alij legitimi tantùm.*
11 *Filij ſpurij qui propriè nominentur.*
12 *Filij vulgò quæſiti qualiter cognoſcantur.*
13 *Filij inceſtuoſi qui vocentur.*
14 *Filij nefarij qui propriè ſint.*
15 *Filij manzeres alij nuncupantur.*
16 *Filij alij vulgari nomine baſtardi.*
17 *Filij alij ſunt adulterini.*
18 *Filij nothi alij appellantur.*
19 *Filij ſacrilegi alij nominantur.*
20 *Filij alij varij, quaſi ex vario ſemine nati.*
21 *Filij Clericorum qui propriè dicantur.*
22 *Filij ſpirituales qui ſint, & de omnibus prædictis filijs remiſsiuè nu. 23.*

## Cap. Primum.

1 FACILIVS (inquit Seneca epiſtola. 88.) per partes in cognitionẽ totius deducimur; ac Cicerò in Rhetorica affirmat Diuiſionẽ, illuſtrem ac perſpicuam reddere Orationem. Tres præcipuos operatur effectus relectionis diuiſio, videlicet, animum legentis incitat, mentem audientis præpa-
2 rat, memoriam artificioſè corroborat, vt refert gl. in proœ. inſti. §. igitur, quam dixit ſingularem Card. introitu lecturæ decreta. & Iaſ. in rub. ff. de legatis primo. num. 22. & in rubr. inſtit. de actio. num. 38. Guilier. Bene. in repet. cap. Rainuntius. in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam. num. 175. de teſta. & Bonus de Cur. de nobili. parte. 2. in prin. num. 9. Petrus de Vnzo. in arte Notariatus poſt princ. ideò hanc ſucceſsionũ materiam nimis vtilem, actuq; practico paſsim, & frequenter in iudicijs verſatam, quæ ſeipſam commẽdat, aliaq; non eget commendatione. vt verbis Iuriſconſulti Vlpiani vtar, in. l. 1. in prin. ff. de
3 inte. reſtitu. in hunc modum diuidẽdam eſſe cenſeo, videlicet in tres ſucceſsionum gradus, aſcendentium, &
4 deſcentium, & collateralium. iuxta Auth. de hære. & falci. §. ſemper igitur. col. 1. & in Auth. de hære. abinteſta. venien. in princ. col. 9. Auth. vt cùm de appella. cogno. § hæc autem diſpoſuimus. col. 8. Authen. ceſſante. C. de leg. hær. & in. §. 1. de gradi. inſti.
5 & in. §. fina. de hær. quæ abinſt. defer. l. regia. 2. tit. 13. par. 6. l. 1. titu. 6. lib. 3. Fori. ll. l. fi. ti. 13. par 6. & quia quãdiu poteſt ſuccedi ex teſtamento, ceſſat abinteſtato ſucceſsio. l. quãdiu. ff. de acqui. hæred. l. antequã. C. cõm. de ſucce. l. ex teſtamẽto. C. vnde lib. l. quã-

diu.ff.de reg.iur.ideò primo loco ma
teria ſucceſsionis ex teſtamento me-
ritò à nobis examinanda erit dein-
ceps ſucceſsio ab inteſtato,& in vtra-
6 que ſucceſsione primum locum filij
obtinēt, Auth. in ſucceſsione. C. ſuis
& leg.hære.l.inter cætera ff.de lib.&
poſthum.l. 1.ff. de iniuſto rup. irri.
fact. teſta.l. ſi quis enim. ff. de vul. &
pupi.ſubſt.l.3.tit.13.par.6.lib.53.tit.
6.part. 1. Ob id in primis de filiorum
ſucceſſione actiua,id eſt,deſcenden-
tium; deinde ſucceſſione paſsiua, id
7 eſt,aſcendentium videndum eſt. Fi-
liorum verò multiplices ſunt ſpecies
ſeu conditiones, de quorum ſucceſ-
ſionibus ſeparatim ſuo loco opportu
nè examinabimus.

8 Quidam ſunt filij legitimi, & na-
turales, nati ex legitimo matrimo-
nio vero, vel putatiuo.l. filium eum
diffinimus. ff. de his qui ſunt ſui vel
ali. iuris. Authē. quibus modis natu.
effi.ſui.§.legitimi ſi quidem, col.7. &
in princ.inſti.de nup.& in prin. inſti.
de Patri. poteſt. cap. per venerabi-
lem. qui filij ſunt leg. cap. fina. 32.
quæſtio.4.l.1. tit.13.part.4.l.2.tit.15.
par.4.& in princi.ſummæ, ti.7. par.2.

9 Alij ſunt filij naturales tantùm, vt
in rubro, nigro. C. de natu. lib. & in
l.in concubinatu. ff. de concubi.l.1.
C. eodem, tit. cap. fina.32. quæſt. 4.
l.1. tit. 15. part. 4. & ſunt illi, qui ex
concubina, cum qua matrimonium
eſſe poterat, nati ſunt, & nouiſsimè
lex.11.Tauri. de quorum ſucceſſio-
ne latiùs infra, cap.10.

10 Alij nuncupantur filij legitimi tā-
tum, in quibus natura nihil opera-
tur, ſed legis miniſterium, vt ſunt fi-
lij adoptiui, & arrogati. l. ſi arroga-
tur. ff. de adopti. l. cum adoptiuis.C.
de adopti. gloſſa, & interpretes in.c.
1. de cogn. lega. l. 1. tit.16. part.4. l.5.
tit.6.lib.3.fori.ll.de quorum vera dif-
finitione, & ſucceſsione latiſsimè in-
fra.cap.16.cum ſequentibus.

11 Alij ſunt filij ſpurij, nati ex mulie-
re publica, & patre incerto. l. ſi ſpu-
rius. ff. vnde cogna. l. vulgo conce-
pti: ibi qui ſpurij appellantur. ff. de
ſtatu. homi.l.11. tit.13. part. 6.l.1.tit.
15. part. 4. vnde verſus, vt ſeges ex
ſpica, ſic ſpurius ex amica: cui pater
eſt populus, pater eſt ſibi nullus, &
hoc nomen ſpurius eſt nomen gene
rale, & ſpeciale, vt latiùs inferius.c.
19.cum ſequentibus declarabitur.

12 Alij dicuntur filij vulgò quæſiti,
qui patrem demonſtrare non poſ-
ſunt, vt ex ipſo nomine apparet, l.
vulgò concepti. ff. de ſtatu homi.
quæ lex inquit hiſce verbis: Vulgò
concepti dicuntur, qui patrem de-
monſtrare non poſſunt. l. 2. l. mode-
ſtinus.ff. vnde cognati. §. nouiſsimè.
inſti. ad Orfici. §. fi. inſti. ad Tertu.l.
11.tit.13.part.6.

13 Alij ſunt filij inceſtuoſi nati ex li-
nea tranſuerſali in gradu prohibito
affinitatis, vel conſanguinitatis. l. ſi
adulterium cum inceſtu. ff. de adul.
l. etiam. ff. de ri. nupti. §. inter eas,
&. §. fratris verò. inſt. de nupti. Au-
then.de inceſ. nupti. in prin. colla.2.
vbi gloſſ. in verbo ſancimus, & alia
in rub.C.de inceſtis nup.c. lex illa. §.
inceſtus.36.quæſt.1.l.19.tit.13.part.
6.l.1.tit.18.par.7.l.2.tit.17. part.4.&
l.6.tit.18.par.4.

14 Alij filij nefarij dicuntur, geniti
ex patre & filia, vel alijs aſcendenti-
bus, vel deſcendentibus. l. qui etiā.
ff.de ri. nupti. & in. §. ergo non om-
nes. inſti.de nupti. gloſſa in rub. C. de
inceſtis nupti. & in Auth. de inceſtis
& nefarijs nupt. in princ. col. 2.

15 Alij filij manzeres dicuntur, nati
ex meretricibus, de quibus in c. niſi
cùm pridem. §. perſonę de renuncia.
cap. per venerabilem. in fine, qui fi-
lij



lij ſunt legi.l.1.tit.11.part.4.

16 Alij vulgari nomine baſtardi, qui
illegitimi dicuntur, cuiuſcunque ge-
neris ſint, gloſ. in rub. C. concubinis.
Decius.conſi.433. nu.14. Gabri.Pale.
de nothis.c.17.nu.7.

17 Alij ſunt filij adulterini, ex adulte-
rio nati. c. per venerabilem. §. quod
autem. qui filij ſunt legitimi. l. ſi adul-
terium cum inceſtu. ff. de adulte-
rijs.l.1.tit.15.par.4.

18 Alij filij appellātur nothi, ex adul-
terio etiā geniti, vt in dict.c.niſi cùm
pridem. §. pro graui. l. 1. in fin.tit.15.
part.4. de quibus optimum ſcripſit
tractatum Gabriel Paleotus de no-
this, vbi latiſsimè.

19 Alij ſunt filij ſacrilegi, habiti ex ali
qua Moniali, vel Religioſa. c. Virgi-
nibus.c.impudicas.c.ſi quis ſacro.27.
quæſt.1. qui etiam inceſtuoſi & adul
terini filij vocantur, cùm Moniales
ſint ſponſæ Chriſti. c. quæ Chriſto. c.
peruenit. 27. quæſt. 1. vnde meritò
inquit gl. in dict.c. Virginibus, quòd
qui violat Monialem, tria delicta cō-
mittit ſacrilegium, quia lædit rem
ſacram, inceſtum, quia conſangui-
nea ſpiritualis eſt, item adulterium,
quia ſponſa Chriſti, quam gloſ. dixit
ſing. Abb. in cap. monaſteria. in fi-
ne. de vita, & honeſta. Clerico. & in
c. cùm dilectus, nu. 2. de pur. Cano.
Dec.conſil.579.incip. in præſenti ca-
ſu, nu.5. & in conſil.338. in caſu pro-
poſito in prin. Hippoly.in.l.1.nu.40.
de rap. Virginum. Ioā. Baptiſta Cac-
ci. in rep.l.ſi qua illuſtris, nu.15. C. ad
Orphici. Paulus Grillandus de pœ-
nis omnifariam coitus, quæſt.1. nu.
10. vbi latè examinat quod ex coitu
cum moniali, non tantùm tria, ſed
quatuor delicta oriātur. Ioannes Lu-
pus in.l.9. nume.46. Tauri. glo.ma-
gna in.l. 10. tit. 5. libro. 3. Fori.ll.l.
ſing. 5. tit. 15. libr. 8. Ordinamenti.
l. 6. tit. 18. part. 4.

20 Alij dicuntur filij varij, quaſi ex
vario ſemine nati. Et hoc nomine
fuit vocatus Imperator Heliogabal[9],
vt refert Gabriel Paleotus, de nothis
& filijs ſpurijs, cap.16.nu.8. ſed Iuriſ-
conſulti hoc nomine non vtuntur,
neq; apud eos me legiſſe memini.

21 Clericorum verò filij, iuxta gloſ.
in verbo. adulterinis, in dict. c. per
venerabilem, dicuntur adulterini,
cùm clerici in ſacris Eccleſiarum ma
riti ſpirituales cenſeantur, vt in dict.
cap.niſi cùm pridem. cap. Cenoma-
nenſem.56.diſt. quam gloſ. in dict.c.
per venerabilem. dixit menti tenen-
dam. Abb.ibi.nu.32.& Paulus Delea.
in Clem.1.de offic.ord.Bar.veró in.l.
2.nu.3.ff. de accuſationi. filios ſacer-
dotis, vel monachi nepharios vocat.
Sed gloſſ. in.l.2. in verbo. filij. C. de
Epiſc.& Cleri. vocat inceſtuoſos, quā
gl. optimè declarat Feli. in. cap. cùm
dilectus. num. 5. de accuſati. & eam
Bar. & Angelus in proprio loco. dict.
gloſſ. ſequuntur. Sed Cynus, Butrica-
rius, Bald. Salic. eam ibi reprobant.
Idem Bal. in.l.Si quis inceſti. num.3.
C. de inceſt. nu. 3. C. de inceſt. nupt.
& Anto.Cor. in ſingulari, incipiente.
fornicatio. in fine, & Couarr. in.4. de
ſponſ.cap.8.§.5.num.14.par.2. Omiſ-
ſis circa hoc Docto. opinionibus, ma-
gis communis opinio eſt, filios cleri-
corum in ſacris, eſſe ſpurios. gloſſ. in
verbo non licet, in dict.l. vulgò con-
cepti, gloſſ. in verbo hæreditatem, in
c. cum multæ. 15. quæſt. vlti. gloſſ. in
Authentic. quibus modis natu. effic.
ſui. §. fin. in verb. participium. col. 7.
alia in.l.10.tit.5.lib.3. Fori, in verbo.
Ni a home de religiō. pro quibus eſt,
text. in cap. ad Abolendam, de filijs
presbyt. tenet Bart. in.l. final. num.2.
ff. de his quibus vt indi. & in conſil.
143. incipiente, Paulus filius. num.2.

Cynus, & communiter docentes. in dict.l.2. Ioan. Andr. in addi. ad Specu. ti. qui filij ſunt legi. in addi. 1. magna. Abbas in.c.fi.nu.3. de cogna. ſpirit. & in.c. Innotuit. num. 19. de electi.

22 Alij ſunt filij ſpirituales, qui mediãte aliquo actu ſpirituali efficiuntur, vt ex Baptiſmate, Confirmatione, vel ſacramentali Confeſſione. capit. ſuper eo.c. veniens.c.fin. de cogna. ſpiri. cap. 1. §. fin. eod. tit. lib. 6. cap. nõ debet. cap. ad limina. cap. omnes. 13. quæſt. 1. cap. Si quis ex vno. 13. q. 4.l.6. titu.4. par.1. Omnes diœceſani dici poſſunt filij Epiſcopi ſpirituales, & omnes parochiani filij Rectoris. cap. Omnes, quos in pœnitentia ſuſcepimus. 12.q.1. & in.c. fi. ea cauſ. q. Abb. optimè. in.c. tanta. num. 11. qui filij ſunt legi.

23 Nonnullas igitur prædictorum filiorum ſpecies ac conditiones refert gl. in verbo manceres. in. d.c. niſi cũ pridem. gl. in verbo repellendus in dict.c. tanta. gl. in pri. de adop. inſtit. in verbo naturales. gl. in verbo adulterinis in dict. c. peruenerabilem, & alia ibi, in verbo non naturalibus. gl. in rubr. C. de inceſt. nupt. gl. in verbo, nec naturales. in Authent. ex cõplexu. C. de inceſ. nup. glo. in verbo liberi: vbi optimè per Cardin. de Turreque. in.c.fi.32.q.4. glo. in l.2. tit.13. part.6.l.1. titul. 15. par.4. Speculator titu. de ſucceſsionibus abinteſt. poſt. princ. qui plures filiorum ſpecies refert. Et Dinus in tractat. de ſucceſsi. abinteſt. in princ. Bart. in.l.fi. ff. de his quibus, vt indig. Bald. in.l. Si qua illuſtris. in princ. C. ad Orfi. vbi pleniſſimè Ioan. Bapt. Caccia. num.4. cum ſequent. Ludouic. de Aſar. de natu. libe. in.2. part. in princ. Gabriel Paleotus de nothis & ſpurijs. c. 16. egregiè Docto. de Couarru. in.4. de ſponſalibus. 2. parte. cap.8. §. 5. De omnibus ergo prædictorum filiorũ ſucceſsionibus, ſeparatim ordine à nobis ſuperius tradito ex teſtamento, & abinteſtato videndum eſt.

*SVMMARIVM.*

1 *De vniuerſalibus, faciliùs ad cognitionem particularium deuenimus.*
2 *Errans circa principia, non poterit principiata cognoſcere.*
3 *Ad cognitionem ſpecierum debet præcedere cognitio generis.*
4 *Filius legitim⁹ & naturalis dicitur natus ex matrimonio legitimo vero, vel putatiuo.*
5 *Filius à φιλ@ Græcè, id eſt amor, dicitur.*
6 *Liberorum vita, parentibus chara eſt.*
7 *De parentum amore in filios.*
8 *Inter filios legitimos & naturales, inſpecta lege naturali nullum eſt diſcrimen.*
9 *Verus intellectus ad §. natura ſiquidem, quibus modis natura. effi. ſui. col.7.*
10 *Factæ ſunt leges, vt earum metu humana coerceatur audacia.*
11 *Proles cenſetur legitima propter ignorãtiam alterius coniugum.*
12 *Ignorantia eum excuſat, qui dat operam rei licitæ.*
13 *Ignorãtia facti regulariter à iure præſumitur.*
14 *In ijs, quæ de genere prohibitorũ ſunt, nulla eſt differentia, an actus fiat clam, vel palàm.*
15 *Quãdo matrimoniũ dicatur publicè cõtractũ.*
16 *Senſus verus & literalis ſacroſancti Concilij Tridentini.*
17 *Ignorantia iuris neq; mulieribus prodeſt.*
18 *Quando ignorantia iuris excuſet.*
19 *Filius naturalis per ſubſequens matrimoniũ*
20 *efficitur verè & propriè legitim⁹, & nu 20.*
21 *Matrimonium poſſe cõtrahi à ſene decrepito in articulo etiam mortis.*
22 *Subſtantialia matrimonij ſunt, fides, proles, & ſacramentum.*
23 *Intellectus ad. c. cũ inhibitio, de clan. deſpõ.*
24 *In matrimonio quædã ſunt de honeſtate, & quædã de ſubſtãtia matrimonij.* (*adulteræ*
25 *Fili⁹ cẽſetur legitimus, natus ex muliere etiã*

26 *In*



26 *In ambiguis, pars benignior tenenda eſt.*
27 *Præſumendum eſt potius poſsibile honeſtum, quàm poſsibile inhoneſtum.*
28 *Aſſertio matris nihil prorſus filio nocet.*
29 *Aduerſus probationem iuris & iure, probatio in contrarium non admittitur.*
30 *Filius poſt mortẽ mariti natus mariti & non adulterij præſumitur.*
31 *Propter nimiam mariti abſentiam, non mariti, ſed adulterij filius præſumitur.*
32 *Barba. reprehenditur, & meritò.*
33 *Practica ac forma probandi filiationem.*

# Cap. ſecundum.

1 EGregie, inquit Philoſophus in libr. 1. Phyſicorum, q̃ de vniuerſalibus faciliùs ad particulariũ cognitionem deue
2 nimus. Idẽ in. 2. lib. Metaphyſ. quòd errans circa principia, non poterit principiata cognoſcere, & ad cognitionem ſpecierum debet præcedere cognitio generis.l.1.ff. ſi cer. peta.l.1.
3 ff. de acqui. poſſe. Ideo ne per terminos ignotos procedamus, priùs de ſignificatione nominis, eiuſq; diffinitione nonnulla oportet priùs referre, more iuriſconſulti in dict.l.1.ff. Si cer. peta. & in.l.1.ff. de teſta. & in.l.1. §. dolum. ff. de dolo. Filij ergo legiti-
4 mi & naturales dicuntur, nati ex legitimo matrimonio vero, vel putatiuo, ſiue ab initio, ſiue ex poſt facto. Quam diffinitionem probat.l. filium eum diffinimus. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iu.l. quia ſemper. ff. de in ius voca. iuncto textu in. c. 2. & in. c. ex tenore, q̃ filij ſunt legitimi.l.2. tit. 15. par.4. Et vt omnia clariùs ac faciliùs percipi poſſint, ſingula huius diffinitionis verba oportet diſcutere.
5 Dicuntur filij à φιλ@ Græcè, quod eſt amor. l. liberorum. §. Sed & Papyrius. ff. de verbo. ſigni. vbi Bart. nu. 2. gloſſ. pen. in. §. fin. inſt. qui teſ. tuto. dari poſſunt. Bald. in.l. maximum vitium. num.9. C. de lib præte. vel exhære. Abb. conſi. 85. nu. 5. volum. 1. quia maximus amor & dilectio parẽtum eſt in filios.l. iſte quidem. ff. quòd metus cauſa. l. ſcripto hærede, in fine. ff. vnde lib.l. fi. in princ. C. de curato. furio. dicens quòd nullus amor eſt, qui vincat paternum, & plus pater diligit filium, quàm ſeipſum, vt in dicta l. Iſte quidem, & in. §. fi. inſt. de Noxa. actio. Feli. in. c. adferte nota. 2. de præſumpti. Hippol. in.l.1. §. inauditũ, num.7. ff. de ſicarijs. quo in loco nõnulla notatu digna ſcripſit. Alex. con ſil.1. col. pen. volu. 1. Andræ. Tiraq. in præfatione repe.l. Si vnquam. nu. 11. cum ſequentibus. C. de reuocandis donat. Ariſtot. lib. 8. Ethic. cap. 12. in quit, q̃ parentibus, vita liberorũ chara eſt, vt ſua. Et illud Virgilianũ lib. 1.
6 Æneid. Omnis in Aſcanio chari ſtat cura parentis. Bal. in. c. ſuper eo, in. 2. per tex. ibi, quòd pater diligit honorem & incrementum ſui filij ardenti deſiderio, glo. docentes, in.l. quidam cum filium. ff. de hære. inſti. quòd filius non poteſt inuenire maiorẽ amicum, quàm patrẽ. Bal. in. c. Per tuas. de proba. quòd pater eſt melior amicus totius mundi. Quo in loco ſimiliter affirmat amorem parentum in filios minimè abſcondi poſſe. Id liquidò apparet ex lib. 3. Regum. cap. 3. de matre petente filium coram rege Salomone, quòd commota fuerunt viſcera eius. habetur in. cap. afferte. de præſump. Et mirabile illud huius rei exemplum omittẽdum minimè eſt, ex lib. 2. Reg. c. 18. q̃ cũ Abſalõ, Amõ ipſius Dauidis filium primogenitum necaſſet, & ad concubinas ſui patris ingreſſus fuiſſet, & ipſum patrẽ à regno & vita priuare omnibus viribus

contendiſſet, illius tamen mortem pater anxiè, muliebri & lacrymabili voce deplorauit, dicens: Fili mi Abſalon, Abſalon fili mi! quis mihi tribuat vt ego moriar pro te? Hoc memorabile exemplum docet Chriſtianiſſimos noſtræ tempeſtatis Reges in ignoſcendis filijs, delictiſq; illorum remittendis pronos eſſe, ſi eorum filij aliquid forſan machinati fuerunt, dũ modo Regia Maieſtas, ac Reipublicæ ſtatus incolumes in poſterũ ſeruẽtur: nam miſericordia & veritas cuſtodiunt Regem, & roboratur clemẽtia thronus eius. vt Prouerb. cap. 20. & Diuus Iſidorus libr. 12. Ethymologiarũ. cap. de Regibus, inquit, quòd apes electus in regem, ſtatim amit-
7 tit aculeum. Quam plurima de parentum amore in filios congeſſit Oldra. conſil. 15. Gomezius in. §. actiones. inſtit. de actio. Plutarchus in lib. de amore parentum in liberos vberrimè Tiraquel. in præfatione. l. Si vnquã. nu. 9. cũ ſeq. C. de reuoc. dona.

8 Præterea dicitur in prædicta diffinitione, filij naturales, quia naturaliter ſunt geniti, cũ ſit de iure naturali maris & fœminæ coniunctio: vt in princ. Inſtit. de iure natur. genti. & ciui l. hos accuſare. §. omnibus, ibi, natura communis eſt omnibus. ff. de accuſat. Authen. quibus modis natu. effi. legi. §. Si quis verò. col. 6. Bal. in l. executorem. num. 32. C. de exe. rei iud. & in l. humanitatis. n. 44. C. de impu. & alijs ſubſtit. & inſpecta lege naturali tãtùm, nihil intereſt inter filios legitimos & naturales. Auth. quibus mo. natur. effi. ſui. §. natura ſiquidẽ ab initio. co. 7. ꝙ omnes filij olim liberi legitimiq; naſcebantur. Per quẽ text. Bart. in. l. in concubinatu. nu. 3. &. 5. ff. de concubi. Alber. in. l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſtit. & iur. Bald. Noue. in tract. de dote, in. 3. part. num. 7. dicunt quòd de iure naturali ante. ll. ſcriptas, omnes filij ex quacunque muliere nati legitimi dicebantur: ſed contrarium videtur, cùm matrimonium à principio mundi in paradiſo in ſtatu innocentiæ ab ipſo Deo fuiſſet inſtitutum, vt inquit text. in cap. 1. de voto. lib. 6. cap. l. diuinæ. 27. quæſt. 2. capit final. de frigidis, & Gene. capit. 2. Conſtat ergo ſemper, & omni tempore inter filios legitimos, & illegitimos fuiſſe diſcrimen. Et ante leges Moyſis legimus filiorum illegitimorum factam mentionem, vt Gene. capit. 21. &. 22. &. 25. &. 34. & 36. &. 38. dicendum ergo pro ſolutione videtur, quòd quodam tempore, quo homines beſtiarum more vagabantur, & ſibi victu ferino vitam agebant, nuptias legitimas ignorantes, vt Ciceronis verbis, in prooemio ſuæ Rhetoricæ vtar, de illo fortaſſis tempore Imperator Iuſtinianus, cogita-
9 bat in dict. §. Natura ſi quidem, dicẽs natura legitimos omnes filios æquè producebat: vel quòd dicamꝰ, quòd ſecundum ea quæ meram naturam tangunt, filios legitimos, & illegitimos, non differre quantum ad naturale fœdus, filius naturalis tãtùm pro legitimo habeatur, & quòd ita intelligatur dicto. §. Natura ſi quidem, & dict. §. omnibus. ibi natura communis eſt omnibus, ita Bald. in cap. quæ in Eccleſiarum, in fine. de conſtitut. Ancharran. conſil. 225. incipi. videtur. Melius Tiraquel. in. l. Si vnquam in verbo donatione largitus, nu. 288. C. de reuoca. donat. vt ad id allegat. l. adoptiuus. §. ſeruiles. ff. de adopt. Sed hæc ratio, & ſolutio ſimili modo hodie militat, & adhuc vrget prædicta obiectio: ideo rectius pro vera ſolutione dicendum eſſe iudico, quòd quando homines rationem tantũ ſequẽtes naturalẽ, ſingulis ſuis contenti nuptijs viuebãt, vt inquit Saluſtiꝰ, in prooemio Catilinario, dicens, vita hominum, ſine cupiditate agitabatur, ſua cuiq; ſatis placebant: iuxta illud vulgatum, aurea ſecula feruntur ſub Saturno fuiſſe, & erat natura adhuc nullis hominum vitijs inquinata, ideo legitimi omnes æquè producebantur, & in hunc modum ſunt intelligenda dicta iura. Poſtea verò natura corrupta, homines ad libidinem proni, factæ fuerunt leges, quæ libidinem cohiberent, & appetitus noxius ſub iuris regulis limitaretur, vt ait Gregorius Summus Pontifex in ſuo Prooemio decreta. in princ. Vnde
10 meritò inquit Iſidorus in libr. Ethymologiarum, quòd factæ ſunt leges, vt earum metu humana coërceatur audacia. Et habetur in cap. 2. 4. diſt. & proditæ leges, poſitum fuit per conſequens diſcrimen, & differentia inter filios legitimos, & illegitimos, iuxta legum formam & ſanctionem: non tamen erant ab initio concubitus promiſcui, vt quidã, & malè, ſentiunt. Et iuxta hunc ſenſum à nobis traditum, ſunt intelligenda ſcripta à Bart. in. d. l. in concubinatu, quod ſanè eſt notatu dignum, & alibi nõ ita inuenitur expoſitum.



Præterea dicitur in diffinitione legitimi, quia parentum coniunctio à lege, & iure eſt approbata. l. filiũ eum diffinimus. ff. de his qui ſunt ſui. Authent. quibus modis natu. effi. ſui. §. legitimi ſiquidẽ. col. 7. c. liberi. 32. q. 4. & in prin. inſti. de nupt. l. 1. tit. 13. p. 4. Itẽ ponitur illud verbum matrimonio vero, id eſt, nullo ſtante iuris impedimento. c. quod ſuper ijs. de conſanguinitat. & affinitat. c. perlatum. qui filij ſunt legitimi.

11 Rurſus additur in prædicta diffinitione, vel matrimonio putatiuo: nã * reputatur legitimũ matrimoniũ, propter ignorantiam cõiugum, vel alterius eorum, qui impedimentum aliquod inter eos eſſe ignorabant. Proles etenim ex tali matrimonio putatiuo, legitima erit cenſenda. c. 2. c. ex tenore. qui filij ſunt legi. l. 2. titu. 15. par. 4. & l. 1. ti. 13. p. 4. & l. 4. tit 6. lib. 3. Fori. ll. Vnde ſingulariter inquit Bal. in l. qui contra. nu. 4. per tex. & gl. ibi. C. de inceſ. nupt. quòd ſi Berta acceperit aliquem Sacerdotem in maritum credens eſſe ſolutũ, & non preſbyterum, iuſta ignorantia ducta, vt puta, quia ille Sacerdos erat Anglicꝰ, & ipſa mulier Peruſina, ꝙ filij ex tali matrimonio nati, propter mulieris ignorantiam cẽſentur legitimi & naturales, quo in loco aliud ipſemet Bal. ſubdit exemplũ, ꝙ ſi monialis de Francia venerat ad ciuitatem Peruſij, & quiſpiam eius conditionis ignarus eam duxerat in vxorem, & nati ſunt inde filij, huiuſmodi filij erunt legitimi, & naturales, & per conſequẽs ab hæreditate paterna non repellendi: vt pote in figura matrimonij nati parentibus, vel altero eorum impedimentũ probabiliter ignorante, quæ dicta Baldi tenuit priùs Oldra. conſil. 256. incipi. Clemens Epiſcopus, in fine. Sequitur Abb. in dict. c. tanta. nu. 8. & in. c. fi. de clandeſti. ſponſa. & additiona. Abb. in cap. ex tenore. qui filij ſunt legi. Decius in. c. inter cætera. nu. 5. de reſcript. & in conſi. 153. incipiente, in effectu quæritur. & in cõſi. ſeq. 154. Charolus Rui. cõſi. 51. nu. 16. volum. 5. & in conſil. 14. nu. 10. vol. 3. Zaſius, in tract. Feud. nu. 88. p. 8. Chaſiodorus deciſione vnica. tit. de ſponſalibus. Ioan. Lupus Segouiẽſis, tract. de matrimo. in fi. nu. 12. Gabri. Paleotus, de filijs nothis. c. 9. Palac. Rub. in rep. rub. de donationibus inter vir. & vxor. §. 36. nu. 2. Xuarez, in l. 1. titu. 6. lib. 3. Fori. Caſti. in l. 11. Tauri. nu. 10.

Fráciſcus Marchus deciſione.885.in
cip.quæritur.par.1.vbi inquit, quòd
valet hæredis inſtitutio de illo filio,
qui erat genitus de matrimonio,
quod non poterat ſtare propter im-
pedimentũ affinitatis. vbi ad id alle-
gat Bal.& alios iuris profeſſores.& in
ſpecie idẽ tenuit Barth. Brix. in quæ
ſtio. Dominicalib. quæſt. 47. per to-
tã,& Dec.in.d.conſi. 154. in caſu, de
quo quæritur in prin. Prædictorũ ra-
tio eſt ſecundum Antoniũ, & Abb.
12 in.d.c.Tanta.nu.8. quia contrahens
matrimonium dat operam rei licitę;
ideo ignorantia eum excuſat, & ſimi
limodo fauore prolis, & filiorũ id ſta-
tutũ fuit.Filijs enim maximus à iure
defertur fauor.l. & ſeruorum. ff. de
ſtatu hominũ,& in.§.1.inſti.de inge-
nuis,&.c.Peruenit, qui filij ſunt legi-
timi. Quæ omnia optimè declarat
Hippol.in.l.qui ignorans.nu.15.ff.de
falſi,& in.l.qui falſam monetam. nu-
mer.63.cum ſequentibus. ff. eodem
titul. & Tellius Fernandez. in. l.6.
Tauri.numer.7 &.8.Quæ omnia prę
dicta ſunt intelligenda, ſi talem ma-
trimoniũ in facie Eccleſię eſſet con-
tractum. Nam ſi clandeſtinum fuiſ-
ſet, non ignorantes, ſed ignorantiæ
affectatores à iure præſumũtur. cap.
cùm inhibitio. §.1. de clandeſtina de
ſponſ.l.2.tit.15. par.4. Huius conclu-
ſionis ratio eſt, quia ignorantia facti
regulariter à iure præſumitur. l. ſi ig-
norans.ff.loca.c.ſi beneficia. de præ-
13 ben.lib. 6. Et iuriſconſultus in.l.2. ff.
de iuris, & facti ignorant. inquit hiſ-
ce verbis: Ignorantia facti prudẽtiſ-
ſimos ſæpe fallit. Sed in actu prohibi-
to ac celebrato palàm ac publicè præ
textu ignorantiæ facti poteſt quis ex
cuſari. Secus ſi clam & occultè text.
ſingul. vbi Bart. edocentes in.l.fin.ff.
de ri. nupt.l.1. Vbi gloſſ. magiſtra.C.
de interdict.matr.inter pupi.& tuto.

Abb.in.c.cùm quidam.nu.3.de iure-
iurãdo, vbi magiſtraliter docet, quòd
14 in his, quæ ſunt de generę prohibito
rum, non eſt differentia, an fiant pa-
làm, vel clam. Nam ſemper præſumi
tur dolus.l.1.C.de ſica.cap.1. de præ-
ſumpt. Sed ſi ſunt de genere permiſ-
ſorum, vt in noſtro caſu, matrimoniũ
contrahere, vel vendere, vel aliud ſi-
mile facere. Sed in ſpecie, ſi propter
aliquã cauſam ſunt prohibita, ſi fiunt
palàm & publicè, nõ præſumitur do-
lus, ſed potiùs error, vel ignorantia,
ſecus ſi fiunt clam.Bal.in.l.Nemo cle
ricus.C.de ſumma Trini.& fide cath.
Alexan.con.31. incipiente, habita.in
fine, volumine. 7. & matrimonium
dicitur publicè ac palàm contractũ,
quando coram amicis, & conſangui-
15 neis fuerit celebratum. Abb. & Præ-
po.in.c.fi.de clandeſtina de ſpõſatio-
ne. Ioan. Andrę.& Aret.in.c.pen.qui
filij ſunt legitimi, quòd ſat eſt ꝙ vocẽ
tur amici & affines, nullo excluſo:
quanuis non ſeruetur forma, dict.c.
cùm inhibitio, Oldra.conſi.156.Dec.
conſi.153.in princ.Charolus Rui.cõ-
ſil.14.nu.10.volu.3.Gabriel Paleotus
de filijs nothis.c.9.num.3.Ioann.Lu-
pus de matrimonio, in parte fi. nu.25
16 &.18.Contrarium tenuit dictus Cha
rolus Rui.cõſ.51.circa caſum in prin.
vol.5. Sed in hoc meretur reprehen-
di, & hodie ſtante prohibitione Con
cilij Tridentini, nõ eſt in hoc vis, ideo
amplius circa hoc nõ inſiſto, niſi ꝙ ſu
pradicta intelligantur de ignorantia
facti, quæ regulariter per ſupradicta
excuſat, ꝙ aliter dicẽdũ eſſe videtur
17 de ignorãtia iuris, quæ neq; mulieri-
bꝰ prodeſt.l.quãdiu.l.iuris ignorãtia.
C.qui admitti.l.Si emãcipata.C.de iu
ris, & facti igno. leges & iura ab ali-
quo non debẽt ignorari: ideo ſciẽtia
iuris ſemꝑ præſumit.l.Cõſtitutiones.
C.de iuris & facti igno.l.Leges ſacra-





tiſsimæ.C.de legi.cuius verba ſequẽ-
tia ſunt. Leges ſacratiſſimæ, quæ con
ſtringunt hominum vitas, intelligi
ab omnibus debent. Iuuatur ex le-
ge. Sed etſi lege.§.ſcire.ff.de peti.hæ-
re. Quod error iuris tollit bonam fi-
dem quoad faciendum fructus ſuos.
Idem dicendum eſt reſpectu prolis,
quæ eſt fructus matrimonij, nam lex
reſiſtit tali coniugio, ergo error iuris
non prodeſt.l.quemadmodum.C.de
agri. & cẽſi.lib.11.l. vbi lex. ff. de vſu
capi. cuius verba ſunt: Vbi lex inhi-
bet, bona fides poſsidenti nihil pro-
deſt.Abb.in cap.ſi diligenti.num.24.
de præſcript.& in.c.ad noſtram, in fi-
ne de rebus Eccleſ. non alien. Ex qui
bus meritò dicere poſſumus, quòd ſi
mulier coniugata iuris ignorantia la
pſa, contrahat ſecundum matrimo-
nium, credens id iure & licitè poſſe
contrahere, viuente adhuc ſuo pri-
18 mo marito, quòd proles inde ſuſce-
pta, non erit legitima. Idem dicen-
dum eſſe cenſeo de ea, quæ poſt con
cilium Tridentinu. ſeſsio. 24. cap. 1.
de reformatione matrimonij, cõtra-
hat matrimonium publicè, vel occul
tè, nõ exiſtentibus teſtibus, & paro-
cho indicto matrimonio, cùm adſit
in hoc caſu iuris ignorantia, & nõ eſt
vis, an publicè, vel occultè matrimo-
nium eſſet contractum. Hoc tenuit
Abb.licèt dubitanter in.c.perlatum.
nu. 6. & in. c. referente. nu.5.qui filij
ſunt legitimi.Et in.c.per venerabilẽ.
nu.36.eodem tit.id limitãs, niſi error
iuris eſſet probabilis. Et Caro. Rui.
cõſi.51.incip.circa caſum.nu.3.vol.5.
allegans Angelũ idem tenẽtem in.l.
fi.ff.de cõdictione ob cauſam: & Ga-
bri.Paleo.in tract. de filijs nothis.c.9.
nu.11.Contrarium verò videtur pro
bare gl.1. in.d.c.perlatum. Quã pon-
derat Abb.in dict. cap. per venerabi-
lem.nu.36. Vbi eam intellexit quan-
do error iuris fuiſſet probabilis & ve-
riſimilis. Sed reuera bene inſpecta di-
cta gl.id, meo iudicio, non probat. Fa
teor tamen errorẽ iuris dubij in præ-
ſcribendo excuſare gloſſ. vbi docen-
tes in. c. de quarta de præſcrip. & er-
ror iuris, non impedit fructuum ac-
quiſitionem in beneficialibus, vt op-
timè differit Caſſiodorus, deciſio.11.
ſuper reg. de trienna. poſſeſſio.

19 Præterea dictum fuit in prædicta
diffinitiõe ſiue ab initio, ſiue ex poſt
facto. Quia licet ab initio ex matri-
monio filius non ſit natus, ſecuto ta-
men matrimonio, filius anteà geni-
tus, fit legitimus, & naturalis. l.cùm
quis. C. de natu. lib. Et in Auth. qui-
bus modis natu. effi. ſu. §. Si quis igi-
tur.col.7.& in.§. quibus connumera
ri. inſtit.de hære. quę ab inſt.deferun
tur.c.tanta.c.1.qui filij ſunt legitimi,
l.2.ti.13.par.4.l.2.tit.15.par.4. &.l.12.
20 Tauri. Et talis filius legitimatus per
ſubſequens matrimoniũ, eſt verè &
propriè legitimus, Auth. Quibus mo
dis natu.effi.legi.§.pen.col.6. Authẽ.
de inceſt.nupt.§.dubitationẽ. col.2.
Authent.quibus modis natu.effi.ſui.
ibi, nihil à legitimis differentes. Et in
§.licet.ibi nihil etiã à legitimis. col.7.
l.12.Taur.vbi ęqua fit cõparatio quo
ad ſucceſſionẽ, & alia inter legitimos
ab initio, & legitimatos ex poſt fa-
cto, per ſubſequẽs matrimoniũ, gl.1.
in dict.c.tanta. Ant.de But.in.c.inno
tuit, de electio. Paulus Caſtrenſ. in.l.
fi.C.de his, qui veni.æta.impetra.Cha
ſeneus in conſue. Bur. tit. de ſucceſ-
ſione. rubr.7.§.1. nu.7. Ripa in rep.l.
Si vnquam.nu.86. C. de reuocan.do-
na. Contrarium verò tenuit Barba.
& male, more ſuo. in.l.cùm acutiſſi-
mi.nu.241.C.de fideicõmiſ.Paul.Pa-
riſ. in cõſi.13.nu.37.vol.2.quod adeò
veriſſimũ de iure eſſe cenſeo, etiam
ſi tale matrimoniũ fuiſſet cõtractũ à

21 ſene decrepito in ætate ſenili,& in ar
ticulo mortis, cũ propria cõcubina,
ꝙ filij antea nati legitimi verè efficiũ
tur. Hanc concluſion. poſt longã di-
ſputationẽ tenuit Ioã. And. in reg. ſi-
ne culpa.3.col.de reg.in.li.6.Idem in
d.c.tãta.vbi Præpo.nu.7.Abb.in.c.2.
de frugi.& in.c.cõmiſſum de ſpõſ. Fe
li.in.c.in præſentia.nu.36.de proba-
tionibus.Couarr.de ſponſ.2.par.c.8.
§.2.nu.10.Ang.in.§.fi.de nupt.Albe.
in.l.quiſquis.C.de natu.lib. Nicola.
de Vbal.de ſucceſſi.abinteſt.in prin.
nu.63.Ludo.de Sar.in tract.de natu.
lib.c.de legitimatione per verũ ma-
trimonium.nu.3.&.4.Ioã. Gualden.
in arte teſtãdi.tit.1.cautela.14.nu.2.
Andr. Tiraq.in.l.Si vnquã, in verbo.
ſuſceperit.nu.73.C.de reuocatio.do
na.Guilier.Mayne.in.l. Quoties, nu.
22.ff.de reg.iu.Paulus Pariſ.conſi.13.
nu.68.vol.1. Charol.Rui.conſil.163.
num.6.vol.3.latiſſimè.Ioã.Brune.de
ſponſalibus.2.concluſione, num.10.
Ant.de Roce.de legitimatione,cap.
de cauſa materiali legitimationis, à
num.25.vſq; ad nu.43. Licet dubius
in hac concluſione in fine remaneat.
Hanc tãdem dixit eſſe communem
opinionem Alex.in.l.Si quis poſthu-
mus, in princ.ff.de liberis, & poſthu.
Iaſ.in.l.Sed & quæſitum.col.3.ff.eo.
tit.Caſtillo.in.l.12.Tauri, vbi Ciſuen
tes.num.13.Et eſt gloſſ.in.l.2.titu.6.
libr.3.fori. Contrariam verò opinio-
nem,nõ legitimari filium naturalem
per ſubſequens matrimonium in ar-
ticulo mortis à ſene decrepito, te-
nuit Bald.in.l.Eam quam.num.27.
C.de fideicomm.&.in.l.nuper.C.de
natu.lib.per text.ibi dicens, quòd
matrimonium ſequens prolem red-
dit legitimam, quando contrahitur
ſpe prolis. & quia in prædicto caſu
22 deficit vnum ex ſubſtantialibus ma-
trimonij, videlicet fides, proles, &
ſacramentum.cap.omne itaque.27.
quæſt.2.l.1.titu.de los matrimonios.
lib.5.ordin. Huic etiam concluſioni
ſuffragatur tex.in.c.2.de frigidis, vbi
prohibetur matrimonium contrahi
ab eo qui generare non poteſt. Item
text.in cap. nobis, & in cap. puberes
de ſponſal. impu. vbi eſt incapax ad
contrahendum matrimonium, qui
generare non poteſt. Sed reuera pri-
ma opinio eſt communior & verior,
& Doct. in ea ſuperius citati, præſer-
tim Abb. & Cardin.in dict.cap.tanta.
& Couarr. in dict.§.2.num.10. meri-
tò eam reprehẽdunt, & reſpondent
ad prædicta iura & rationes, quòd
quando ex naturali defectu, & ex
propria vi naturali quis non poteſt
generare: vt frigidus à natura, hoc
caſu matrimonium ab eo contractũ,
eſt nullum, ſecus ab eo, qui habuit
potentiam & habitum generandi,&
ille habitus, ſiue exercitium ſit ſene-
ctute, vel infirmitate ſuſpẽſum, cùm
talis habitus poſsit reduci ad exerci-
tium,& actum: ideo merito gl. Abb.
& communis in cap.2.de frigidis, aſ-
ſerunt matrimonium à ſene contra-
hi poſſe.l.pen.vbi gloſſ.C.de nupt. &
per ſupradicta indubitanter teneo,
prout à me diebus præteritis fuit re-
ſponſum, filios naturales ex concubi
na à quodam aduocato conſanguini
tate mihi valde coniuncto in ciuita-
te de Chinchilla habitos, verè legiti-
mos eſſe, cùm conſanguineus meus,
dum lethali morbo tenebatur, tẽpo-
re eius mortis cum propria concubi-
na matrimonium cõtraxerat, dum-
modo haberet ordinatum intelle-
ctum, & corã parocho, & duobus, vel
tribus teſtibus tale matrimoniũ fuiſ-
ſe contractum, etiam ſi non præceſſe
rint tres denunciationes, de quibus
23 in Concil. Tridentino, ſeſſ.24.c.1.de
reformatione matrimonij.& in.c.Cũ
inhi-



inhibitio.de clandeſt. deſponſa. & in
cap. Cùm in tua. de ſponſal. verus &
germanus ſenſus eſt ad dictum cõcil.
pro vt ex eius tenore & ſerie apparet,
quod ad veritatẽ matrimonij ſat eſt
fuiſſe contractum coram Cura paro-
chiali, & duobus, vel tribus teſtibus,
etiam ſi denunciationes non inter-
fuerint: licet eis omiſſis contrahẽtes
parochus & teſtes arbitrio Ordinarij
grauiter puniantur. Sed nõ ob id ma
trimonium corã parocho & teſtibus
contractum annullatur. Ita pluries à
me, dum eram iudex Eccleſiaſticus,
maxima cum ratione fuit iudicatũ.
In dicto enim Concilio Tridentino,
24 quædam ſolennitates referũtur, quæ
ſunt de honeſtate, & quædam de ſub
ſtantia matrimonij. De honeſtate, vt
ſunt publicationes, & edicta & ban-
na in Eccleſijs, quibus omiſſis matri-
moniũ non ob id vitiatur. De ſubſtã
tia verò matrimonij, vt coram paro-
cho, & duobꝰ, vel tribus teſtibus ma-
trimonium cõtrahatur. Omiſſa itaq;
hac ſolennitate tãquam ſubſtantiali
matrimonium redditur nullum.
25 Iuxta prædictam materiam nõ eſt
omittendum filios cenſeri legitimos
& naturales, ex matrimonio natos.
ex quo probatum fuiſſet, vxorem eſ-
ſe adulteram, etiam ſi talis mulier cõ
iugata in lupanari, vel in proſtibulo
extitiſſet: potiùs enim & meritò talis
filius præſumendus eſt mariti, quàm
adulteri. l. miles. §. defuncto. ff. de
adulte. Quem text. eſſe nota. aſſerit
Bald. in rub. C. de proba. num. 6. &
in l. ſi vicinis.nu.2.C. de nup. Et non
eſt alibi ſecundum eun. Bal.in.l.cum
matre.nu.2.C.de ſuis,& legi.hære.&
in.l.fi.C.de cõmu. ſer. manu. in prin.
& in.l.1.nu.34.C.qui accuſa.non poſ.
Angel.in.l.ſeptimo menſe.ff.de ſtat.
homi.Paulus Caſtr.in.l.3.in princ.ff.
de lib. & poſthu.Hippol.in.l.1.§.ad
quæſtionem.num.20.ff.de quæſt.&
in rub.ff.de fide iu.num.51.& in.l.1.
nu.70.C.de ſica.& in ſingulari.530.
incip. Propter peccata.Abb.Felin.&
Decius in.c.per tuas.in princ. de pro
bat. Idem Abb.in.c. tranſmiſſæ. nu.
9. qui filij ſunt legit. Idem Decius cõ-
ſil.272.incip.viſo proceſſu. num.2.&
conſil.288.incip quæritur in princi-
pio,& conſi.576.pro reſolutione.nu.
10.idem conſ.657.incip.plenè & ele
ganter. vbi bene intelligit dictum.§.
defuncto.Alex.conſi.88.incip. omiſ-
ſis.nu.6. vol.7.& conſil.37. in cauſa
mota.nu.4.vol.1.Gozandi.conſi.13.
incip.in conſultatione.num.48. vbi
dat plures intellectus ad dict.§.defun
cto.Ioan.Corrazi.in dict.l.7. menſe.
nu.5.Paulus Pariſ.conſil.11.num.13.
vol.2.& conſi.29.nu.12.vol.2. Sebaſ.
Sapia.in rep.l.Si emãcipati. num.33.
C.de colla.Ioan.Neuiza. in ſua Sylua
nupt.fol.in meo,lib.17.&.93. Petrus
Raue. in ſuo alphab.aureo. verbo. fi-
liatio.Franciſ.Cremen.ſingu.126.in-
cip.mortuo marito. Gabri.Paleo. de
nothis.c.24.in prin.Palatius Rub. de
dona.inter vi.& vxo.in rub.§.60. nu.
12.gloſſ.magna.in.l.9.titu.14.par.3.
glo.3.in.l.fi.tit.6.lib.3.Fori.l.ſingu.9.
tit.14.part.2.l.7.in fine.titu.2. part.4.
Optimè Nicol. Boer.deciſio.299.in-
cip.& videtur.nu.2.Franciſ.Mar.de-
ciſio.514.incip.quęritur an vxor.nu.
18.par 1.Tellius Fernan.in.l.13.Tau
ri.in princ. qui omnes referunt præ-
dictum §.defuncto. tanquam ſingu-
larem. Adde tamen caſum ſimilẽ in
l. quia ſemper. ff. de in ius vocan. ibi,
Pater verò is erit,quẽ nuptiæ de mon
ſtrant.Idem probat.l.ſi vicinis. C. de
nup.&.d.l.9.ti.14.p.2.&.l.7.in fi.ti.2.
p.4. Ratio huius cõcluſionis eſt ſecũ-
dum Abb.in.d c.tranſmiſſæ nu.9. ꝙ
cum talis filius non poſſit eſſe vtriuſ-
que, videlicet mariti & adulteri. fauo
re ma-

re matrimonij & prolis, debemus po
tiùs præſumere eſſe mariti, quã adul
teri. Et hæc præſumptio alijs præua-
let coniecturis & præſumptionibus,
& in dubijs, ambiguis, vel obſcuris in
26 meliorem, benignioremq́ue partem
inclinare tenemur. l. Arrianus. ff. de
actionibus & obligat. l. meritò. ff. pro
ſocio. l. ſemper in obſcuris. ff. de regu.
27 iur. Et præſumendum eſt potiùs poſ-
ſibile honeſtũ, quàm poſsibile inho-
neſtum: vt vtar verbis Bal. in dict. l. fi
liũ eum diffinimus. Et procedit hæc
præſumptio, etiam ſi talis filius aſſi-
muletur adultero, & non marito. l. fi.
§. penultimo. ff. ad munici. l. quòd ſi
nolit. §. ſi mancipia. ff. de ædili. edic.
Quia illud fieri poterat propter cogi
tationem mulieris, tempore conce-
ptionis: vt probat gloſſ. fin. in. l. quæ-
rit aliquis. ff. de verbor. ſignif. gloſſ.
in. l. non ſunt liberi. ff. de ſtatu homi
num. Plenè Iaſ. in. l. Gallus. in princ.
num. 67. cum ſequent. Vbi defendi-
tur mulier de accuſatione adulterij,
cùm Æthiopem peperiſſet propter
cogitationem tempore cõceptionis,
ex imagine nigra in cubiculo poſita.
Quo in loco alia huius rei exempla
ſcripſit Iaſ. adeò prædicta ſunt vera,
quòd matris aſſertio in contrarium,
28 nihil prorſus nocet filio, vt cenſeatur
genitus ex adultero, & non ex mari-
to. l. 1. §. Si quis ab aliquo. ibi, & ſi te-
ſtator eum negauerit. vbi Bar. & alij
notant. ff. de carbo. edict. l. fin. §. mu
lier. ibi, vt ſpurium in actis profeſſa
eſt iuncta gloſſ. fi. ibi. ff. de probatio-
nibus. l. ſingu. 9. tit. 14. par. 3. gloſſ. in
l. Si vicinis. C. de nup. gloſſ. nota. in. l.
Si poſthumus. §. fi. verbo. probetur.
ff. de lib. & poſthu. gloſſ. verbo. iudi-
cijs. in dict. c. tranſmiſſæ. notat Bald.
in dict. l. filium eum diffinimus. num.
2. Bal. & Alex. in. l. neq; profeſsio. C.
de teſta. Abb. in. c. officij. num. 3. & 4.
de pœni. & remi. & in. c. Per tuas. nu.
5. de probationibus. vbi optimè Dec.
nu. 4. idem Abb. in dict. c. traſmiſſæ.
in princ. & in. c. per tuas. num. 3. & 8.
qui filij ſunt legitimi. Iaſ. in dict. l. Gal
lus. num. 66. Hippol. in. l. 1. §. ad quæ-
ſtionem. num. 21. ff. de quæſt. Nicol.
Boeri. deciſione. 299. num. 6. Alcia.
de præſumptionibus regula. 3. præ-
ſumpti. 37. nu. 6. ratio eſt ſecundum
prædict. Doct. quia dictum patris, vel
matris, prodeſſe, & non obeſſe filio
debet. l. tranſactione matris. C. de
tranſact. l. ad probationẽ ſeruitutis.
C. de probati. Vnde facile infertur
ineptè feciſſe illum filium primoge-
nitum regis in renunciatione regni,
ob id quòd regina eius mater in ex-
tremis poſita dixit, non eſſe filium
primogenitum Regis, ſed cuiuſdam
militis: vt refert Bart. in dict. l. filium
eum diffinimus: in fi. Abb. & Præpo-
ſitus in dict. c. tranſmiſſæ. nu. 5. & in
dict. c. officij. Ange. Alberi. Salice. in
dict. l. ſi vicinis. Barbatius in cap. per
tuas. nu. 8. de probationibus. Hippol.
in. l. 1. §. ad quæſtionem. nu. 35. ff. de
quæſt. Nicolaus Boeri. deciſione. 299.
incip. Et videtur Ioan. Nauriza. in Syl
ua nupt. nu. 86. Andræ. Alciat. in dic.
regul. 37. nu. 6. Ratio eſt, quia hæc eſt
præſumptio iuris, & iure: vt elegan-
29 ter affirmat Paul. de Caſt. in cõſi. 275.
vol. 1. latè Hippol. in dicto. §. ad quæ-
ſtionem. nu. 36. & cõtra præſumptio
nem iuris & iure probationem in cõ-
trarium nõ admitti indubitatum eſt.
l. Si qs adulterij. C. de adult. l. antiquè.
C. ad Vellei. l. fi. C. arbi. tute. gl. fi. in. l.
ſiue poſſidetis. C. de probat. gl. ordi.
in. c. is. qui fidem. de ſponſ. gl. in. c. fer
rũ. 50. d. gl. in. c. fraternitatẽ. 54. diſt.
regulam. & 9. fallen. ſcripſit Soci. re-
gul. 384. incip. probatio in contra-
rium. Latè Iaſ. in. l. 2. num. 6. cum ſe-
quent. C. qui teſta. face. poſ. Hippol.
in rub.



in rubr. C. de proba. nu. 72. cum ſeq.
quod procedit, etiam ſi mortuo ma-
rito ſtatim fiat mulier cõcubina ali-
cuius, atque intra nouem proximos
menſes filius naſcatur, mariti mor-
tui, etiam filius exiſtimãdus eſt. Bal.
in. l. Si mater. C. de ſuis. & legi. hære.
Franciſ. Cremẽ. in ſingul. 126. incip.
mortuo marito. Ad quod optimè fa-
cit Authent. de reſtitu. & ea quæ pa.
in vndecimo mẽſe poſt mortem ma-
riti. vbi gloſſ. in. §. vnum ſiquidem. &
& in. §. fin. colla. 4. & quid iuris erit ſi
ſtatim mortuo marito intra vnum,
vel duos menſes mulier alij nupſerit,
cuius filius erit, ſi intra nouem men-
30 ſes poſt mortem mariti naſcatur, &
ad quem hæreditatem primi, vel ſe-
cundi mariti admittatur: cùm ſepti-
mo menſe etiam poterat naſci, & eſ-
ſe primi mariti. l. 7. menſe. ff. de ſtat.
homi. l. in teſtamento. §. fin. ff. de ſuis
& legi. hære. vbi Iuriſconſultus diffi-
niuit legitimum eſſe partum natum
centeſimo octogeſimo ſecundo die:
& ſic ſexto menſe & duobus diebus.
In quæſtio propoſita. Bald. & Ioan.
Dimo. in dict. l. Gallus tenent, quòd
ſecundo marito tantùm ſuccedat fi-
lius. Sed Ange. in. l. ex facto. §. penul-
timo. ff. ad Trebel. aſſerit, quòd vtri-
q́ue patri ſuccedat. Alij tenent, quòd
vnam tantùm hæreditatem, quam
maluerit filius eligat. Quas opinio-
nes refert Tellius Fernand. in. l. 13.
Tauri, in fine. Et miror quòd ille nõ
alleget Albericum in rub. ad Orficia.
in vltima quæſtio. & Lucam de Pe-
na. in. l. mulieres. in fine. C. de inco-
lis, dicentem, quòd ſuo tempore cõ-
tingit quandã mulierem intra quin-
decim dies à tempore mortis primi
mariti, alios duos viros ſuperduxiſſe:
& natus fuit filius intra nouem men
ſes, & ſuper filiatione, & hæreditate
dictorum trium virorũ, quæſtio fuit
deuoluta ad ſedem Apoſtolicam. Re
fert Nicola. Boëri. deciſione. 186. in-
cip. quid ſit maritus. nu. 3. Et ad tollẽ
das huiuſcemodi difficultates iura
ciuilia meritò ſtatuêre, mulieres trã-
ſeuntes ad ſecundas nuptias intra an
num luctus, eſſe puniẽdas. Authent.
ex teſtamento. C. de ſecund. nupt. l.
fœminæ. l. pater. C. ad Tertul. Latiſſi
mè per Ripam in dict. l. fœminæ, &
gloſſatores in. l. 15. Tauri.
31 Non me latet prædicta à me ſupe-
rius ſcripta, poſſe limitari, quãdo pro
pter abſentiam mariti, vel infirmita-
tem veriſimiliter probetur filium nõ
eſſe mariti. dict. l. filium eum diffini-
mus. quam ad hoc allegat Abb. in di-
cto. c. per tuas. nu. 3. & in dicto. c. trãſ-
miſſę. num. 9. & in. c. cauſam quæ. in
princ. nu. 3. qui filij ſunt legi. & in. c.
intelleximus. nu. 6. de adulte. l. ſingu.
9. titul. 14. part 3. l. 13. Tauri. Notat
Paulus de Caſt. conſil. 115. ſuper pri-
mo. nu. 7. vol. 1. Optimè Decius con-
ſil. 288. incip. quæritur. num. 5. veluti
ſi per annum, per biennium abſens
fuerit maritus, elapſo anno naſcatur
filius. Item limitatur dictus. §. defun-
cto. quando filius natus fuerit clau-
dus, cæcus, vel luſcus, vel aliter cor-
pore vitiatus, & probatũ fuerit adul-
teriũ. Quo caſu potiùs filius adulteri,
quàm mariti præſumendus eſt. Cor-
poris enim viciatio præſupponit na-
tiuitatem, & conceptionem fuiſſe in
peccato, id eſt, ex adulterio. Hac ra-
tione id expreſſe affirmat Barba. in. c.
in præſentia. nu. 97. de probationibus.
quod ſequitur Hippo. in ſing. 530. incip.
32 propter peccata. & Doct. Dueñas in
reg. 345. vbi plures alias limitationes
ſcripſit ad dict. §. defuncto. Sed di-
ctum Barbatij proximè relatum, ſem
per iudicaui eſſe falſum: nã cæcitas,
& claudicatio, membrorumq́; defe-
ctus, atq; deformitas, nõ propter pec
cata

cata eueniunt, ſed propter aliquos
defectus naturales: vt explicat San-
ctus Thomas.in.3.part.q.1.art.3.ad
quartum.Alber.Mag.in.2.Phyſi.tex.
82.c.3. & in Euãgelio Ioannis cap.9.
habetur ibi.Neq; cæcus peccauit, ne
que parentes eius, ſed vt manifeſten
tur opera Dei in illo.
33 Practicam verò, & formam probã-
di filiationem docet Bart.in dict. l.fi-
lium eum diffinimus. in princ. & in
l.1.§.Item per contrarium in fine. ff.
de lib.agno.& in.l.1.§.ad quæſtionẽ.
nu.3.ff.de quæſt. dicens, quòd periti
aduocati ſemper recurrunt ad illam
practicam.Abb.Feli.& Deci.in.c.per
tuas.de proba.& in. c.perueni.in fin.
& in.c.per tuas.in princ.qui filij ſunt
legitimi.Iaſ.in.l.poſthumus.§.ſi quis
ita. nu.10.cũ ſeq. ff. de lib.& poſthu.
Plenè Sebaſ. Sapi.in rep.l.ſi emanci-
pati.nu.33.C.de colla. Latiſsimè Li-
cẽciatus ab Otallora, tractatu de no-
bilitate.2.par.3.partis princi.c.3. nu.
2. Ac plures probandi modos filiatio
nem ſcripſit Ioan.Corracius in dict.l.
Filium eum diffinimus. De quibus la
tiſsimè inferius à me eſt diſſerẽdum.
c.11. Et an in dubio quis præſumatur
legitimus, vel illegitimus. Vide magi
ſtralem diſtinctionem Ioã. Andreæ.
in.c.fi.de presbytero non baptizato.
Enri. in cap. lator. qui filij ſunt legi.
2.diſtinctione.Præpo. in rubr. qui fi-
lij ſunt legi. Decius conſi.343.viſo cõ
ſilio.in princ. Telius Fernan qui in
hoc optimè diſtinguit in.l.11.Tauri.

*SVMMARIVM.*

1 *Filiorum legitima de iure Digeſtorum erat quadrans, id eſt, quarta pars totius hæreditatis.*
2 *Legitima de iure Authenticorum eſt triens, id eſt, tertia pars.*
3 *De iure Regio, omnia parentum bona ſunt filiorum legitimæ, præter tertium & quintum.*
4 *Bona teſtatoris, tempore eius mortis conſiderantur.*
5 *Filij nõ ſunt pro anima defuncti inteſtati morientis, cõpellẽdi, quintũ diſtribuere & nu.5.*
6 *Tranſuerſales abinteſtato ſuccedentes, quintum pro anima diſtribuere tenentur.*
7 *Volũtas defũcti, etiã præſumpta, ſequẽda eſt.*
8 *Anto. Gomezius reprehẽditur, & meritò.*
9 *Inter filios æqualiter pater bona ſua diuidere poterit.*
10 *Qua ratione inuidia inter fratres oriatur.*
11 *Titulus de Collationibus cur inuentus.*
12 *Licet parentibus aliquem ex filijs in tertio & quinto meliorare.*
13 *Legitimæ filiorũ in regno Nauarræ quãtitas.*
14 *In regno Valentiæ filiorũ legitima quãta ſit.*
15 *Regnum, Ducatus, vel Maioricatus, inter filios non diuiduntur.*
16 *Seruandum eſt pactum, matrimonij tempore initum quod primogenitus in tali Maioricatu ſuccedat, & ſecundogenitus in alio.*
17 *Qui differentias inter maſculos & fœminas inducunt, quaſi naturæ accuſatores ſunt.*
18 *Statutum quod fœminæ non admittantur, eſt odioſum, & ob id reſtringendum.*
19 *Per filios conſeruatur agnatio, & familia, & nomen teſtatoris.*
20 *Plurimum Reipub. intereſt, Maioricatus, & primogenituras eſſe.*
21 *Priuilegium pro ſe & filijs ſuis conceſſum, ad filias nuptas non extenditur.*
22 *Filia nupta non eſt de genere, & eſt finis familiæ ſuæ.*
23 *Ius primogenituræ aduerſatur omnibus ſucceſsionum regulis iuris communis.*
24 *Statutum pro parte odioſum, & pro parte fauorabile.*
25 *Declaratur cap.101. in curijs de Madrid.*
26 *An filia meliorari poſsit, exiſtente nepote ex filio.*
27 *Alia ratio ad dictum cap.regium.*
28 *In legibus correctorijs ex identitate rationis, non fit extenſio.*
29 *Interpretatio virtualis & intellectiua, ſemper eſt permiſſa.*

30 *An*



30 *An dictum cap. regium habeat locum in nepote ex filia.*
31 *Mutato ſexu, non mutatur ratio excluſiua ſexus.*
32 *Propter medium inhabile, impeditur acquiſitio extremorum.*
33 *Filiæ in regno Franciæ non ſuccedunt.*
34 *Fœmina de iure cõmuni in regno nõ ſuccedit.*
35 *In regno Caſtellæ, & Legionis, Nauarræ, & Aragoniæ de conſuetudine diutina, fœmina ſuccedit.*
36 *Toto excluſo, per conſequẽs, quælibet eius pars.*
37 *Iura regia ſecũdũ ius cõmune sũt intelligẽda.*
38 *Verba narratiua non probant.*
39 *In morte filiam meliorare, prohibitũ non eſt.*
40 *Multa in vita ſunt prohibita, quæ in morte conceduntur.*
41 *Dictũ cap.101.regium obligat in cõſcientia.*
42 *Meliorationes, & Maioricatus liciti, & permiſſi ſunt in foro conſcientiæ.*

# Cap. tertium.

CApitulo ſupra pro-
1 ximo diffinitionem
filiorum legitimo-
rum ſatis abũdè ex-
poſuimus, modò vi
deamus de eorũ ex
teſtamento, & abinteſtato ſucceſsio
ne: & vt nihil antiquitatis penitùs ig
noremus, ſciendum eſt quòd de iure
antiquo ſiue vnus, ſiue plures eſſent
filij, eis quarta pars in teſtamento pa-
terno erat relinquẽda. l. Papinianus.
§.quoniam.&.§. quarta autem. ff.de
inoffic. teſtam. l.cùm quæritur. l.pa-
rentibus.C.eod.tit.& in.§. fin. inſtit.
eodem tit. l.Deo nobis.§. hoc etiam.
C.de Epiſc.& cler.
2 Iure tamen nouiſsimo Authentico-
rum ſtatutum eſt, tertiam partem to
tius aſſis, ſi ſunt quatuor filij, vel pau
ciores eſſe legitimam filiorum: ſin au
tem plures eſſe, trientem, id eſt, di-
midiam partis totius aſſis. Authẽ. de
trien.& ſemi.§.1.colla.3. Authen.no-
uiſsima. C.de in officioſo teſta. Auth.
de nupt.§.fi.col.4. bene declarat Ful-
go.cõſi.26.ſtante ſtatuto. Decius cõ-
ſi.236.nõ parua difficultas.nu.11.cõ-
cordat.l.regia.17.tit.1.par.6.
3 Sed de iure nouiſsimo regio om-
nia bona parentum, præter tertium
& quintum, ſunt legitime filiorum.l.
9.tit.5.lib.3.Fori.l.7.tit.12.lib.3.Fori.
l.28.Tauri.gloſ.in dict.l.17. Quod in-
telligendum eſt, ſi ſunt plures filij:
ſin autem vnus tantũ exiſtat filius, ex
teſtamẽto omnia bona paterna ſunt
huius vnici filij legitima, præter quin
tum. Vnico enim filio melioratio ter
tij fieri non poteſt. Tenuit Segura in
l.vnum ex familia.§.ſed ſi fundũ.nu.
88.ff.de leg. Secundo.Ioan.Lup. in.l.
27.Tauri.nu.23.Couarr.lib.1.reſolu-
tionum.c.19.nu.3.vbi optimas huius
rei rationes reddit. & in filiorum le-
gitima, & eius quantitate conſidera-
tur tempus mortis teſtatoris, quantũ
4 eius facultates illo tempore valerẽt.
l.cùm quæritur. C.de inofficioſo te-
ſtamento.l.19.Tauri. Decius. conſi.
228. caſu propoſito. numer.3. & ab-
inteſtato certum eſt omnia bona pa-
rentum, nullo ſubtracto tertio, vel
5 quinto, eſſe filiorum legitimam. Se-
gura in.l. cohæredi. §. cùm filiæ. nu-
mer.33.ff.de vulgari.& pupil. Et pro-
batur in Authentica, in ſucceſsione.
C.de ſuis, & legitimis hæredibus. &
& in.§.1.Inſtit.de hær. quæ abinteſt.
defer. Decius optimè conſil.231.viſo
6 caſu.nu.7. Ob id diebus præteritis in
Epiſcopatu Zamorẽſi à me in eo Pro-
uiſore & Vicario generali exiſtente,
fuit iudicatum, filios omnia bona pa
terna abinteſtato habentes, non eſ-
ſe à procuratore animarum illius
Diœceſis compellendos diſtribuere
pro anima ſui patris defuncti quintã
partem bonorum, cùm abinteſtato
omnia

omnia parentum bona ſunt filiorum
legitimè, vt proximè dictũ eſt, & cũ
ſint filij, hæredes abinteſtato, quòd
neceſſaria iuxta eorum ſtatum, & ho
norem pro anima ſui patris eos diſtri
7 buere, piè credẽdum eſt. Id affirmat
Tellius Fernan. expreſsè in. l. 36. Tau
ri. nũ. 4. quòd aliter eſſe cẽſeo in trãſ-
uerſalibus ſuccedẽtibus abinteſtato:
quippe qui teneantur pro anima de-
functi quintam partem hæreditatis
diſtribuere, & ad id compellendi. Cũ
nihil penitùs ſit legitima eorum. Sed
teſtator liberè, ſi teſtamentum fecíſ-
ſet de bonis ſuis potuerat diſponere.
Et ex præſumpta mẽte teſtatoris, cre
dẽdum eſt, quòd ſi ipſe teſtator teſta-
mentum condere potuiſſet, pro ani-
ma ſua quintam ſaltem bonorũ par-
tem reliquiſſet. Voluntas etenim te-
ſtatoris non ſolùm expreſſa, ſed etiã
præſumpta & tacita, ſequenda eſt. l.
Titius. §. Lucius. ff. de lib. & poſthu. l.
8 fi. ff. de hęre. inſtit. l. mulier. C. ad Tre-
bel. l. ſi mater. C. de inſtit. & ſubſt. ſub
condi. fac. Quod bis in actu practico
habui. Sed Ant. Gom. in dic. l. 36. Tau
ri contrariam tenuit ſententiã. quòd
9 ſuccedentes abinteſtato, non tenẽ-
tur quintum expẽdere: & nullo alio
fundamẽto & ratione, niſi quia hoc
lege cautum non eſt. Quę opinio mi
hi nunquam placuit, nec eam bene
intuenti placebit. Ideo ſequenda eſt
prædicta diſtinctio tãquam æqua, iu-
ri atq; rationi congrua.
10 ¶ Inter filios ſuos poterit teſtator
bona ſua æqualiter, & pro virili por-
tione diuidere. l. inter filios. C. fami.
herciſ. l. fi. C. commu. vtriuſque iur.
Authen. de nup. §. fi. colũ. 4. lex enim
æquitatem vult inter fratres ſeruari.
l. cùm pater. §. cunctis. ff. legatis. 2. at-
que. lex ſuadet, vt pater æqualiter
11 inter filios teſtetur. l. illud. §. fi. C. de
colla. l. quæſitum. §. Sed & ipſe. ff. de-
fundo inſtructo. l. Si poſt mortẽ. §. fi.
ff. de bonorum poſſeſ. contra Tabul.
Vnde dicit Angelus in dicta Auth. de
nup. §. Illud quoque. Decius in conſ.
388. in caſu propoſito. num. 2. quòd
12 naſcitur inter fratres nimia inuidia,
quando æqualiter inter eos hæredi-
tas ſuorum parentum non eſt diuiſa.
Et ob id meritò fuit inuentus titulus
de Collationibus. Alexan. conſi. 175.
incip. Contingit. num. 6. volu. 6. Sed
13 in regno Caſtellæ permiſſum eſt pa-
rentibus, in tertio & quinto ſuorum
bonorum, aliquem ex ſuis filijs melio
rare. l. 9. tit, 5. lib. 3. Fori. l. 7. tit. 12. eo.
lib. 3. Fori. l. 28. Tauri. Et in Cãtabria,
atque in regno Nauarræ forus, & lex
vſitata eſt, quòd pater poſsit totã hæ-
14 reditatẽ vni filio relinquere, & alijs
vnum digitum tantùm terrę dare. lo
co legitimæ. in. l. 11. tit. 20. in Foro Cã
15 tabriæ. Et in regno Valẽtiæ legitimæ
filiorum ſunt quinque Solidi, ſinguli
eorum. 18. Marabetinos Caſtellę cõ-
tinentes: quibus relictis, libera eſt pa
rentibus facultas liberos exhæredan
di. Forus. Totes aquelles perſones. ti.
de teſta. vt filij parentibus ſint obe-
dientes. Sed quando hæreditas eſt in
16 diuiſibilis, vt Regnũ, Ducatus, Mar-
chionatus, vel Maioricatus, inter fra-
tres talis hęreditas non eſt diuidẽda:
ſed ad maiorem natu tantũ pertinet.
cap. Imperialẽ. §. Prætereà Ducatus.
de prohib. feu. alie. cap. Licet. vbi gl.
& docen. de voto. & quando tempo-
17 re contractus matrimonij fuit initum
pactum, vt diebus præteritis vidimus,
quòd filius primus maſculus ſuccedat
in tali domo, vel Maioricatu. Et ſecũ
do genitus, in tali caſu, vel domo.
Quæ conuentio tanquã iuridica ſer-
uanda eſt. l. Diui Conſtantini. ibi, pa-
ctis, quæ matrimonij tempore. C. de
natu. lib. tenuit. expreſſe Ioã. Fab. in
l. fi. C. de pactis. Optimè Decius conſ.
225. in



225. in cauſa quæ. num. 2. vbi ad hoc
plures Doctorũ allegationes refert.
Nullaq; regulariter eſt differentia,
18 & diſcrimen in ſucceſsionibus inter
filios & filias. Authen. de hæredi. ab-
inteſt. veni. §. 1. & §. Nullam. colũn. 9.
Authent. in ſucceſsione. C. de ſuis &
legi. hæredi. & in prin. & in. §. Sed fœ
minæ. & in. §. Sed hæc. inſtit. de exhæ
reda. lib. quamuis de iure antiquo ali
ter erat, vt ibi apparet. Sed. l. maxi-
muum vitium. C. de lib. pręt. vel exhæ
re. inquit, quòd quaſi naturæ accuſa-
tores exiſtunt, qui inter maſculos &
fœminas tales differẽtias inducunt.
l. Lege duodecim tabularum. C. de
legi. hære. Authentic. defuncto. C. ad
Tertul. ibi, excluſa prorſus omni dif-
ferentia ſexus. Authen. de trien. & ſe
miſſe. §. Conſideramus. ibi. non autẽ
diſtinguemus de filijs ſiue maſculi, ſi
ue fœminæ ſint. l. penult. C. Qui bo-
nis cede. poſ. l. omnes. C. de agri. & cẽ
ſi. libr. 11. ibi ſine vllo ſexus diſcrimi-
ne. l. Quoties. §. Imperator. ff. de poſt.
ibi non tantùm maſculos, ſed etiam
fœminas. l. 2. §. 1. ff. vnde legi. l. 3. titu.
13. part. 6. Ideo appellatione deſcen-
dentium veniunt non ſolùm maſcu-
li, ſed etiam fœminæ. l. fi. C. de ſuis &
legi. hære. l. 1. §. Generaliter. ff. de leg.
præſta. per quæ iura ita conſuluit Ale
xand. conſi. 160. viſo themate. volu.
2. dicens, quòd deſcendentes ex fœ-
minis admittũtur ad donationem fa
ctam alicui pro ſe, & ſuis deſcenden-
tibus. Similiter appellatione proxi-
morum, vel propinquorum veniunt
fœminæ. Decius vbi ad id plurima al
legat. conſ. 223. in caſu propoſito. nu.
2. & 3. Ideò ſtatutum diſponẽs, quòd
ſtante maſculo, fœmina non ſucce-
dat, eſt nimis odioſum, & ob id re-
ſtringendum. Bar. in. l. cunctos popu
los. nu. 33. C. de ſumma Tri. & fid. Ca-
19 tho. Idem poſt antiquos in dict. l. Ma
ximum vitium. nu. 3. Bal. in. l. inter fi-
lios. per tex. ibi. C famil. herciſ. dicẽs,
quòd tale ſtatutum eſt contra ius, &
naturalem æquitatem. & in. l. Certũ
eſt. nu. 2. C. Vnde cogna. Sed ipſe Bal.
ſibi contrarius oppoſitum tenuit, in
dict. l. Cũctos populos. n. 19. & in. l. 2.
nu. 4. C. de in ius vocan. & Iaſ. in. l. 1.
§. hoc autẽ iudicium. lectu. 2. nu. 10.
ff. ad Trebel. dicentes, quòd illud ſta-
tutum eſt fauorabile, & filiorum fa-
20 uore fuit factum, & in fauorẽ publi-
cum, inductum, vt conſeruetur agna
tio, & familia, & nomen teſtatoris. l.
Cùm legitimè. ff. de ſtatu. hominũ.
Atq; vt Reſpu. redditibus & patrimo
nijs ditata, nobilibus ac militibus, &
Maioricatibus polleat. l. ſuper ſtatu.
C. de quæſt. l. ſing. 1. §. Quãuis ſit ma-
nifeſtum ibi publicè enim intereſt,
vt ordinũ dignitas, familiariumq; ſal
ua ſit. ff. de ven. inſpi. quam. l. ad hoc
allegat Bart. in. d. l. cunctos populos.
num. 19. & in. l. 2. nu. 4. de in ius vocã.
Iaſ. in. l. qui filiabus nu. 22. ff. de lega.
primo. Tiraquel. pleniſſimè in tracta.
de iure primigeniorum. quæſt. 4. nu.
22. Decius. conſil. 159 viſis his. nu. 3.
Latiſſimè Guilier. de Monte Serrato
in tracta. de ſucceſſione Regum, pri-
mo dubio. nu. 26. Et vt quęlibet fami
lia anteceſſorum ſuorũ memoriam
habeat, & antiquorum laudabiliter
geſtorum retributionem, vt deſcen-
dentes, maiorum factis prouocati, ad
paria, vel maiora aggrediantur. l. Mo
re maiorum. ff. de iuris omni. iudi. c.
fi. 20. diſt. Quã ob cauſam in Republ.
maioricatus, & primogenituræ, non
immeritò permittũtur propter hoc
commodum publicum, ac patrię de-
cus. Quæ omnia rectiùs ac meliùs in
maſculis, quàm in fœminis conſer-
uantur: vt in ſpecie affirmat Bald. in
21 l. vnica. nu. 5. & 6. C. quando non pe-
te. par. petẽ. accreſ. Nam fœmina eſt

finis familiæ ſuæ, vt inquit.l.pronun-
ciatio.§.fi.ff.de verbo. ſignifi. & in.§.
7.inſti. de legi. agna. tute. vbi inquit
text. quòd agnatio trahitur ex linea
maſculina,& nõ fœminina. Vnde me
ritò dicebat Bar.in.l.Quoties.nume.
2.C.de præui.ſcho.lib.12.Quod priui
legium datũ alicui pro ſe, & filijs ſuis
maſculis & fœminis, non competit fi
22 liabus nuptis, neque ad eas extendi-
tur. Quod ſequitur Romanus in.l.1.
in prin.ff.ad Sylla. & in l. Cùm quæ-
dam puella.ff.de iuriſ. omni.iudi. Fe-
linus in.c. nouit.nume.2.de iudicijs.
Decius conſil.223. in caſu propoſito.
in princ. Ratio eſt illa, de qua ſupra.
Quia filia nupta non eſt de genere:
ſed eſt finis familiæ ſuæ, vt dicitur in
dict.l. Pronunciatio. §. fi. Ideo in lib.
23 Numerorum cap.27.lege ſancitum
erat, quòd ſi homo fuerit mortuus
abſque filio maſculo, ad filiam eius
tranſibit hæreditas. Sed quidam aſſe
runt, quòd maioricatus, & primoge-
nituræ in Repub. tolerantur, contra
naturalem æquitatem, & contra ius
commune, quòd omnes filij & filiæ
æqualiter ad hæreditatem admittan
tur. Et ita dicunt, quòd ius primoge-
24 nituræ aduerſatur omnibus ſucceſ-
ſionum regulis iuris communis.l.in-
ter liberos.C.Famil.Herciſ.fin.C.Cõ
munia vtriuſq; iu. Notat Ioan. And.
in addi. ad ſpeculum.ti. de ſucceſ.ab-
inteſt. verſi. Eſt ſciendum. Iaſ. in.l.is
poteſt.nu.40.ff.de acqui.hęre. Et pro
pter hanc publicam vtilitatem ali-
quando licet contrauenire æquitati
tendenti in naturalem rationalem.
l.1.ff.de vſu cap.l.ita vulneratus.ff.ad
l. Aqui. Nam ſi ſtatutum, vel conſti-
tutio ex vna parte cõtineret odium,
& ex alia fauorem, potiùs eſt cenſen-
da fauorabilis, quàm odioſa. Si prin-
cipaliter fuit propter fauorem facta.
gloſ. in verbo liberis.in dict.l.2. C.de

in ius voc. vbi Bal. pleniſſimè de hoc.
& gloſ in verbo Primi anni.in cap. Si
propter de reſcrip.lib.6.glo.in verbo
alios.in c. Sciant cuncti. de electio.li.
6.Abb. in cap. non dubium. nu.3. de
ſenten.excommu.Bart.in rep.l.Si ar-
rogator.nu.27.ff. de adopti. &.in.l.Si
quis neq; cauſam.vbi Paulus Caſ.ff.ſi
certum peta. gloſ. in.l.Sed ſi hac.§.fi.
ff. de in ius voca. text. in. l. qui exce-
ptionem.vbi Bar.ff.de condict.inde-
biti. Ideo ſtatutum excludens fœmi-
nas propter maſculos cenſetur fauo-
rabile, quia in filiorum fauorem prin
cipaliter fuit introductum, quamuis
reſpectu filiarum ſit odioſum. Ex qui
bus facilè infertur declaratio ad cap.
101.in curijs de Madrid, anno.1534.
26 quod tranſumptiuè habetur in.l.1.
tit.2.lib.5.ordi.noui. Et prædictum.c.
regium refert Tellius Fernan. & Ca-
ſtillo in.l.26. Tauri. Idem Caſti. in.l.
18. Tauri. in gl. El tercio de mejoria,
& in.l.10. Tauri in glo. Mas de la quin
ta parte. in quibus locis duos notan-
dos intellectus ſcripſêre: quorũ vnus
eſt, quòd licet in dict.cap. regio patri
prohibitum ſit in tertia & quinta par
te bonorum ſuorum filiam meliora-
re, pater tamen habens plures filias,
nulloque filio exiſtente, vnam ex eis
poterit in.3.&.5.meliorare, cùm hoc
non ſit in præiudicium filiorum: in
quorum fauorem dict.cap.regiũ fuit
introductum. Quod arbitror eſſe li-
27 mitandum, niſi pater habuiſſet nepo
tem ex filio præmortuo, quo caſu fi-
liam minimè poterit meliorare. Ad
quod dicendum duo principaliter
fundamenta mihi perſuadent. Pri-
mum, quòd dictum ſtatutum filiorũ
fauore fuit factum, ideo tanquam fa-
uorabile ad nepotes extendendum
& ampliandum erit per ſupradicta.
Quibus ſuffragatur.l.1.C.de condi.
incer. quòd filium dicitur habere,
qui



qui nepotem ex filio mortuo habet
ſuperſtitem. Et diſpoſitio facta de fi-
lijs, nepotes etiam regulariter com-
prehendit.l.filium habeo.ff.ad Mace
do.l.vxorem.§.concubinæ. ff.de leg.
3.l.Lucius.ff.de hære. inſti.l. miles. ff.
de ri. nup. iuncta lege Diuo Marco.
C.de quæſt.Bar.in.l.liberorum. ff. de
verb.ſignificatione. Optimè Alexan
der in cõſi.37.nu.14.lib.6.Anchar.cõ
ſi.27.col.2.Soci.cõſi.113.col.3.vol.2.
Latè Pinellus Luſitanus in allegatio-
ne pro Sanctio à Cardona, aduerſus
Ducem de Gandia.nu.40.cum ſequ.
Et per nepotes ſimili modo genera-
tio, & familia, & memoria defuncti
conſeruatur, vt in. d.l.pronunciatio.
Fulgoſius conſ.78.ſuppoſito ſtatuto.
Romanus cõſi.139. Iaſ. in.l. qui filia-
bus.nu.21.ff.de leg.1. Secũdum erit
fundamentum, quòd ſtante ſtatuto,
quo cautum ſit, quòd ſtantibus filijs
maſculis, filiæ fœminę non ſuccedãt.
28 Tale ſtatutũ locũ habet, etiã ſi nepo-
tes exiſtãt: q; tales nępotes fœminas
excludãt. Bal.in.l.2. C.de in ius vocã.
Iaco.in repetitiõe legis.qui ſe patris.
nu.43.C.vnde lib.Fulgoſ.in.d.cõſ.78.
incip.ſuppoſito ſtatuto. Deci.cõſ.87.
incip. pro ſolutione, in prin.& in cõſ.
348.in caſu propoſito.nu.2. & in cõſ.
443.in caſu ad me tranſmiſſo.nu.9.&
in cõſi.372.incip.viſis.nu 8. vbi hanc
affirmat communem opinionem. Et
Iaſ.in.l.de quib⁹.nu.16.ff.de legi.Hip
po.in ſing.303.incip.filiorum appel-
latione. Corneus cõſi.116.difficultas
principalis.vol.2.& conſi.180.in hac
conſultatione. vol.2. allegãdo Paulũ
Caſtr. & alios, dicens hanc theoricã
eſſe veriſſimam, & iuridicam. Eadem
ergo ratione idem dicendum vide-
29 tur in dicto cap.101.regio. Nec huic
concluſioni obſtat regula iuris, quòd
in.ll.correctorijs ex identitate ratio-
nis, non eſt licita extenſio. Authent.

quas actiones. vbi Doct. C. de ſacro-
ſanct.Eccleſ.Bald. in.l.præcipimus.§.
fin. C. de appellat. Iaſ. in.l.de quibus
num.21. ff. de legi. & in rubr. nume.
11. ff. de re iud. Sed dicta petitio regia
corrigit ius commune: vt patet in
30 dicta.l. maximum vitium. Ergo non
eſt extendenda: pro ſolutione dicen
dum eſt, quòd non eſt interpretatio
extenſiua, ſed intellectiua & virtua-
lis, illa quæ fit ex identitate rationis.
gloſſ.ſingul.in verbo. Italiæ.in cap.1.
de tempo.ordin.lib.6.gloſſ.in verbo.
mente. in cap. Si poſtquam. de elect.
lib.6.Bald.in.l.poſt fratres. C.de legi.
hære. Decius conſi.372.viſis diligen-
ter. num.7. Hippo. conſi.61.poſt red
ditum. num.6. volum.1. Neque præ-
dictis obſtat conſilium Philipp. Cor-
nei.246. prima facie, in litera, c. vo-
lum.2. allegando dicta.l. maximum
vitium. in quo loco inquit, ſtatutum,
excludens fœminas eſſe odioſum.
ideoque reſtringendum. Vnde dice-
bat Bald. in. l. quicunque in fine. C.
de ſeruis fugitiuis. quòd ſtatutum ex
cludens auum ab hæreditate nepo-
tis, non extenditur ad excludendam
auiã. Quæ omnia intelligi poſſunt,
quando prorſus & abſque aliqua le-
gitima filius, vel filia eſſet excluſa.
Sed in dicto cap.regio. integra fœmi
nis datur legitima. Ideo ceſſant fun-
damenta ſuperius tradita, & ad theo
ricam. Bartol. in. l. ſed & miles. ff.de
excuſationibus tutorum. quòd ſtan-
te ſtatuto, quòd filius excludat ſoro-
rem, nepos ex filio non excludit ami
tam, optimis rationibus, & funda-
mentis reſpondit Decius in conſilio.
333.licet propoſiti mei. num. 3. quæ
breuitatis cauſa in præſentiarum nõ
31 refero. Similiter intelligo dictum
cap. regium in nepote ex filia, quòd
ſimili modo non poterit in.3. &.5.
meliorari: quia non debet eſſe me-

 lioris

lioris conditionis nepos, quàm filia.
l.ſi viua matre. C.de bonis maternis,
l.hæredē.ff.de regu.iu. Itē iſte nepos
deſcēdit ex perſona inhabili: ergo ſi
d.l.regia excludit radicem, quicquid
ex ea oritur videtur eſſe excluſum.c.
1.§. hoc autem notandū. qui feu. da-
re po.c.Apoſtolicæ.de re iudi.li.6.No
tat Cynus in.l.1.in fine, quæ ſit longa
cōſue. Iaſ.in.l. Gallus.§. nūc de.l.Vel-
leja.nu.12.ff.de li.& poſth.& mutato
32 ſexu, non mutatur ratio excluſiua le
gis.l.quòd ipſis.ff.de reg.iuris.l.ſiue à
matre. C.de bonis mater. Latè Tira-
quel.de iure primig.quæſt.12.nu.10.
nam niſi in capite principium aſſu-
mat, ſucceſſio vlterius produci nō po
terit. Excluſa ergo matre à.3.&.5.iux
ta tenorem d.c.regij: per conſequens
videtur eſſe excluſa tota linea, quæ
ex ea deſcendit.l.quęcunq; gerimus.
ff.de actio.& obli.l.2.C.de liber.&eo
33 rū lib. Bal.in.l. Deo nobis.§. hoc etiā
nu.4.C.de Epiſ.& clericis. Et propter
medium inhabile impeditur acquiſi
tio extremorum.l.fi.ff.de flumi.l. qui
ſella.§.fi.ff.de ſerui.ruſti.prędi. Mater
eſt quoddam medium inhabile, pro-
pter quod eius filio melioratio fieri
nequit. Vnde inquit Bald.in.l.1.ff.de
ſena.& Ioan.Andreæ.per text.ibi in.c.
ad Apoſtolicæ.de re iudi.lib.6.vt latè
tradit Tiraq.de iure primigeni.q.12.
num.5. Quòd cùm ſucceſſor non de
34 beat eſſe melioris conditionis, quàm
autor ſuus, à quo cauſam habuit, &in
cauſa non poterit eſſe plus virtutis,
quàm procedit ab effluente poten-
tia cauſæ, ideo cum filia regis Franco
rum nō ſuccedat in regno, filius eius,
videlicet rex Angliæ, in regno Fran-
ciæ, nullum ius poteſt prætendere, &
propter hoc ſunt inimicitiæ & bella
inter regnum Angliæ, & regnū Fran
ciæ. Suppoſito, quòd in regno Fran-
ciæ fœmina, etiam primogenita, non
ſuccedit in regno, vt optimè tradit
Guiliermus de Mōte Ferrato, de ſuc-
ceſsione regum, primo dubio.nu.11.
&.20.& Ioan.Sirier. de primogenitu
ra.lib.1.quæſt.22.per totā. vbi latiſsi-
mè ſcripſit, q triplici ratione filia in
regno Franciæ non ſuccedit, videli-
cet iure cōmuni, & iure ſpeciali illius
regni, & iure conſuetudinario. Et q
35 ita ſit de iure cōmuni, q à ſucceſsio-
ne regni fœmina excludatur. Eſt tex.
in. c.1.§. hoc autem notādum de ijs,
qui feu. dare poſ.l. fœminæ. ff. de re-
gul. iur. Bart.in.l. ſi defunctus. C. de
ſuis.& legi. hære. Franc. in.c.grandi.
de ſupplen.negli.præla.lib.6.Abb. &
Doct. in cap. dilecti. de arbitri. Latè
Ioā.Geraldus de priuilegijs regni Frā
corum.num.44, qui tenent, quòd ex
36 conſuetudine, potiùs quàm de iure
fœminæ filiæ in regno ſuccedūt: quæ
cōſuetudo eſt diutina, & nimis vſita-
ta in ſucceſsione regnorū Hiſpaniæ.
Pluries in chronicis Hiſpaniæ legi-
mus fœminas in regno Caſtellę, & Le
gionis ſucceſsiſſe: vt fuit infans Dña
Vela, filia Comitis Didaci Burgenſis,
quo tēpore Caſtella Comitatus erat.
Itē filia Sācti j Comitis nomine Elui-
ra, quæ matrimonium cōtraxit cum
rege Nauarræ. Item regina nomine
Vrraca, & regina Berenguera, & in-
clyta regina Iſabella. Item eius filia
regina Ioanna. Et in regno Arago-
niæ ſucceſſit Petronilla coniux Rai-
mundi Berengarij Comitis Barcino-
næ, & Regina Blanca. In regno verò
Luſitaniæ id nondum deciſum eſt,
an in prædicto regno filia ſuccedat:
ob id magnum fuit prælium inter Ca
ſtellam & Luſitaniam, tempore Ioā-
nis primi, propter vxorem ſuam Bea-
tricem, filiam Regis Luſitaniæ hære-
dem. In quo memorabili prælio de
Aljubarrota Ioannes Rex Caſtellæ
malo conſilio ductus, fuit ſuperatus.





37 Prætereà, quòd filius ex filia exclu
datur à melioratione tertij & quinti,
ſicut eius mater, iuuatur hac ratio-
ne, toto excluſo quælibet eius pars,
de iure per conſequens excluditur.
l.ſi quis cum totum.ff.de excep.re.iu
di.reg.in toto.de regu.iu.lib.c.6. pœ
nale.14.quæſtio.5. Sed mater exclu-
ditur, ergo eius filius, qui eſt pars ſuæ
matris.l.Sed ſi ades. §.ſi quis mulierē.
ff. loca.l. Cùm ſimus.C.de agri.& cē
ſi.lib.11. Ac ita per nonnulla ex prędi
ctis fundamētis in ſpecie tenuit Bal.
in.d.l.maximum vitium.nu.3. Et in
hac propoſita quæſtione, & intelle-
ctu.d.c.regij. conſuluit Bart. in.l.2.§.
videndum. ff. ad ſena. conſul. Tertu.
& Corneus in conſi. 180. in hac con-
ſultatione.vol.2. quàmplurima circa
hanc quæſtionem congeſſit Andræ.
Tiraquel. de iur. primigenit. quæſt.
12.num.5, cum ſeq. Neque prædictis
obſtat.l.9.titu.5.lib.3. Fori.ibi. Pero
ſi quiſiere mejorar alguno de los hi-
jos, o de los nietos, puedalo mejorar.
Et.l.18.Tauri. ibid. pueda mejorar a
qualquiera de ſus nietos, o deſcen-
38 dientes legitimos. Nam prædicta iu-
ra regia ſunt intelligenda, & reducē
da ad terminos iuris communis.l.2.
C.de noxa. actio. c. cùm dilectus. de
conſuet.Bart. in.l.omnes populi. nu.
55. ff. de iuſtit. & iure. etiam ſi ſtatu-
torum verba improprientur, ſecun-
dum ius commune ſunt intelligēda:
vt decidit Abb.conſil. 19. in princ.1.
vol.& in conſ.13.incip. caſus eſt, in fi.
eodem.vol.1. præſertim quòd in no-
ſtro caſu verba non impropriantur,
ſed potiùs id ex tenore dict.l.18.Tau-
ri. colligitur. ibi. Pueda hazer el ter-
cio de mejoria, que podria hazer a
39 ſus hijos. Et ſic prædicta.l.capacitatē
in filijs requirit, & non eſt caſus ad-
uerſus, ſed potiùs ſimilis, & probans
noſtram concluſionem, & verba di-
ctæ.l.Fori ſunt narratiua, quæ regula
riter non probāt, iuxta communem
theoricam gloſſæ, & Doct. in. l. vni-
ca, quando non peten.par.peten.ac-
creſ. Iuxta hāc materiam illud omit-
tendum nō eſt, ne decipiamur quod
ſcripſit Palat.Rub.in repet. c.per ve-
ſtras 2.part.§.22.num.11.de dona. in
ter vir.& vxo.vbi affirmat, quòd ſi pa
ter dat dotem magnam filiæ ſuæ, in
tertio & quinto, vltra ſuam legitimā,
videtur meliorare.allegat ipſe.l.cùm
pater.§. è victis. ff. de legat.2.&.l.26.
Taur.quod hodie nullo modo poteſt
procedere ſtante prohibitione dict.
40 c.regij. Sed in vltima voluntate, vt
ex tenore dict. c. regij apparet filiam
in tertio & quinto meliorari prohibi
tum non eſt, & hoc iure parentes, fi-
lias ſuas meliorare volentes in. 3. &
41 5. vti poſſunt. Plurima ſanè in iure
prohibita ſunt in vita, quæ in morte
conceduntur. l. pater filium. §. fun-
dum. in fine. vbi Bart.& alij.ff.de leg.
3. Iaſ.in.l.non dubium.nu.2. C.de te
ſta.Hipp.ſingulari.465.incip. aliqua
ſunt prohibita. & circa dict. c. regiū
longam ſcripſit relectionem Licen-
tiatus de Baeça in qua eloquentem
potiùs, quàm ſe iuriſperitum oſten-
dit. Et quādo in vita filiæ ſuæ aliquid
pater donauerit vltra id quod in di-
cto.c.101. conceditur, peccat morta
42 liter. Et idem dicendum eſt, ſi in vi-
ta, ſiue in morte aliquid donat filio,
vel filiæ, vltra tertiū & quintum. ita
affirmat Mēchaca de ſucceſſionum
creatione.par.1.lib.1.§.1. Et Tellius
Fernand.in.l.29. in fi. Tauri. propter
tranſgreſſionem legis, meritò pater
in vtroque caſu peccat. Nā omnis lex
ſiue ſtatutum iuſtum obligat in con-
ſcientia.Innoc.in.c.quia plerique. in
fi. de immunitate eccleſiarum. Bald.
poſt gloſſ.ibi. in. c.quæ in eccleſiarū.
de conſtitutionibus. Idem in.l.cùm

quis. nu.4. C.de iuris & facti ignoran
ria. Bar. in.l.ſi quis pro eo. nu. 9. ff. de
fideiuſ.Iaſ.in.l.ſi poſt diuiſioné.nu.6.
C de iu.& facti igno.& in.l.finali.nu.
14.C.vnde legi.& in rub.nu.24. ff. de
43 acqui hęreditate. Sed meliorationes
tertij & quinti, iuxta formā & teno-
rem legum, atq; primogenituræ, &
Maioricatus, liciti & permiſsi ſunt in
foro conſcientiæ: iuxta illud Geneſ.
c.48. in fine. vbi Iacob filium ſuum
vndecimū Ioſeph meliorauit, dicens:
Do tibi partem vnam extra fratres
tuos, quam tuli de manu Amorrhæi
in gladio & arcu meo. Et quòd tales
meliorationes ſunt licitæ in conſciē-
tia, tenet Præpo.in.c.ius naturale. 3.
col. 1.diſtinct. Andræas Tiraquel. de
iure primigeniti.q.4.nu.13.Couarru.
in.4.par.2.c.8.§.6.nu.5.& in lib. 3. re-
ſolutionum.c.5.nu.5. Pala.Rub.in.c.
per veſtras nota. primo. §.22. Et me-
liùs. §.26. de donat. inter vir.& vxor.
Menchaca.de ſucceſſio.crea. par. 1.§.
1. num. 16. Tellius Fernand. in.l. 27.
Tauri. in fine. propter commoda, &
bonum commune, quæ ex meliora-
tionibus ad Rempub. proueniunt, vt
ſuperius latiſſimè dictum eſt.

*S V M M A R I V M.*

1 *Emācipationis, & patriæ poteſtatis regulari-
ter non eſt differentia.*
2 *Tertium bonorum an reſpectu filiorum ſit le-
gitima.*
3 *De iure antiquo filius emancipatus pro extra
neo reputabatur.*
4 *Non parua eſt differentia ex teſtamento in-
ter filios in poteſtate, & emancipatos.*
5 *Emancipato pupillaris ſubſtitutio fieri ne-
quit.*
6 *Emancipatus, hæreditatem non trāſmittit.*
7 *Quis propriè dicatur præteritus.*
8 *Filio in poteſtate præterito competit ius dicen
di nullum.*
9 *Filio in poteſtate præterito competit etiam bo
no. poſſe. contra tab.*
10 *Emancipatio per quos actus inducatur.*
11 *Quando teſtamentum paternum ſit nullum.*
12 *Quid exhæredationis cauſa operetur.*
13 *Remedium vnde liberi, cui competat.*
14 *De remedio cauſa litis agnoſcendæ.*
15 *Cauſæ iuſtæ exhæredationis.*
16 *Filius ex alia cauſa ſimili, vel maiori exhæ-
redatur.*
17 *Lex nunquam videtur caſus ſimiles, vel gra-
uiores excludere.*
18 *Quibus cauſis donatio reuocatur.*
19 *Dictiones ſolummodo, tantùm, duntaxat, ca
ſus ſimiles non excludunt.*
20 *Etiam in materia pœnali, & nu.21.*
22 *Dictum ſingulare Archie.*
23 *Hæres eadem perſona cum defuncto cen-
ſetur.*
24 *Declaratur. l.4. & 5. tit. 8. lib. 3. ordin.*

# Cap. quartum.

OMNIA Superius
1 in cap. proximo di-
cta de legitima fi-
liorum, & filiarum
locum habent in fi-
lijs etiam emancipa
tis, quibus eadem le
gitima de iure debetur. Omnia enim
bona paterna ſunt filiorum legitima,
excepta quinta parte bonorum, quā
cui maluerit relinquere pater pote-
rit.l.9. Tauri, & iura Fori ſuperius re-
lata. Excipitur etiam tertia pars reſi-
dui, quam vni ex filijs ſuis legare, &
non extraneis, poterit: vt in dict.l.
2 27. Tauri. vbi docentes dicunt hanc
tertiam partem, reſpectu extraneo-
rum, quibus nullo modo, exiſtenti-
bus filijs, poſſe relinqui, eſſe quodam
modo legitimam. Quod optimè ex-
plicat Xuarez in.l. quoniam in prio-
ribus, quæſt. 7. in princip. C. in offic.
teſtat.



teſtat. Reſpectu verò filiorum eſt prę
legatum, quod ſanè patitur onus &
grauamen: vt in dict.l.27. Tauri. Et
quod idem pari ratione ſit dicēdum
in filijs emancipatis, eſt tex.in Auth.
de hæred. abinteſta. §. nulla m volu-
mus eſſe differentiam.col.9. Authēt.
in ſucceſsione. C. de ſuis & legi. hæ-
red. & in. §.ſed hæc quidem. inſtitu-
ta de exhære.lib. & in. §.emancipati.
ibi. perinde ac ſi in poteſtate paren-
tis eſſent inſtit. de hæred. quæ abin-
teſta.defere. Quanuis à iure ciuili an
tiquo, vt ibi dicitur, filius emancipa-
3 tus pro extraneo reputabatur. Ideo
eius pater non tenebatur talem filiū
emācipatum ad validationem teſta-
menti inſtituere, vel exhæredare. §.
emancipatos.inſtit.de exhæredatio-
ne lib. §. cæteri. inſtit. de hæredum
quali. & differ. Et ita nullo iure per
ll. duodecim tabularum, emancipa-
ti ad paternam ſucceſſionem voca-
bantur. Sed de iure Prætorio, & Au
thenticorum vnà cum filijs in pote-
ſtate exiſtentibus, emancipati admit
tuntur: quòd eſt intelligendum, ab-
inteſtato, nulloque condito teſtamē
to, quòd tunc nulla eſt differentia
emancipationis, & patriæ poteſtatis.
glo. in verbo. emancipatus. in.l.Gal-
lus. §. & quid ſi tantum.ff.de liber. &
poſthum. gloſſ.in verbo venientem.
in.l.ſi emancipati.C.de colla.gloſſ.in
verbo.initium.in Authent.ex cauſa.
C.de lib.præt.vel exhære. gloſ.in ver
bo.aſſignationis.in.l.finali.C.de codi
ci.tenet Bart. in.l.2. num.7.ff.de vul.
& pupil.ſubſtit. & in dict. §. & quid ſi
tantum.num.7.vbi Iaſ.latè. num.52.
Idem Iaſ. in.l.ſi emancipati.num.36.
C.de colla. & in.l.qui ſe patris. num.
26. C. vnde lib. & in .l. emancipata.
num.6. C. qui admitti. vbi hanc fa-
tetur eſſe communem opinionem,
allegando Bald. in. l. in ſucceſſione.
4 C.de ſuis & legi.hęre.& in.l.ſi fratris.
C.de iure delib. Et Didac. Couarr.in
cap. Rainuncius. nu.5. de teſtamen-
tis. Ex teſtamento verò eſſe differen
tiam inter filios in poteſtate, & emā-
cipatos, certum eſt. Filio itaq; in po-
teſtate exiſtenti pupillariter poteſt
pater ſubſtituere: vt in princ. inſtitu
ta de pupil.ſubſti.l.2.ff.de vulg. & pu
pil.ſubſtit. l.cohæredi. §.cùm filiæ.ff.
eo.tit.l.5.&.l.10.titul.5.part.6.Quod
aliter eſt in filio emancipato. cui pu-
pillaris ſubſtitutio fieri nequit. l. Lu-
cius.ff.de vulg. & pupil. ſubſtit. l.2. l.
quanuis. C. de impu. & alijs ſubſtit.
Bart. & alij. in.l.2. num.7. ff. de vulg.
5 & pupil. ſubſtit. Iaſ.plenè in dict.§.&
quid ſi tantum.num.52. cum ſequen
tibus. Et quoad ius tranſmiſſionis eſt
ſimiliter maxima differentia, filius
enim in poteſtate tranſmittit hære-
6 ditatem paternam, nōdum additam
ex potentia ſuitatis. quòd ſecus eſt in
emancipato. Angel. Paul. Alexan. &
Iaſ. in dict. l. Si emancipati. Vbi Iaſ.
fin.colū. quatuor notandas differen-
tias inter filios in poteſtate & eman-
cipatos ſcripſit. Simili modò in for-
ma ſuccedendi ex teſtamento, non
minimum eſt diſcrimen. Nam licèt
ſiue ſuus, ſiue emancipatus ſcriptus
hæres habeat bonorum poſſeſ. ſecun
dum tabulas. vt. C. &. ff. de bonorum
poſſeſ. ſecundum tab. l. emancipata.
C. qui admitti. Filius tamen in pote-
ſtate præteritus, habet ius dicendi
7 nullum. Et ille dicitur propriè præ-
teritus, qui non eſt inſtitutus hæres,
neque nominatim exhæredatus. l.
poſthumo nato. Vbi Pau. & Iaſ. nu.5.
C.de bono. poſſe. contra tab. §. Eadē
hæc obſeruantur. inſtituta de hære.
quæ abinteſt. defe.l.10. titul.7. par.6.
quæ incipit. præterito, en Latin tāto
quiere dezir en romance, como paſ-
ſamiento, q̄ es hecho calladamente,

no faziendo mencion el teſtador en
el teſtamento. Et tam de iure ciuili,
quàm Prætorio filio in poteſtate præ
8 terito exiſtenti competit ius dicendi
nullum aduerſus teſtamentũ, vt nul-
lum declaretur.glo.in verbo.præteri
tio.in.l.vnica.§.fi.ff.ſi tab.teſta.nullæ
ex tab.glo.verbo.filio.in.l.2.ff.de ex-
cep.re.iudi.Et eſt communis ſenten-
tia ſecundum Alex.& Iaſ. plurima in
hac materia cõgerẽtes in.d.l.poſthu-
mo nato.nu.28.cum ſequẽt. pro qua
communi accerſione eſt text.in.d.l.
vnica.§.fi.ibi perinde ac ſi nullas ta-
bulas pater reliquiſſet.l.fi.ff.de lib.&
poſthu.& in prin.inſtituta.de exhær.
lib.Quæ opinio tenenda eſt, licèt nõ
nullæ gloſſæ teneant contrarium, di
centes,quòd tale teſtamentum de iu
re ciuili ſit ipſo iure nullum:ſed de iu
re Prætorio valeat & teneat, pro vt
fuit.glo.in verbo.exhæredatus.in.l.ſi
ita ſcriptum.ff.de lib.& poſthu.& gl.
in verbo.iura naturalia.in.l.non pu-
tauit.§.ſi quis emancipatum.ff.de bo
no.poſſe.contra tab.gloſ.in fine.in.l.
quòd vulgo.ff.eodem tit.gloſ.in ver-
bo.tuebitur.in.l. filio præterito.ff.de
iniuſ.rup.irri.facto teſta.gloſ. verbo.
contra tabulas.in.§. Sunt autem. in-
ſtituta de bonorum poſſe. cõtra tab.
Quæ glo.affirmat,quòd vltra hoc re-
medium iuris dicendi nullum, quod
9 eſt de iure ciuili, aliud etiam reme-
dium filio in poteſtate præterito cõ-
petit: videlicet, bonorum poſſeſſio.
contra tabulas.gloſ.in verbo.eundẽ.
in.§.ſed hæc quidem vetuſtas.inſtitu
ta. de exhære. lib.l.1. ff. de bonorum
poſſe.contra tab. Et hoc diſcrimẽ eſt
inter ius dicẽdi nullum, & bonorum
poſſeſſionem.contra tab. ſecundum
iura.& Docto.proximè relatos,quòd
per ius dicendi nullum dicitur teſta-
mẽtum,ipſo iure nullum, ſed per bo-
norum poſſe.contra tab.non dicitur
nullum,ſed annullandum.Et hoc ſo-
lum remedium contra tabulandi, &
non ius dicendi nullum filijs emanci
patis præteritis competit.l. maximũ
vitium.§.Sancimus itaque. C. de lib.
præter.vel exhære.l.is qui.ff. de lega-
tis præſtandis.l.2.ff. de exceptione
rei iudi.l.cùm emancipatus.ff.de bo-
no.poſſeſ. contra tab. Et eſt gloſ. ſin-
gu. in dict.§. Sed hæc quidem vetu-
10 ſtas. & emancipatio qualiter, & per
quos actus inducatur, habetur in.l.1.
&.2. vbi Docto. C. de patria poteſt.
Suarez optimè in.l.9.tit.11.De los
pleytos.lib.1.Fori.nu.20.& habetur
in.l.47.Tauri.& in.l.15.cum ſequen.
tit.18.part.4. quod ſupra dictũ eſt, ꝙ
teſtamentum, in quo filius emanci-
patus fuit, præteritus nõ eſt ipſo iure
nullum,ſed annullandum,eſt intelli-
11 gendum,quãdo cùm inſertione cau-
ſæ fuit præteritus,ſecus eſt ſi præteri-
tus fuiſſet ſine cauſę inſertione.Quo
caſu teſtamentum ipſo iure eſt nul-
lum.gl.ſingu.in verbo.noluit.in Au-
then.de hære.& Falcid.§. exhæreda-
tos. col.1. quã ſequitur Bart.in.l.filio
præterito.nu.18.de iniuſ.rup. irri. &
in.l.Gallus.§. in omnibus.nu.2.ff.de
lib.& poſth.Et eſt cõmunis dict.gloſ.
vt affirmat Iaſ. in Authen. ex cauſa.
nu.8.C.de lib. præt. vel exhære. & in
l.in arenam.num.3. C.de inofficioſo
teſta.vbi opinionem Vltramontano
rum reprobat.Et in hoc ſimiliter dif-
fert emancipatus à ſuo:nam ſuus præ
teritus ſine cauſa, & etiam cum cau-
ſa, habet ius dicendi nullum, vt te-
12 net Bart.& alij, in locis modò allega-
tis. Practica verò iuris dicẽdi nullum
eſt,quod præritus per officium iudi-
cis,poſtulet teſtamentum pronũcia-
ri, ac declarari à iudice nullum,& ita
declaratum petat filius hereditatem
abinteſtato. Per remedium, vnde li-
beri.l.non putauit. in prin. ff. de bo-
no.poſ-



no.poſſeſ. contra tab. l.fi. ff. de lega.
præſtan.gloſ. in rubr. C.vnde liberi.
Quam practicam ſcripſit Bar.in dict.
l.filio præterito. nume. 24. & latiſſi-
mè eam declarat Ioan.Igne.in repe.
dict.Authen. ex cauſa. num.25. cum
ſequent. vbi refert omnia remedia,
quæ filio exhæredato, vel præterito
competunt. Aliud etiam eſt diſcri-
men inter ſuos, & emãcipatos, quòd
ſi ſuus fuerit exhæredatus, & incer-
ta fuit in teſtamento à teſtatore cau-
ſa exhæredationis legitima,filius po-
terit agere querela inofficioſi teſta-
menti, & ſi ab hærede ſcripto prædi-
cta cauſa incerta probetur eſſe vera,
filius omnino repellitur.Authen. de
hæredi. & fal. §. exhæredatos. Vbi
gloſ. in verbo. iuſtè. & in verbo. no-
luit.colum.1.Authen.cùm de appel-
la. cogno. §. illud quoque. &. §. ſiue
agitur. colum.8. l.omnimodo. C. de
inofficioſo teſtamen.l.10. tit.7. part.
6.l.1.tit.9.lib.3.Fori. Sed filius eman-
cipatus in vtroque caſu habet bono.
poſſeſſio. cauſa litis agnoſcendæ, qua
14 mediante cognoſcitur à iure ciuili, à
quo, vt ſuperius dictum eſt, erat inco
gnitus: & facta hac cognitione, filius
emãcipatus exheredatus habet que-
relam. l. Papinianus. §. 1. vbi gloſ. in
verbo.bonorum.ff.de inofficio. teſta
mẽ. Iaſ.in.l.2.C. eodem tit. & in dict.
l.Poſthumo nato. nume.12. & in.l.ſi
poſthumus.§.ſi quis ita.nume.5.ff.de
libe. & poſthu. vbi latè examinat, an
15 hodie titulus de inoffic.teſtamen. ſit
correctus, per diſpoſitionem, Auth.
ex cauſa. Iuſtæ tamen cauſæ exhære-
dationis filiorum ſunt.14. quę haben
tur in Authen. cùm de appella. cog-
no. §. cauſas autem iuſtas. colum. 8.
Authen. non licet. C. de lib. præte.
vel exhære. gloſ. fina. in. §. fi. inſtitu.
de inoffic. teſtamen. gloſ. magna. in
cap. Quintaualliſ. de iure iurand.l.4.
&.5.&.6.tit.7.part.6.Et non ſolùm
16 ꝓpter prædictas quatuordecim cau-
ſas. in prædictis iuribus expreſſas,ſed
etiam ex alia cauſa ſimili, vel grauio-
ri vltra prædictas filius poterit exhæ-
redari.Tenuit Angel. in.l.lex Corne-
lia.ff. de iniurijs.Ita cõſuluit Alexan.
conſ.203.ſuper themate vol.2.Idem
Alexand. in Authen. non licet.nu.9.
C. de libe. præter. vel exhæred. vbi
hanc affirmat eſſe communem opi-
nionem. & in.l.ſi quis id quod. num.
19.ff. de iuriſdict.omni.iudi.ſequitur
Hippol.in l.vnius.§.cogniturum.nu
me.76. ff. de quæſt. in.l. Qui falſam
monetam.§.accuſatio.nu.5.ff.de fal-
ſis.& in ſing.78.incip.plures ſunt cau
ſæ.Feli.in.c.Paſtoralis.nu.3.de reſcri
ptis.Pala.Ruuius in rep.rub de dona.
inter vir.& vxor.§.16.nu.10. Segura.
in.l.1.§.ſi vir. nume. 119.ff. de acqui.
poſſe.Bernar.Diaz in reg.273.incip.
exhæredare.Couar.in.c. Raynũcius.
nume.16.de teſta. Menchaca de ſuc-
ceſ.creat.lib.1.§.10.nu.193.gloſſator
ordinamenti in.l.1.in fine.tit.1.de los
juyzios.lib.3.ordi.Qui omnes faten-
tur prædictam opinionem eſſe com-
munem, quamuis Curtius Iunior in
dict.Authen.licet. num.23. nonnul-
lis fundamentis & rationibus nitatur
tenere contra communem.Sed non
inficior,quòd communi opinioni ad
uerſari videatur tex.in dict.Authen.
cùm de appella. cogno.§. Aliud quo-
que cap. ibi præter ipſas cauſas nulli
liceat ex alia lege ingratitudinis cau
ſas opponere. Et.l.8. tit.7. part.6.ibi.
Si por alguna razon que no fueſſe
de las ſobredichas, deſheredaſſe el
padre a ſu hijo, no le valdria el tal
deſheredamiento. Sed his iuribus
facile reſpondere poſſumus, quòd
17 lex nunquam videtur caſus æquè ſi-
miles, vel grauiores excludere. l. ſi
mora. Vbi docentes, præſertim Iaſ.

numc.5.cum ſequen. ff.Solut.matri-
mo.l.1. ff.Si men. fal. mo. dix. Cle-
mentina.exiui.§. cùm autem. de ver
18 bo.ſigni.glo. ſing.in verbo. voluerit.
in.l.fi.C.de reuocan. dona. vbi reuo-
catur donatio præter alias quinque
cauſas. in.l. expreſſas. ex alia cauſa
æquali vel maiori.Et eſt.l. penul.ti.4.
part.5.gloſ.ſingu.1. in ordine.in.l.ob
æs alienum. C. de prædijs minorum.
19 Bar.in.l.Si conſtante. ff. Soluto matri
monio.in prin.& in.l.1.vbi Doct.ff ſi
quis ius dicen. non obtẽ. etiam ſi lex
loquatur per dictionem ſolum,vel ſo
lam.glo.in.l.cùm notiſſimi.C.de præ
ſcript.30.vel.40.anno.gloſ. in verbo.
ſolus Imperator. in.l.fi.C. de legibus.
Iaſ.in.l.Gallus.§. inſtituens.nu.35.ff.
de libe. & poſthu. Bald.& Sali. in.l.1.
20 C.de Bono. poſſeſ. contra tab. Quod
procedit etiam in materia pœnali, q;
dictiones taxatiuæ etiam caſus ſimi-
les non excludunt.gloſ.in dict.l.fi.C.
de reuocand.dona.Salic.ibi eam no-
tant. & eſt text. in cap.1.§.porrò.vbi
Bal.quę fuit prima cauſa beneficij ad
mittendi in vſi.feudo.quem tex.eſſe
ſingu. affirmat Iaſ. in.l.1. nu.81.ff.de
offi. eius,cui mandata eſt iuri. & in.l.
21 1.nume.10.C.de bono poſſeſ.contra
tab. etiam ſi lex loquatur per dictio-
nes taxatiuas tantùm, tantummodo
& dumtaxat,non excluduntur caſus
ſimiles,vel ſimilem rationem,vel ma
iorem habentes. l. ſerui nomine. vbi
glo.in verbo poſsidet.& ibi Bar. ff.de
vſu capi. gloſ. verbo. dumtaxat. in.l.
eum qui.§.ſi petenti.ff.de publi.in rẽ
actio.tex.& ibi gloſ.Et Alex. Areti.&
Iaſ. in.l.1.§. per ſeruum corporaliter.
num.3.ff.de acqui.poſſeſ.Vnde dixit
ſingulariter Archidia.in.c.2. de accu
22 ſa.lib.6.quem ſequitur.Bald.in.l.1.de
bono. poſſe. contra tab. Vbi Iaſ. latè.
num.7.Quòd ſi aliquod ſtatutum di-
ſponat,quòd ſolus Epiſcopus aliquid
faciat, nõ videtur excludere c.ſuum,
quia non cẽſetur excludere id quod
eſt connexum, quamuis dictiones ta
xatiuæ ſint excluſiuæ.l. ijs ſolis. ff. de
23 condi. indebi.l. aduerſus.C.ſi aduer-
ſus rem iudi.Ideo dictiones taxatiuæ
poſitæ in perſonis defunctorum,non
excludunt perſonam hæredum. Bal.
in.l. fi. de actionibus empti. in fine.
24 Decius plenè in. l.hæredem. ff.de re-
gu.iu.Ex quibus facilè deducere poſ-
ſumus intellectum ad legem.4. &. 5.
tit.8.lib.3.ordi. quod vltra exceptio-
nes ibi contentas,aliæ ſimiles,vel ma
iores contra inſtrumentum guaren-
tigium admittantur,quamuis prędi-
cta iura loquantur per hæc verba:No
embargante otras qualeſquier exce-
pciones. Ita Suarez in.l. poſt rem iu-
dicatam. part.2. prima & ſecũda col.
ff.de inofficioſo teſta.Gloſſatores Hi
ſpani in.l. 64. Tauri. Bart. in.l. Diuus
Traianus. in princ. de militari teſta.
Ange.in.l.Sciendum.ff. de euictioni
bus. & in.l. Hominem. §. in ædilitijs.
per tex.ibi.ff.de ædili.edict. Iaſ.in.l.1.
numc.82. ff.de offi.eius cui mandata
eſt iuriſ. Abb.in cap.ſuſcitatus. num.
7.de in integ.reſti. Hippol. ſingulari.
88.ſtante ſtatuto,latiſſimè Decius in
c.ex parte.in.2. nu.5. vſque ad finem
lecturæ. de offi. delega. In quo loco
triginta fallentias,& notandos intel-
lectus ad dictã.l.regiam ſcripſit. Quę
omnia in præſentiarum omitto, vt
ad noſtram propriam materiam tran
ſeamus.

*SVMMARIVM.*

1 *Nepotes auis ſuis ex teſtamento, & abinteſtato legitimi ſunt hæredes.*
2 *Nulla eſt differentia inter filios, & nepotes in aſcendentium ſucceſsione.*
3 *Remedia quæ competunt filijs, competunt etiã nepotibus.*

4 Filia



4 *Filia à patre eſt dotanda.*
5 *Paternum officium eſt filias dotare, & in matrimonium collocare.*
6 *Pater iudicis officio compellendus ad filiam maritandam.*
7 *Filia etiam nupta à patre eſt dotanda.*
8 *Mulier indotata à ſuo ſolet contemni marito.*
9 *Mulier indotata non tanquam vxor, ſed tanquam ſoror alenda eſt.*
10 *Vxorem indotatam maritus à domo expellere poterit.*
11 *Maximum dedecus eſt accipere vxorem ſine dote.*
12 *Tale eſt officium aui erga neptes, quale eſt patris erga filias.*
13 *Nepoti competit querela inoffi. teſta.*
14 *Opinio Bal. reprobatur.*
15 *Nepotes qualiter abinteſtato ſuccedant.*
16 *Lex ſi defunctus. C. de ſuis & legi. lib. corrigitur.*
17 *Nepotes cum patruis in ſtirpem, & non in capita ſuccedunt.*
18 *Ioannes Faber reprehenditur, & meritò.*
19 *Nepotes in locum ſuorum parentum ſuccedunt.*
20 *In ſucceſsione deſcendentium non attenditur proximitas graduum, ſed repræſentatio.*
21 *Proximior in gradu ad hæreditatem tranſuerſalium admittitur.*
22 *Regnum, Ducatus, ſeu Maioricatus, non eſt diuiſibilis.*
23 *Vnus in Repub. erit Rex, & vnus Princeps.*
24 *Propter peccata populi, erũt multi Principes.*
25 *Plura capita habere, eſſet quid monſtruoſum.*
26 *Rixæ & diſcordiæ oriuntur ſuper re cõmuni.*
27 *Communio eſt mater diſcordiæ.*
28 *Homines ad diſcordiam ſunt proni.*
29 *Commune vitium eſt negligi, quod communiter poßidetur.*
30 *Regna Hiſpaniæ pluries inter filios fuerunt diuiſa.*
31 *An Regibus licuit regna ſua diuidere.*
32 *Indiuidua non conferuntur.*
33 *Indiuiſibilia, facultate regia diuiduntur.*
34 *Rex iura primogenituræ, & Maioricatus poteſt diuidere.*
35 *Succedens in regno, ſeu Maioricatu, alios fratres alere tenetur.*
36 *An nepos ex primogenito, excludat ſecundogenitum.*
37 *Duæ communes opiniones inuicem cõtrariæ.*
38 *Lex regia.40. Tauri vtilis et neceſſaria fuit.*
39 *Nemo plus iuris in alium transfert, quàm ipſe habet.*
40 *Quod dicitur de patruo ſecundogenito, idem de tertio, & quarto genito.*

# Cap. quintum.

PRęcedentibus capi
1 tulis abundè tracta
nimus de legitima,
quæ de iure filijs ac
filiabus, etiam emã-
cipatis, debet: opor
tet modò excutere, an eadẽ legitima
nepotibus, neptibuſq; debeatur. Cir
ca quod affirmatiuè dicendũ eſt, mor
tuis ſuis parẽtibus, nepotes, & neptes
ex teſtamẽto, & abinteſtato auis ſuis
legitimos eſſe hæredes, & in locũ ſuo
rum parẽtũ ſuccedere.l.2.l. maximũ
vitiũ.§. Sancimus itaq;. ibi. nõ ſolùm
in filiabus obtinere, ſed etiã in nepo-
tibus, & neptibus, & deinceps. C. de
2 libe. præter. vel exhæreda. Vbi Doct.
notãt, q; in ſucceſſione aſcendentiũ
nulla eſt differentia inter filios, & ne
potes.l. poſthumus.§.ſi quis ex his.ff.
de inoffi.teſta.l. poſthumorũ.ibi ne-
potẽ, neptémue neceſſe eſt mihi vel
hæredes inſtituere, vel exhæredare.
ff.de in ius. rup. irritoq; facto teſta.l.
ſed et ſi cõditioni.§.nepotes.ff.de hę-
re.inſti.l.1.§.ſciẽdũ. ff. de ſuis & legi.
hære.l.2.&.3.& in Auth.in ſucceſſio-
ne.C de ſuis & legi.lib.& in.§.poſthu
morũ.& in.§.fi.inſti.de exhære.lib.§.
ita demum. &.§. cùm filius filiáue.&
in.§.fi.inſtitu. de hæreditatibus, quæ
abinteſt.defe.l.2.&.3.titu.13. part.6.
3 lib. titu.5.lib.3. Fori.l.1.&.7.titu.6.

co.lib.

oo.li.3.Fori.l.6.& 40.Tauri, & omnia
remedia quę competunt filijs pręte-
ritis, vel exhæredatis, competũt etiã
nepotibus & neptibus, & deinceps,
non exiſtente patre nepotum in me
dio, vt apertè probant iura modò ci-
4 tata. Hinc eſt quòd quemadmodum
pater filias ſuas tenetur dotare.l. do-
tem dedit. Vbi Bar.ff.de col. bonorũ.
l.qui liberos.ff.de ri. nupti.l. ſi verò.
vbi glo.1.ff.de in rem. verſo.l. ſed Iu-
lianus.§.ſed etſi filius.vbi gloſ.in ver-
bo.pro filia.ff.ad Sena.conſul.Mace-
do.l. pater. ff. de euicti. quia paternũ
5 officium eſt filios dotare & in matri-
monium collocare.l.fi.§. vtramq; igi
tur.C.de dotis promi.l. regia.ſingu.8
tit.11.part.4.ibi. Ca tenudo es el pa-
dre caſar ſu hija, y la dotar.&.l.9.ti.11.
part.4. ibi. Puede le apremiar el juez
que la caſe, e le eſtablezca dote. Ex
quibus legibus ſatis colligitur, quòd
6 non ſolùm ad dotandam filiã pater
compellitur, ſed etiam ad maritan-
dã, ſi ætate nubilis eſt filia.l. qui libe-
ros.ff.de rit.nupti.ibi cogũtur in ma-
trimonio collocare & dotare. Vbi
Bar.inquit, quòd ad id cõpellitur pa-
ter officio iudicis. Idem Bar.in.d.l.do
tem dedit.& in.l.1.nu.15.ſolu.matri.
Abb.optimè in.c. accedens. nu.6.de
procu. Alex.conſil.33. videtur. nu.3.
vol.4.Iaſ.in.§ fuerat.nu.99.inſtitu.de
actio. deciſio. Capellæ Toloſanæ.q.
290. tradit plenè Ioan. Corraci. in l.
filium quem habentem. nu. 190. C.
fami.herciſ. Et eſt.l. expreſſa in.d.l.9.
7 tit.11.part.4.quod procedit etiam, ſi
filia iam ſit nupta, pater tenetur eam
dotare.glo.ſingu. in verbo. lege.in.l.
obligamur.ff.de actionibus & obliga
tionibus. quam ſequuntur Paulus, &
Angel. in Authen. res quæ. vbi Bald.
num.10.C.communi de lega. & Iaſ.
in.l. ſi donatarius.§. Si quis indebitã.
nu.5. de condi. cau. da. &in.l. de ali-
mentis.in fine.C.de tranſa. & in.d.§.
fuerat.nu.97 Alex.in conſil 138. viſo
themate. nu.8. vol.2 Idẽ videtur te-
nere Bald.in rub.de officio iudicis.&
in.l.fi.C. de ſententijs, quæ ſine cer.
quã.& in.l.1.ſoluto matrimonio. vbi
vterq; Immola & Romanus, & cõmu
niter omnes, & Paul. Caſt. in.l. ſi ſo-
cer.in fine ſolut. matri.vbi hanc eſſe
communem opinionem fatetur cõ-
tra Bar. oppoſitum tenentem in.d.l.
obligamur.in prin. & in Authen. res
quæ. nu.6. C. communia de legatis.
& Salicetum in.d.l. qui liberos. Quã
opinionem Bar.ſequitur. Matheſi.in
ſingulari. 106. incip. Nota ꝙ ſi pater
Abb.in.c.1.nu.6.de adulte.& in.c.cũ
cauſa.nu.5.de rapto.& in.c. accedẽs.
nu.6.de procurato.vbi refert & limi-
tat hoc dictum Bar. Prima tamen opi
nio contra Bar. & ſequaces commu-
nior eſt, ideo tenenda. Nam mulier
indotata à ſuo ſolet contemni mari-
to l.fi.C. ad Velleia.l. ſeruo legato.§.
8 ſi teſtator.in fine.ff.de legatis primo.
vnde dicunt iura, quòd qui vxorem
ſine dote accepit, non tanquam vxo
rem, ſed tanquam ſororẽ tenetur ale
9 re.l.quòd ſi nulla.ff.de relig.& ſump.
fune. Authen.de nup.§.ſi quis enim.
col.4. Notat Inno.in.c. per veſtras de
dona.inter vir.& vxo. Abb. conſi.39.
Chriſti ſaluatoris. nu.4.vol.2.vnde in
quit Bart. in.l.ſi donaturum. in prin.
ff.de cõditione ob cauſam, quòd ma-
ritus poteſt expellere vxorem indo-
tatam, ex quo eius pater negat dotẽ.
10 quod refert Iaſ in.§.fuerat.nu.98.in-
ſtituta de actio. Bald. in.l.ſi volunta-
te. C. de dotis promi. quod maximũ
dedecus eſt accipere vxorem ſine
11 dote.Iaſ.in.l. ſi diuortio.nume.10.ff.
de verbo.obliga. eodẽ modo, eadẽq;
ratione auus, neptes ſuas tenetur
dotare, ſicut filias: tale enim debet
eſſe officium aui circa neptes, quale
eſt



eſt patris erga filias, vt probat.d.l.do-
tem dedit.l.cognouimus.C.de hære-
12 ticis. ibi dotes pro filiabus, & nepti-
bus dare tenetur.l. hac edictali. vbi
Bal.nu.12.C.de ſecũd.nup. quòd cha
ritatem, quam debemus filijs, eandẽ
debemus nepotibus, & pronepoti-
bus, & proneptis.l. & adeo.§.fi. cum
l.ſequen.ff.de in rem ver.Bald.in.l.fi.
C.de dotis promi.Bar.in.l.1.nu.13.ff.
ſol.matri. & in.l.fi.C. de dotis promi.
Stephanus Aufre.in Capella Tholo.
quæſt. 289. Segura in.l. cohæredi. §.
cùm filiæ. nu.125. ff.de vulga. & pu-
pi.ſubſti. Palatius Rub.in cap.per ve-
ſtras. §.24. in.2. parte de donat.inter
vir. in quo loco non fideliter iura re-
gia, quæ ibi allegat, refert: ſed potiùs
eſt.l.8.tit.11.par.4.ibi: El abuelo que
huuiere ſu nieta en ſu poder, tenudo
es de la dotar, maguer no quiera. Idẽ
dicẽdum eſt de proauo, quoad ſuam
pronepotem: vt ex verbis dictæ legis
partite clarè apparet, ibi: Eſſo miſmo
es del biſabuelo, &c Duobus tamen
modis id limitandum eſt, in quibus
auus nõ tenetur dotare ſuam neptẽ:
quos refert Iaſ.in.l. auus. in prin.ff.de
13 pactis. Et quod ſuperius dictum eſt,
quòd nepoti competit querela inof-
ficioſi teſtamenti ampliandum eſt,
etiam ſi eius pater exhęredatus teſta
mẽtum paternum approbauerit, ni-
hilominus nepos teſtamentum pote
rit querelare. Alex.in.l.ſi quis poſthu
mus.§.1.ff.de lib.& poſthu.vbi plenè
Iaſ. & idẽ Iaſ. in rub.n.6. C.de ſucceſ.
edict. Caſtillo in.l.24. Tauri.verbo. Si
ſe rõpiere. Eſt ad id tex. in.l. Si is qui.
in prin.ff. de inofficioſo teſtamen. &
l.ſi non mortis. &.l. qui repudiantes.
ff.eo.tit.vbi eo ipſo quòd filio exhęre
dato delata eſt querela, eo excluſo,
aperta eſt via deſcendentibus ad im-
pugnandum teſtamẽtum. Et hæc cõ
14 cluſio eſt probabilior, reprobato. Bal.
oppoſitum tenente in.l. in ſuis. oppo
ſi.11.in repe.ff.de libe. & poſthu. pro
vt Iaſ.& alij in dict.rub. de ſucce. edi.
maxima cum ratione reprehendũt.
15 Hactenus de ſucceſſione ex teſta-
mẽto, viſum eſt opportunè nũc ęqua
liter nepotes ad ſucceſſionem aui &
proaui, & deinceps abinteſtato vo-
centur, explicabimus. Vetuſtatem ta
men quandam in primis repetendã
eſſe cenſemus, quòd de iure antiquo
nepotes ex filia, & pronepotes ex ne
pte non vocabantur ad aui & proaui
hæreditatem, niſi poſt agnatos. Per
aliquas verò cõſtitutiones deinceps
prouulgatas admittebantur cum di-
minutione tertiæ partis, quam eorũ
mater, vel auia erat acceptura. vt in
§. fi. inſtituta de hære. quæ abinteſt.
deferũt. & in.§.cæterũ de legi. agna.
ſucce.inſt. Quòd ſanè iã prorſus ſubla
tum eſt, ęqua enim lance, ſine aliquo
diſcrimine, & diminutione, nepotes,
neptes, pronepotes, proneptes, ex fi-
lia cum nepotibus, & pronepotibus
ex filijs admittuntur.l. poſt fratres.l.
12.tabularum.C.de legi.hære. Auth.
in ſucceſſione.C.eo.tit. Auth.de hęre
di.abinteſ.veni.in prin. col.9. & in.§.
fin.inſt.de hęredi. quæ abinteſta.de-
feruntur.l. 3.tit.13.part.6. Et vt om-
nia clariùs, ac faciliùs percipi poſſint,
notãdum eſt, quòd quando in hære-
ditate aui, vel auiæ, nepotes, & prone
potes, cum proauis & alijs aſcenden-
tibus concurrunt nepotes, & prone-
potes, proauis, & alijs aſcendentibus
præferuntur. Authẽ. in ſucceſſione.
C. de ſuis & legi. lib. Authen. defun-
cto: C.ad Sena.conſul. Tertu. Authẽ.
ceſſante. C.de legi. hære. l.1. titul.6.
libr.3. Fori. l.6. Tauri. Et quando
concurrunt cum patruis magnis,
vel auunculis magnis, qui fratres
aui, & auiæ dicuntur, idem dicen-
dum eſt quod in caſu proximo.l.1.C.
ad Se-

ad Sena.conſul. Orphi.l.in teſtamen
to.C.de ſuis & legi.lib.l.defunctis.C.
legi.hære.l.3.in prin.tit.13.par.6.quę
16 corrigit legẽ, ſi defunctus. C. de ſuis
& legi. lib. in qua erat diſpoſitum
contrarium.
17 Præterea quoties nepotes cum pa
truis ad hæreditatem ſui aui vocan-
tur in ſtirpem, & non in capita ſucce
dunt, veluti ſi auus moriatur, ſuperſti
te vno filio, & duobus nepotibus ex
alio filio præmortuo, dimidiam hære
ditatis partem, ſolus filius ſuperſtes
obtinebit: & aliam dimidiam prædi-
cti duo nepotes.l. vt inteſtato. C. de
ſuis & legi. lib.l.3. C. de boniſq; libe-
ris. §. cùm filius filiáve inſtituta de
hęre.quæ abinteſt.defe.§.hoc etiam.
de legitima agnatorum ſucceſſione.
Authentico. de hære. abinteſt. veni.
§.1. ibi quam ſucceſſionem in ſtirpẽ
vocat antiquitas.l.3.tit.13.par.6. ibi:
Todos hereden en lugar del padre
con el tio aquella parte de los bienes
del abuelo, que haurie el padre, ſi bi-
uieſſe.l.7.tit.6.lib.3. Fori. Ratio eſt,
quia nepotes in parentum ſuorum
locum ſuccedunt, vt dicunt prædi-
cta iura. Et non ſolùm nepotes, ſed
etiam pronepotes, & abnepotes, &
deinceps, veluti ſi Titius duos filios
habuiſſet: quorũ vnus mortuus fuiſ-
ſet relinquens abnepotes, dicti abne
potes cum filio ſuperſtite dicti Titij
ad hæreditatem eiuſdem Titij abaui
admittuntur modo ſupra dicto. Sed
Ioan. Faber tenuit contrarium in. d.
§.cùm filius filiáue.num.5. dicens, ꝙ
repræſentatio non extenditur vltra
perſonas nepotum, allegat Authen.
de hære.abinteſt.veni.§. huiuſmodi.
col.9. Et ita ſecundum eum prædicti
pronepotes & abnepotes eſsẽt à pręę-
dicta hæreditate excluſi, quod in iu-
18 re eſt falſiſſimum. Ideo in hoc Ioan.
Faber meretur reprehendi per text.
in dict.§.cùm filius, filiáue. Ibi pari ra
tione, etſi nepos neptiſq; ſit ex filio,
ex nepote pronepos, proneptíſue ſi-
mul vocantur: quia in parentis & ſui
locum ſuccedunt. Idem probat tex.
in.§.fi.inſti.eo.tit ibi, portionem ne-
potum, vel neptum, vel dinceps, &
ibi pronepotes & proneptes locum
patris ſui ad ſucceſſionem aui vocan
tur. Id etiam probat Authen. in ſuc-
ceſſione. C.de ſuis & legi. lib. ibi ne-
potes adulteriores ſuccedunt. Certũ
eſt ſub illo nomine adulteriores pro-
nepotes, & abnepotes comprehen-
di. Dicta concluſio probatur etiã per
l.1.§. ſi quis. in fine. ibi pronepos iſte
ſuus hæres mihi erit.ff. de ſuis & legi.
hære. vbi Bart. inquit. nota tex. quòd
19 pronepotes in locum ſuorum paren-
tum veniunt. Item iduuatur ratio-
ne, quòd in hæreditate aſcendentiũ,
reſpectu deſcendentium, non conſi-
deratur proximitas gradus, ſed reprę
20 ſentatio, vt in.l.vt inteſtato.C.de ſuis
& legi.lib.l.3.tit. 13.part.6.Ideo quã-
uis pronepotes, & abnepotes reſpe-
ctu filiorum in gradu ſui proaui, vel
abaui, ſint remotiores: nõ tamen ob
id ab hæreditate ſunt repellendi, ſed
vnà cum prædictis filijs proaui, vel
abaui in ſtirpes, propter repræſenta-
tionem admittẽdi. Et hoc eſt veriſſi-
mum de iure contra Ioan. Fabrũ. De
qua concluſione optimè Montaluus
in glo. No pueda, in.l.9.tit.5.lib.3. Fo
ri. & in.l.3. tit.13. part.6. Couarru.in
quæſt.pract c.fi.nu.5. Anton. Gome.
in lib.1.reſolutio.c.1.nu.12. Quod in
telligẽdũ eſſe cenſeo, quoties de ſuc-
ceſſione, vel hæreditate aui, vel alte-
rius aſcẽdentis agitur: vt probãt iura
21 modò citata: & quãdo agitur de hęre
ditate patrui tãtùm. Secus tñ ſi eſſet
cõtẽtio ſuper hæreditate aliorũ trãſ-
uerſalium, quo caſu proximior in gra
du ad hæreditatem admittitur, alijs
excluſis.



excluſis. Huius rei exemplum ſubij-
cio: Titius, qui auus Sempronij erat,
habebat fratrem, qui patruus mag-
nus nuncupatur, & duos filios, vnum
ſupeſtitem, & alium præmortuum,
ex quo nepotem habebat, mortuus
fuit auus, ac deinceps patruus mag-
nus obijt. Quo caſu patruus carnalis
ſolus ad hæreditatem dicti patrui ma
gni admittitur, excluſo nepote, qui
non ſubrogatur in locum ſui patris:
quia de hæreditate tranſuerſalis agi-
tur neque in capita, neque in ſtirpes
admittitur. Bart. & Bald. in Authen.
poſt fratres. in fine. per tex. ibi. C. de
legi.hære. Ange. in Authen. de hære.
abinteſt.veni.§.reliquum.in.3. nota.
col.9. Iaſ.in.l.is poteſt.nu.35.ff.de ac-
qui.hære. Singulariter Decius conſi.
1.incip. memini. nu.2. & conſil.217.
caſu propoſito.in princ.& conſi.484.
æquitati.nu.7.& conſi.527.in ciuita-
te Rauenæ.nu.9.& conſi.553.in ciui-
tate Lucana.in prin. Alex. conſil.44.
videtur prima facie.nu.15.vol.5. per
tex.in.l.auunculo.C.commu. de ſuc-
ceſ.l.2.C.de ſucc.edic.l. conſanguini
tatis iure. C.de legi. hære.§. ſi plures.
inſtituta. de legi. agnatorum ſucceſ-
ſione. Authen. de hære. abinteſt. ve-
ni.§. reliquum.ibi. vt ſuorum iure pa
rentum ſuccedant, ſolis filijs ac filia-
bus fratrum conceditur, & nulli alij
omnino perſonæ.
22 Quod ſuperius latè ſcripſimus, ne
potem ad hęreditatem aui ſimul ad-
mitti intelligendum eſſet, niſi talis
hæreditas ſit indiuiſibilis, vt puta Re
gnum, Principatus, Ducatus, Comi-
tatus, Marchionatus, vel Maiorica-
tus. Huiuſmodi enim dignitates nõ
diuiduntur inter plures, ſed penes
vnum remanent.cap.Imperialem.§.
præterea Ducatus. de prohibita feu.
alienatione per fede. in vſi. feudo.
Licet contrarium videatur diſpone-
re.l.6.tit.26.part.4. Sed id quod di-
ctus.§. præterea Ducatus probat. te-
net.glo.fi.vbi Abb.nu.6.in cap. licet
de voto.gloſ. in verbo. interdicatur.
in cap. ſi hæres. de teſtamentis. Vbi
Abb.& alij. gloſ.in verbo. conſidere-
tur. in fine. in.l. communi diuidun-
do.ff. commu.diui. Bald. in Authen.
hoc amplius.nu 8. C.de fideicommi.
& in.l.ſi plures. nu. 5. C. de condi. in-
cer. Albericus in procemio. ff. veter.
Iaſ.in.l. ſtipulationes non diuidũtur.
num.31.ff.verbo.oblig Alexan.con-
ſi.6.viſa inueſtitura. in princ. volu.5.
Oldra. conſ.94. eleganter Ancharra.
conſil. 341. pro maiori intelligen-
tia. Socinus in reg.189.incip.feuda di
gnitatum.vbi regulam.& tres fallen.
in hoc ſcripſit. Quas refert Iaſ.in dict.
l. ſtipulationes non diuiduntur. nu.
31.Decius in cap.prudentiam. num.
12.vbi Felin.nu.7. de officio. delega.
Latè Tiraquel. de iure primogenio-
rum, quæſt.68.nu.7. Latiſſimè Men-
chaca de ſucceſſionum creatione.li.
3.§.26 nume.92. Et ratio poterit eſſe,
quòd prædictæ dignitates non diui-
dantur, quia omne perfectum indi-
uiſibile eſt, teſte Philoſopho.12. Me-
taphy. nec bonum eſt in Repu. plura
23 litas Principum. Vnus ergo debet eſ-
ſe Rex & Princeps.l.2.§.deinde quod
difficile. ff. de origine iu. cap. in api-
bus.7.quæſtio.1.Bal.in dict. Authen.
hoc amplius.nume.8.Bar.de regimi-
ne ciuitatis. num.9. Vnde Dominus
per Ezechielem dixit. Seruus meus
24 Dauid Rex ſuper eos erit, & paſtor
vnus erit omnium illorũ. Et Prouer-
biorũ.c.28. Propter peccata populi
erũt multi Principes. Refert Bal.cõſi.
25 ſchiſmatis.poſito in rub. C.ſi quis ali-
quem teſtari prohibuerit. nu. 24. Et
Philoſophus.3.lib.Politicorum.c.11.
quòd vnus omnium habebit poteſta
tem. Et quemadmodum in membro
rum

rum hominis pluralitate vnum eſt ca
put,& plura capita habere eſſet quid
monſtruoſum.l.non ſunt liberi. ff.de
ſtatu hominum.l quæret aliquis. ff.
26 de verb. ſignific. Ita in Republ. eſſet
quid mõſtruoſum plures habere Re-
ges & capita. Et ſuper re communi
ſemper ſolẽt rixæ & diſcordiæ naſci.
l.in re communi. ibi.propter immen
ſas cõtentiones ff.de ſerui.vrba.præ-
di.l.cohæredibus. C.fami. herciſ. cõ-
27 munitas enim diſcordias excitat, vt
inquit.l. cùm pater. §. dulciſſimis. ff.
de lega.2.l.ſancimus.§. ſin autem.C.
de dona.Vnde dicit gloſſ.in.l.fi. C.de
iure domi.impetra.glo.in.c.illud 71.
diſ.gloſſ.in.l.13.titu.14.par.3.c.ex te
nore.Vbi Abb.num.3.de ſentent. ex
commu. quòd communio eſt mater
28 diſcordiæ, cùm homines proni ſint
ad diſſentiendum. l.item ſi vnus.§.
principaliter.ff.de recep.arb.Et com
mune quippe vitiũ eſt, negligi quod
29 communiter poſsidetur: vt hiſce ver
bis inquit tex.in.l.2.poſt prin. C.quã-
do & quibus.4. pars debea.lib.10.l.3.
§.quanuis.verſic.apparet igitur.ff.de
adminiſtratione tutorum.gloſ.verb.
religio in.c.1. ne ſede vacante. Et in
Euangelio Lucæ capit.11.habetur ꝙ
regnum in ſe diuiſum deſſolabitur.
Quod refert Bal. in.l. ſi plures. nu.7.
30 C. de conditionibus incertis. Et ita
Rex Alphonſus.7. dictus Imperator
Hiſpaniæ, regna ſua diuiſit inter fi-
lios ſuos Sanctium & Sanctio dedit
Regnũ Caſtellæ, & Ferdinando Le
gionis Regnum,& fecit eos iurare,ꝙ
poſt eius mortem ſtarent huic diui-
ſioni. Et Ferdinandus primus regna
ſua ſimiliter diuiſit inter ſuos filios,
deditq́; Sãctio natu maiori regnum
Caſtellæ,& Alphonſo regnum Legio
nis & Haſturiarum, & Garciæ regnũ
Gallecia cum Portugallia. Ex qua di
uiſione quamplurima inter eos bel-
la orta fuêre: vt in chronicis Regum
Hiſpaniarum apparet, quam dictorũ
regnorum diuiſionem refert Iaſſ. in
Authent. ſacramenta puberum. nu.
69.C.ſi aduer.vẽdi. Vbi examinat va-
liditatem iuramenti præſtiti in dicta
diuiſione. Sed mea quidem ſenten-
tia, prædicta diuiſio potiùs de facto,
31 quàm de iure fuit facta: vel ea forſitã
ratione, quia regna prædicta erãt de
nouo adquiſita, ideo Regibus quo-
dammodo licebat regna ſua diuide-
re, vt tradit Palatius Rub.rub. de do-
na.inter vir. & vxor.§.62. nu.15. Vel
fuit factum illud propter euitandas
inter filios diſsẽtiones, vt inquit Bal.
in Authen.hoc amplius. nu.10. C.de
fideicommi. Suarez in allegatione il-
la, vtrum in bonis Maioricatus pater
habeat vſumfructũ. nu.27. Et eſt no-
tandum, quòd omnia indiuidua, &
32 quæ ad aliquem filium iure primoge
nituræ veniunt, non conferũtur, ſed
ea præcipuè habet filius, quia non re
cipiunt diuiſionem, ſeu ſeparationẽ.
Ideo meritò non conferuntur, nec
eſt poſsibile conferri. Bal.in Authen.
ex teſtamento. in fine. C. de colla.
Optimè Menchac. de ſucceſsionum
creatione.lib.3.§.26.num.92.in fine.
33 Sed omnia bona indiuiſibilia, vt Du-
catus, & Maioricatus cum licẽtia &
facultate regia poſſunt inter filios di
uidi. Ita And.Deiſer.in c.1.in prin.de
feudo.Marchię.in vſibus feudorum.
Suarez optimè in.l. quoniam in prio
ribus.11.limita.fol.88.col.1. C.de in-
offi.teſta. Quod eſt optimum reme-
dium parentibus volentibus inter fi
lios ſuos bona Ducatus, vel Maiori-
catus æqualiter diuidere. Ita pluries
conſuluit Iaſ. conſi.236.viſo tit. quæ
ſtionis lib.2.& conſ.107.in pręſenti-
conſultatione. vol.4. & alij plures, ꝙ
refert Tiraq. de iure primogeniorũ.
quæſt.77.in fi.&.q.79.vbi affirmat, ꝙ





34 Princeps ſine aliqua cauſa, de pleni-
tudine poteſtatis, poteſt diuidere ius
primogenituræ, vel Maioricatus in-
ter fratres.
35 Succedens tamen in Regno, vel
Maioricatu, alijs fratribus tenetur, ſe
cũdum eius facultates alimenta præ-
ſtare. Ioan. Andr. in.c.licet. vbi Abb.
num. 10. de voto. Idem Ioan. Andr.
in reg. ſine culpa. de reg.iu.lib.6. Bal.
in.l.alimẽta.nu.3. C.de nego. geſtis.
& in.l.cũctos populos.num.17. C.de
ſumma Trinit. & fide cathol. & in.l.
cum lege.C.de Epiſc.& cler. Anchar
ran. in repet. cap.1. de conſtitutioni
bus.quæſt.13.& conſi.339.pro maio-
ri intelligentia. Oldra.conſil.93. Ele-
ganter Feli.c.prudentiam.num.7.de
offic.delega. Caſtillo in.l.40.Taur.in
gloſſ. Por ſu orden. Et iſta eſt com-
munis Doctorum cõcluſio, quòd fra-
ter ſuccedens in Maioricatu, fratres
alere, & ſorores dotare, iuxta faculta
tes Maioricatus tenetur. Hanc fate-
tur eſſe communem And. Tiraquel.
de iure primigeniorum.quæſt.4. nu.
33.& quæſt.27.in princ. Latiùs ac me
lius quæſt.62. per totam. & Palatius
Rub.in cap.per veſtras.in.1.par.§.24.
num.4. Xuarez in dict.l.quoniam in
prioribus. ſecunda limita. nu.10. pro
qua communi.eſt.l.qui filium. ff. vbi
pupil.educa.debe. Vbi hæres vniuer-
ſalis tenetur alios fratres alere, & ſo-
rores dotare. l.cùm plures. §. fin. vbi
gloſſ. in verbo. alio patre.ff.de admi-
niſt.tuto.gloſ.verbo nulla ratione.in
l.non omni.C.eo.tit.l.18.tit.16.part.
6. ibi. O por caſar algunas hermanas
del moço. De cuius intellectu opti-
mè Palatius Rub.in.d.§.24.nu.3. &.4.
in fi. vbi ſcripſit, an bona Maioricatus
frater teneatur vendere, vel aliena-
re, pro alendis fratribus, & ſorore
dotanda.
36 Opportunè nunc iuxta prædictam
materiã examinanda eſt illa quæſtio
nimis difficilis, an nepos ex primogẽ
nito excludat filium ſecundo geni-
tum à Regno, vel Maioricatu aui,
mortuo prius primogenito, pro par-
te nepotis, quòd ipſe patruo, id eſt, ſe
cundo genito præferatur. tenet Ioã.
Faber in dict. § cùm filius filiáue. nu.
4.per textum.ibi Ioan. Andr.in addi.
ad Specu.tit.de feudo.in rubr. Oldra.
conſi.94. Eleganter Ancharra. conſi.
78.dicta facti narratio.& in cap.licet.
vbi Abb.num.8.de voto. Barba.conſ.
4.vol.2. Ioan. Duran.in arte teſtandi.
tit.3. cau. 8. qui hanc eſſe communẽ
opinionem fatetur, & ita fuit iudica
tum: vt patet in deciſ. Tholo. q.435.
Thomas Grammat. deciſione. 1. Iaſ.
in.l.maximum vitium. num.4. C.de
lib. præte. vel exhær. & in.l.is poteſt.
num.27.ff.de acquir. hære. Corcetus
de poteſtate & excellentia Regis. q.
115. Carol. Ruinus cõſi.13. præſuppo
nitur.in fi. vlt. vol. Latiſſimè Mẽcha-
ca de ſucceſſ. crea. lib.3.§.27.nu.19.
cum ſequentibus. Caſtillo in.l.40.
Tauri. Qui omnes hanc eſſe commu
nem opinionem affirmant. pro qua
eſt dict.cap.licet de voto. & alia iura.
rationes & fundamenta per Docto.
ſupra relatos, adducta. Bald. tamen
pro vtraque parte hanc quæſtionem
examinauit in.l.cum antiquioribus.
num.11. C.de iure & lib. vbi tandem
indeciſam reliquit, dicens, quòd ad
Principem eſt reccurrendũ, & quòd
eam ſoluat Apollo. In fauorem ta-
men patrui aduerſus nepotem, eſſe
magis communem opinionem affir-
37 mat Alexand. in conſil.54. pondera-
tis verbis teſtamenti. volum.3. conſi
lio.4. volum.4. Decius conſilio.443.
in caſu ad me tranſmiſſo. Iaſ. in dict.l.
maximum vitium. num.4. Hodie ta-
38 men in Regno Caſtellæ propter has
Doctorum opiniones euitandas, con

38 dita fuit lex Regia. 40 Tauri, diſpo-
nens nepotem in ſucceſſione Maiori
catus præferri patruo, etiam ſi dece-
dat primogenitus, viuo eo, qui tene-
bat Maioricatum. Ad id eſt.l. ſingula
ris.2.tit.15.part.2. Ratio poterit eſſe,
quia licet primogenitus plus iuris nõ
potuit in filium ſuum, id eſt, nepotẽ
transferre, quàm ipſe habebat.l. tra-
39 ditio.ff.de acqui. rerum domi.l. cùm
tabernas.ff.de contra.empti.l. nemo
plus iuris.ff.de regul.iur. Et cùm ipſe
nondum Maioricatum habebat, eius
morte nihil transferre potuerat in fi
lium. Negari tamen non poteſt quin
primogenitus in habitu, licet non in
actu & exercitio Maioricatum obti-
nebat, quod quidem ius per mortem
in filium tranſlatum fuit, & mortuo
auo, actus & exercitium cõſecutiuè,
tanquam ad ſuum fontem accedũt.
Et hac ratione omnia fundamenta
& rationes contrariæ ceſſant. Quàm
plures alias rationes & fundamenta
abundantiſſimè ſcripſit Andre. Tira
quel. de iure primogeniorum. quęſt.
40. per viginti & plures paginas, di-
cens hanc eſſe communem obſeruã
tiam in Hiſpania, Gallia, & Anglia.
Pulchrè Iaſ.in.l.is poteſt. nu.27. cum
ſequen. ff. de acqui. hære. Couarru.
3.lib. reſolutionum.c.5. num.8. & in
quæſt. practicis. c.fin. nu.5. Et Men-
chaca in dict.§.27.num.19. Et vſque-
adeo dicta opinio eſt vera, quòd ea-
dem ratione nepos ſecũdi geniti ex-
40 cludit patruum tertiogenitum à ſuc
ceſſione Maioricatus. Socinus conſi.
252. viſis inſtrumentis. volu.2. Tho-
mas Gramma.deciſione.1.nume.30.
dicens, quòd ita fuit iudicatum, &
quòd omnia iura & rationes pro ne-
pote ex primogenito, militant in ne-
pote ex ſecundogenito contra pa-
truum tertiogenitum, quod eſt no-
tandum.

*SVMMARIVM.*

1 *Nepotes qualiter ad hæreditatem aui vocentur.*
2 *An nepotes ſoli in ſtirpem, ſeu in capita ſuccedant.*
3 *An nepotes ex propria perſona, vel iure paterno ſuccedant.*
4 *Nepotes non à parentibus, ſed à legis diſpoſitione hæreditatem habent.*
5 *Filius & nepos inſtituti ordine ſucceſſiuo ſuccedunt.*
6 *Quando ineſt affectio, quo ordine inſtituti ſuccedant.*
7 *Plures in diuerſis gradibus inſtituti, iuxta ordinem graduum ſuccedunt.*
8 *Teſtator in caſu dubio videtur diſponere, & velle id quod lex vult & diſponit.*
9 *Teſtator præſumitur cogitare quod lex diſponit.*
10 *Pater & filius quo ordine in iure emphyteotico ſuccedant.*
11 *Fratres vtrinque coniuncti & vterini tantùm inſtituti, quomodo ſuccedant.*
12 *Cauſa Cordubenſis fuit deciſa.*
13 *Plures nomine collectiuo vocati, pro vna perſona cenſentur.*
14 *Nomina collectiua ſunt ſingularia in voce, & pluralia in intellectu.*
15 *Quæ ſint nomina diſtributiua.*
16 *De dictione æquè & eius effectu.*

# Cap. ſextum.

1 HActenus qualiter
nepotes cum aſcẽ-
dẽtibus, & patruis
magnis, & carnali
bus ad hæreditatẽ
aui vocentur, ex-
poſuimus. Reliquũ eſt vt videamus
prædictis non ſtantibus, qualiter ſoli
nepotes ad aui hæreditatem admit-
tantur, veluti ſi quiſpiã duos habuiſ-
ſet filios, & ex vno eorum tres nepo
tes, ex altero verò vnum tantùm ne-
potem



potem, mortuis parentibus ad hære-
ditatem aui qua forma nepotes vocẽ
tur. In qua re dicẽdum eſt, quòd præ-
dicti nepotes in ſtirpes, & non in ca-
pita ſuccedunt. Taliter quòd prædi-
cti nepotes in ſtirpes, & non in capi-
2 ta ſuccedunt. Taliter quòd vnus ne-
pos dimidiã hæreditatis partem aui
habebit, aliamque dimidiam tres fra
tres nepotes.l.2.C.de ſuis & legi. lib.
Authent. de hæredi.abinteſt.veni. §.
ſi quis igitur.&.§.ſic tamẽ.col.9. §. cũ
filius. in fine.&.§. fin. inſtit. de hære.
quæ abinteſta.defe.l.3.in fine. tit.13.
part.6.l.7.tit.6.lib.3.Fori. Ratio eſt ex
eo, quòd nepotes vocantur, propter
repræſentationem ſuorum parentũ,
& in eorum locum, vt in.d.Authent.
ceſſante, & in iuribus modò cita-
tis, & ad prædictam hæreditatem ad-
3 mittuntur, non iure paterno, ſed ex
propria ſua perſona, & iure proprio.
Bart.in.l.2. in fine. C. de lib. præteri-
tis, vel exhære. & in. l. 1. §. ſi ſit filius.
ff. de coniunct. cum emancipa. lib.
eius. & in.l.qui ſuperſtitis. nu.2. ff. de
acqui.hæredi.tex. vbi expreſſe Bar.in
l.1.§.ſi ſit.ff.de col.dot.Iaſ.in.l.Gallus.
§.& quid ſi tantùm.nu.60.ff.de lib.&
poſthu. Propter quod diebus præteri
tis conſultus circa hanc quæſtionem
auſus fuit affirmare, videlicet quòd
nepotes non tenentur ad debita ſuo
rum parentum perſoluenda, dato ꝙ
in eorum locum ſuccedant: non ta-
men (vt dictũ eſt) iure paterno, neq;
iure tranſmiſſionis, ſed ex propria ſua
perſona, & iure. Hæreditatẽ enim &
ſucceſsionẽ aui, non habent nepotes
à patribꝰ ſuis, ſed à legis diſpoſitione.
4 Ita hiſce verbis, inquit Bart. in dict.l.
qui ſuperſtitis.nu.2.& in.l.1.§.ſi ſit ne
pos.de col. dotis. & in.d.l.1.§. ſi ſit fi-
lius. Iaſ. in repe. l.ſi arrogator. nu.20.
ff.de adop. Alex.conſil.4. ponderatis
verbis.nu.13.volum.4. Decius conſi.
443. in caſu ad me tranſmiſſo. nu.20.
5 Ex teſtamẽto verò, ſi filium & ſuũ
nepotem hæredes auus inſtituiſſet,
non videtur eos ſimul inſtituere: ſed
ordine ſucceſſiuo. Primò itaq; loco
cẽſeatur vocatus pater, quo mortuo
eius filiꝰ, id eſt, nepos. l.peto. §.fratre.
ff.de lega.2. Vbi ad reuocationem le-
gati non omnes de familia admittũ-
tur, ſed ordine ſucceſſiuo.l. quoties
idẽ ſeruo.ff.de vſufr.l.fi.de verb.ſign.
c.Rainuntius.de teſta.gl. in verb.ex-
primat. in.l. Gallus. §. quidã rectè. ff.
de lib.& poſth.quæ ſing.eſt ſecundũ.
Bal.& Bar.ibi. nu.3. & eam affirmant
eſſe communem. Albe.Ang.Alex.&
Iaſ. ibi. nu.12. licet cõtra eam teneãt
Ioan.Dimola.Salice.& Aretin.ibi.nõ
nullis iuribus, & rationibus moti, qui
bus reſpondet Iaſ.nu.6. nam quando
plures perſonæ à teſtatore vocantur,
6 inter quas charitatis & affectionis or
do cadit, & non eſt aliqua neceſsitas,
ſaltem cauſatiua inſtituendi, vt in
auo, qui aliqua iuris neceſſitate ad in
ſtitutionem nepotis non compelli-
tur, filio ſtante & viuente in medio,
tunc à teſtatore intelliguntur vocati
ordine ſucceſſiuo, & nõ ſimul, vt Bar.
& ferè omnes in.d.§. Quidam rectè
hanc dixit eſſe communem opinio-
nem. Alex.conſi.14.ſuper quæſtione
propoſita.nu.4.vol.4. Ex quo affirma
bat.Bal.in.l.1.nu.7.per text.ibi. C.de
ſecundis nupt. quod ſi aliqua lex, vel
ſtatutum deferat aliquod ius, vel hæ-
reditatem pluribus exiſtẽtibus in di-
uerſis gradibus, intelligitur deferre
7 ordine ſucceſſiuo, ſecundum ordinẽ
graduũ, iuxta quem abinteſtato præ
dicti erant ſucceſſuri. Propter quod
non abs re erit dicendum, ꝙ ſi auus fi
lium ſuperſtitem hęredem inſtituat,
& nepotes ex alio filio præmortuo, ꝙ
non ſimul & in capita nepotes cum
filio ſuperſtite ad hæreditatem aui

admittantur, ſed in ſtirpes (vt ſupe-
rius dictum eſt.) Nam ita abinteſtato
erant ſucceſſuri: teſtator enim in du
8 bio videtur velle diſponere id, quod
lex vult & diſponit. l. cùm quidam. §.
quemadmodum. ff. de verb. ſigni. l. Si
duo ſunt hæredes. ff. de acqui. hære-
di. l. ſi ita fuerit. Vbi Bart. ff. de manu
miſſis teſta. l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2.
Vnde inquit Bal. in. l. precibus. nu. 44
C. de impu. & alijs ſubſti. quòd teſta-
tor ſemper præſumitur cogitare id q̃
9 lex diſponit. Idem Bald. in. l. quidam
elogio. nu. 3. in fine. C. de iure delibe
randi. Alex. conſi. 55. nu. 17. vol. 4. De
cius conſi. 205. in cauſa iſtorum nobi
lium. Vnde inquit Bart. in. l. quod di-
citur. ff. de verb. oblig. quòd ſi aliquis
pro ſe & filijs ſuis bona aliqua emphi
theotica recepit, intelligitur ordine
ſucceſſiuo. Ancharran. cõſil. 143. pro
domina Paula. nu. 3. Decius cõſi. 239.
10 primò videtur. nu. 4. & conſi. 562. ac-
curatè. vbi idem eſſe affirmat, de do-
natione facta patri & eius filijs. Quæ
donatio intelligitur, facta ordine ſuc
ceſſiuo. Nam ſemper præſumitur te-
ſtator diſponere ſecundum ius, & nõ
contra ius. Bal. in. l. 2. de condi. incer.
Paul. in Auth defuncto. C. ad Tertu.
Decius cõſi. 153. in effectu quæritur.
11 nu. 4. Ideo ſi aliquis habuiſſet fratres
vtrinq; cõiunctos, & alios fratres vte
rinos tantùm, & inſtituiſſet in ſuo te
ſtamento fratres ſuos, intelligitur de
12 fratribus vtrinq; coniunctis, & nõ de
vterinis, quia abinteſtato erant ſuc-
ceſſuri prædicti vtrinq; coniuncti, &
nõ vterini. Per ſupra dicta ita fuit de-
ciſum in cauſa ardua Condubẽſi, vt
affirmat Tellius Fernand. in. l. 8. Tau-
13 ri. in fine. Sed quando plures ſunt à
teſtatore vocati nomine collectiuo,
cum aliquo tertio, illi nominati no-
mine collectiuo, pro vna perſona iu-
dicantur. Ideo tertius eandem por-
tionem habebit, quam plures ita no-
minati. l. final. C. de impuberum, &
alijs ſubſtitut. Vbi Bartol. & alij. l. pla-
nè. in princip. ff. de legat. 1. l. Iulia-
nus. l. Lucius. l. interdum. ff. de hære.
inſtitu. vbi probatur, quòd ſi teſtator
dixerit Titium & fratris mei filios hę
redes inſtituo, ſemiſſem Titius habe
bit, & ſemiſſem fratres filij, cùm plu-
res ſub nomine collectiuo ſint voca-
ti, qui omnes pro vno iudicantur. No
men autem collectiuum eſt, quod in
ſingulari numero multitudinem ſig-
nificat, & ſunt nomina ſingularia in
voce, & pluralia in intellectu: vt po-
14 pulus, gens, vniuerſitas, collegium,
cognatio, & familia, & alia huiuſmo-
di. l. grege. ff. de lega. 1. l ſicut. ff. quod
cuiuſque vniuer. nomi. l. proponeba-
tur. ff. de iudicijs. l. fi. C. de verb. ſigni.
Bal. in dict. l. fin. in princ. C. de impu.
Et nomen hæredes, fratres, filij, poſt-
humi, nepotes ſunt nomina etiam
collectiua, vt notant Bart. & Paul. in
dict. l. fin. Iaſ. in. l. recõiuncti. num. 29.
ff. de lega. 3. Alex. conſi. 178. in occur
renti caſu. num. 11. volum. 2. Quæ
15 omnia intelligẽda & limitanda ſunt,
niſi additum fuiſſet aliquod nomen
diſtributiuum: vt puta quiſquis, qui-
libet, vterque, æquè, vel æqualiter. l.
interdum. ff. de hære. inſtitu. Vbi iu-
riſconſultus inquit, quòd ſi Titius &
16 filij fratris teſtatoris æquè hæredes
ſunt inſtituti, illa adiectio æquè, de-
clarat omnes, ſcilicet Titium, & fi-
lios fratris ex virilibus partibus eſſe
inſtitutos. Quod longè aliter eſſet,
ſi dicta adiectio, æquè, vel æqualiter,
vel alia ſimilis detracta fuiſſet. Iaſ. la-
tiſsimè regulam, & ſex fallentias in
hac re ſcripſit in dict. l. final. num. 5.
vſque ad finem lecturæ. Alexan. con-
ſilio. 14. ſuper quæſtione propoſita.
volum. 4. & in conſil. 55. perſpectis
his eod. volum. 4. plenè. Decius con-
ſilio.



ſilio. 239. primò non videtur. num. 4.
&. 5. & conſil. 382. verba teſtamenti.
Matth. de Afflictis deciſio. Neapol.
309. incip. pater quidam.

### *SVMMARIVM.*

1 *Filiorum legitima eſt de iure naturali.*
2 *Legitima dicitur portio iuris naturæ.*
3 *Naturalia iura omni tempore ſunt immutabilia.*
4 *Legitima, ſtatuto, lege, conſuetudinéue in totum non tollitur.*
5 *Dinus communi opinioni aduerſatur.*
6 *An omnes ſucceſsiones ſint de iure ciuili.*
7 *Legitimæ quota, an ſit de iure poſitiuo.*
8 *Non parui refert inter ius naturale primæuũ, & ſecundarium.*
9 *Ius naturale ad homines relatum, de iure gentium eſt intelligendum.*
10 *Pater cum filijs, nullo condito teſtamento, decedens, non dicitur inteſtatus decedere.*
11 *Patri ſuccedens, non dicitur de nouo acquirere, ſed acquiſitum capere.*
12 *Legitima, viuente patre, eſt quaſi debita.*
13 *Viuentis nulla eſt ſucceſsio, neq; hæreditas.*
14 *De filio prodigo dicitur.*
15 *Ne des in vita tua poſſeſsiones tuas.*
16 *An legitima filijs ſit debita in vita parẽtum.*
17 *Filius in vita patris dominus rerum paternarum dicitur.*
18 *Filius Regis, Princeps & Rex vocatur.*
19 *Filiorum legitima, æs alienum cenſetur.*
20 *Filius reuocat bona à patre in ludo amiſſa.*
21 *Si pater bona ſua diſsipat, in vita etiam filijs conſtituitur legitima.*
22 *Publicatis bonis paternis, filius legitima non priuatur.*
23 *Poſsidens bona publicata, filios alere, & filias dotare tenetur.*
24 *Propter adulterium vxoris bona publicantur.*
25 *Propter inceſtas nuptias ipſo facto bona publicantur.*
26 *Renuntiatio, an intelligatur de bonis poſteà etiam acquiſitis.*
27 *Iuramentum vltra intentionem iurantis nõ extenditur.*
28 *Actus agentium non operatur vltra eorum intentionem.*
29 *Renunciatio quæuis generalis, legitimam nõ includit.*
30 *De renunciatione Monialis tempore ingreſſus.*
31 *Decretum Tridentinũ de regula. Seſsio. 25. capit. 16.*
32 *Donatio vt in legitimam computetur valida eſt.*
33 *Donatio inter patrem & filium eſt prohibita.*
34 *Donatio vſque ad legitimam nulla indiget inſinuatione.*
35 *In legitima, prohibitio alienationis ſte nullius momenti.*
36 *Legitima non patitur onus, neq; in quantitate, neq; in loco, neq; in tempore, neq; in modo.*
37 *De alienatione per fratrem auctoris huius libri facta.*
38 *Grauamen reijcitur in eo etiam quod vltra legitimam relinquitur.*
39 *An expenſæ in ſtudio factæ in legitimam ſunt computandæ.*
40 *Caſus in quibus expẽſæ in ſtudio factæ computantur.*
41 *Sumptus in legendo, ſcribendo, Grammaticaque addiſcenda non computantur.*
42 *Expenſæ domi faciẽdæ, in computatione ſunt deducendæ.*
43 *Filius à patre domi eſt alendus.*
44 *Dictum ſingul. Innoc.*
45 *Victus victori in expenſis eſt condẽnandus.*
46 *Datũ filio ad titulum patrimonij vt ordines ſuſcipiat, non computatur ei in legitimam.*
47 *Donatio quælibet ſimplex non confertur.*
48 *Differentia inter donationem ſimplicem, & ob cauſam.*
49 *Pater non poterit compelli ad dandum titulũ pro ordinibus recipiendis.*
50 *Egregius Doctor à Couarr. ſua opinione fuit deceptus.*
51 *Officium Decurionatus in legitimam non computatur.*

52 *Decurionatus an ſit vendibilis, vel ad hære-
des tranſmiſsibilis.*
53 *Si filius inuentarium non fecerit, non ob id
ſuam perdit legitimam.*
54 *Non faciens inuentarium, vltra vires hæredi
tarias tenetur.*
55 *An quartam Trebellianicam acquirat qui in
uentarium non fecerit.*
56 *Pro delicto filij, pater non tenetur.*
57 *In publicatione bonorum non veniunt bona
futura, vel conditionalia.*
58 *An pecunia pro delicto filij ſoluta, in ſuam le
gitimam ſit computanda.*
59 *Executio in bonis aduentitijs pro delicto filij
non eſt facienda.*
60 *Bona aduentitia, viuente patre, prohibita à fi
lio ſunt alienari.*

# Cap. ſeptimum.

1 DE filiorũ legitimis,
eorumque ex teſta
mẽto, & abinteſta-
to ſucceſſione ſupe
rius latiſſimè dictũ
eſt. Reliquũ eſt vt
diſſeramus quo iure filijs legitima ſit
debita. Qua in re communis Docto-
rum concluſio eſt legitimam filijs iu-
re naturali deberi. l. fi. C. quorum bo
norum. ibi. cùm prudentium omnia
reſponſa. & lex ipſa naturæ ſucceſſo-
res eos faciant. vbi Bal. in prin. inquit
quòd illa lex etiã probat conſangui-
neis etiam ſucceſſionem deberi lege
naturæ largo modo, quæ lex alibi nõ
reperitur. l. cùm ratio naturalis. in
prin. ff. de bonis damnatorum. l. ſcri-
pto hærede. in fine. ff. vnde lib. ibi ad-
mittat liberos naturæ ſimul & paren
tum commune votum. l. nam & ſi pa
rentibus. ff. de inoffi. teſta. ibi. natura
lem erga filios charitatem. l. fina. §.
ipſum autem filium. C. de boniſque
lib. ibi. non propter hæreditates, ſed
propter ipſam naturam & leges. Au-
thent. hoc amplius. C. de fideicom-
miſ. ibi. debitum naturale percepit.
Authen. de hæred. & fal. §. primum
itaque. col. 1. ibi. hæc pars ſecundum
ipſam naturam eis debetur. Authen.
de trien. & ſemi. §. frequenter igitur.
col. 3. ibi. natura primò curata com-
petenter. cap. Rainuncius. §. cùm au-
tem de teſtamentis. ibi. legitima por
tio iure naturæ debita. cap. ſi pater.
2 eodem titu. lib. 6. ibi. ſiue portio iuris
naturæ. l. 17. tit. 1. part. 6. ibi. Legiti-
ma ſe dize en Latin parte debita iu-
re naturæ. l. 2. tit. 1. part. 1. & l. 2. titu.
19. part. 4. ibi. La vna es por el moui-
miento natural. gloſ. in verbo. natu-
rali. in l. Si quis à liberis. §. Si pater. de
lib. agnoſ. gloſ. in verbo. quale eſt. in
dict. Authen. de hære. & falci. gloſ. in
verbo. ſucceſſio. in cap. ius naturale.
prima diſt. glo. in verbo. parentibus.
in cap. prædicatur. 16. quæſtio. 1. Bar.
& Paulus in l. Ex hoc iure. ff. de iuſti-
tia & iure. Bald. in l. lege. 12. tabula-
rum. in princip. C. de legi. hære. Ol-
draldus. conſi. 107. circa municipale.
nume. 3. Alexand. conſil. 69. ſuper pri
mo. in prin. volu. 2. & conſi. 134. ęter-
ni numinis. nume. 32. volumi. 6. De-
cius in l. iura ſanguinis. in fine. de re
gul. iuris. Abb. in dict. cap. Rainun-
cius. nume. 12. Segura in l. cohæredi.
§. Cùm filiæ. nume. 180. ff. de vulga.
& pupi. ſubſti. & cum ea quæ de iu-
re naturali ſint, omni tempore im-
3 mutabilia, ſaltem in genere ſuo, re-
manent. l. ius agnationis. ff. de pactis.
l. eas. ff. de cap. dimi. in. §. ſed natura-
lia. inſti. de iure naturali gen. & ciui.
§. fi. inſtituta. de legi. agna. tute. cle.
paſtoralis. de re iudi. Bart. in l. omnes
populi. nu. 29. ff. de iuſti. & iure. Abb.
& alij in c. quę in eccleſiarum. de con
ſtitu. Ideo, ſtatuto, lege, conſuetudi-
néue aliqua, in totum legitima, tolli
4 non poteſt. Bar. in l. Titio centum. §.





Titio genero. nu. 6. de condi. & demõ
ſtrat. Et eſt Doct. communis opinio,
vt teſtatur Abb. in dict. c. Rainũcius.
& in c. fin. num. 23. de cõſuetudine.
Alex. conſi. 75. viſis diligenter. vol. 5.
Corneus conſi. 107. hac conſultatio-
ne. volum. 2. Paul. de Montepico in
Authent. præterea. num. 35. C. vnde
vir. & vxor. Iaſ. in Authen. nouiſsima.
num. 56. C. de inoffic. teſta. Palatius
Rub. in c. per veſtras. par. 2. §. 4. nu. 3.
additionator Dini. in reg. indultum.
de reg. iur. lib. 6. & Addionator De-
cij. in l. iura ſanguinis. de reg. iur. Vbi
5 circa hoc refert Forum Valentiæ. Ve
runtamen Dinus Doctor antiquus &
non paruæ auctoritatis. in dict. reg.
indultum. tenuit quòd de iure ciuili,
& non naturali filijs debeatur legiti-
ma. Sequitur Salicetus in dicta Au-
then. nouiſſima. Bal. in dict. l. lege. 12.
tab. poſt principium, dicens, omnes
6 ſucceſſiones eſſe de iure ciuili. l. lege
obuenire. ff. de verbo. ſignif. gl. in l. 1.
de acqui. rerum domi. gloſſ. vbi Bar.
& Paul. in l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. &
iur. gl. magna. in l. frater à fratre. ff. de
condi. indeb. Bar. & alij in rub. ff. de
acqui. hære. Xuarez in l. quoniam in
prioribus. 2. limitatione. C. de inoff.
teſta. Ideo vt omnis obiectio in hoc
articulo reijciatur, pro concordia opi
7 nionum dicendum eſt, quòd legiti-
ma ſimpliciter ſumpta, non reſpectu
quotæ, eſt de iure naturali: ſed ipſa
quota, vel legitimè taxatio, cũ à lege,
vel ſtatuto augeatur, vel diminuatur
(vt ſuperius viſum eſt) de iure ciuili
eſt. Vel aliter dicere poſſumus ſecun
dum Bal. & alios in d. l. lege. 12. tabu.
8 Quod quando dicitur, quòd filijs de
iure naturali debetur legitima, non
eſt intelligendum de illo iure natura
li, quod brutis, & hominibus com-
mune eſt, quod diffinitur in l. 1. §. ius
naturale. ff de iuſtit. & iu. & in princ.
inſtituta. de iure natu. gen. & ciui. l. 2.
titul. 1. part. 1. Sed de iure naturali ſe-
cundario intelligendum eſt, ideſt, de
iure gentium, quòd ſanè ius gẽtium
vocatur illud, quod naturalis ratio in
ter omnes gentes conſtituit, idque
apud omnes populos peræque cuſto
ditur. l. 1. §. ius gentium. ff. de iuſtit. &
iure. §. pri. inſtituta. de iure naturali
gentium & ciui. c. ius gentium. pri.
diſtinctione. l. 2. ibid. otroſi ius gen-
tium. en Latin. titul. 1. part. 1. de quo
iure gentium intelligẽdum eſt, quo-
tieſcunq; in aliqua lege, canone, ſta-
9 tutóue, hoc nomen ius naturale re-
latũ ad homines inuenitur. l. vt vim.
ff. de iuſtit. & iur. ibid. cùm inter nos
cognationem quandam natura con-
ſtituit. gloſſ. verbo. naturali ratione.
in l. 2. ff. de in ius vocando. Bart. per
text. ibi. in l. omnes populi. 2. oppo.
de iuſtit. & iur. Abb. in cap. fin. num.
23. de conſuetudine. Sed prima opi-
nio eſt verior, quòd filijs eſt legitima
10 debita de iure naturali. Vnde ſingu-
lariter inquit Bald. in l. vnica in fine.
C. quando non peten. par. peten. ac-
creſ. quem refert Xuarez in l. quo-
niam in prioribus. 2. limi. C. de inoffi.
teſta. quod pater qui deceſſit cum fi-
lijs, non dicitur decedere inteſtatus,
etiam ſi nullum cõdidit teſtamentũ.
Quodammodo enim ab ipſa natura,
& lege filij cenſentur inſtituti. Ideo
ipſemet Bald. affirmat in cap. 1. §. fin.
de feud. agna. hiſce verbis. Succedẽs
patri non dicitur acquirere de nouo,
11 ſed acquiſitum capere. Refert Chaſa-
neꝰ cõſ. 23. incip. Deceſſit Catherina.
nu. 27. Et quãuis filijs legitima ſit de-
bita in bonis paternis, in vita tamen
patris filius eam à patre petere nõ po
12 terit, niſi alimenta. l. fi. ff. de lib. agno.
Bart. in Authen. ſi qua mulier. nu. 22.
C. de ſacroſanct. Eccleſ. Bal. in l. illud.
nu. 7. C. eo. tit. & in l. 1. ff. de lib. agno.

&in.l.2.de lib.præte.vel exhęre.& in
l.quanquam.C.ad legem Falcidiam.
Idẽ Angelus,& Immola in.l.lex Cor-
nelia.ff.de vul.& pu.ſubſt.Socinus in
regu.355.incip.Pater eo viuente.Iaſ.
in.l.in ſuis.nu.18.ff.de libe.& poſthu.
13 & in.l.cùm quæritur.nu.2.C.de inof-
fi. teſta. quia viuẽtis nulla eſt ſucceſ-
ſio,neque hæreditas.l.1.§. ſi impube-
ri.ff.de colla. bono.l.neminem. ff. de
acquiri.hære.l.1.ff.de hære.vel actio.
ven. &.d. Authen. Si qua mulier. Li-
cet in Euangelio Lucę cap.15.habea
14 tur quòd ille filius prodigus dixit pa-
tri ſuo. Da mihi portionem ſubſtan-
tiæ, & bonorum, quæ me contingit:
& pater ei dedit. Sed ibi à patre vo-
lente,& nõ inuito legitima data fuit.
Quam auctoritatem refert Bal. in.l.
quamuis.nu.6.C.de fideicommi.Se-
gura & eius additionator in.l. vnum
ex familia.§ ſed & ſi fundum. nu.94.
ff. de lega. 2. Sed circa hoc ſit pater
15 cautus, ne filijs ſuis in vita ſua bona
diſtribuat.In Eccleſiaſtico cap.33.le-
gitur,filio,& mulieri,fratri, & amico
non des poteſtatem ſuper te in vita
tua, nec dederis poſſeſſionem tuam,
ne fortè pęniteat te.Melius eſt enim,
quòd filij te rogent,quàm te reſpice-
re manus filiorum tuorum.Sed in vi-
ta parentum, legitima filijs eſt quaſi
debita.glo.ſingu. verbo. nullis ratio-
16 nibus. in.l.ſi emancipata. C.de iu. &
facti ignorantia. Quam affirmat eſſe
ſingularem.Bal.& Iaſ.ibi. Idem Bald.
in.l.2.in fine.C.de lib.præte.vel exhę
re. & in.l.iuris ignorantia. C.qui ad-
mitti.Romanus conſil.125. mater &
ſoror.Decius conſi.408.in cauſa quæ
contingit. num.18.Ioan.Rub.conſil.
156.circa primum dubium. num.15.
Suarez in dict.l. quoniam in priori-
bus.in prin.num.4.Segura in.l.3.§.fi.
num.115.ff.de lib.& poſthu. vbi eius
additionator plures refert Docto. &
in.l. vnum ex familia.§.ſed & ſi fun-
dum.nu.98.ff.de lega.2.gloſ.eſt ſimi-
lis.in verb.ſcire potui.in.l.ſi duo ſunt
hæredes.ff.de acqui.hære.glo.in ver-
bo.parentibus.in cap.prędicator.16.
quæſt.1. pro quibus eſt.l. Sed quia.ff.
pro ſocio.ibi. plerumq; apparẽte qua
ſi debita nobis hæreditas obuenit.l.
fi.§.ſin autem. C.de cura. furi.l. ſi pa-
tronus. ff. de donati.l. vnica.C.de his
qui ante aper.tabu.l.1.§.pe. C.de co-
dici.Bald.in.l.quanquam. in prin. C.
17 ad leg.Falcid.& in.l.2.ff.de libe.& po
ſthu. Ideo filius in vita patris dicitur
dominus rerum paternarũ.l. in ſuis.
ff,de libe.& poſthu.§.ſui.inſtituta.de
hære.quali.& diffe. Bar.in rub. nu.5.
ff.de peculio.l.21.tit.13.part.6.Filius
itaq; Regis vocatur Princeps & Rex.
glo.ſingu.in.c.fi.24. quæſt.1. glo.2.in
18 c.Adrianus.73.diſt. Bal.in. d.l.in ſuis.
col.1. Abb.in.c.tanta. nu.10. qui filij
ſunt legitimi. Quod eſt intelligendũ
quo ad honorem & nomen tantùm,
& non quo ad iuriſdictionem & ad-
miniſtrationem: vt optimè declarat
Anto. Gome.in.1.tomo reſo.c.1.nu.
5. Atq; filiorum legitima reputatur
æs alienum.text.ſing.vbi Bart.in.l.Si
19 quis legatum.§.Si patronus.ff.de fal-
ſis. & vero creditori. filius ſimili mo-
do in legitima æquiparatur. text.vbi
Bart.in nu.10.in Authen.de hære. &
falci.§.ſi quis ita.col.1.Alex. conſ.69.
ſuper primo.nu.3.vol.1.Decius con-
ſil.236.non parua.num.6. & in conſi.
480.in fine.Latiùs Ioan. Corratius in
rep.l.filium quem habẽtem. nu.101.
C.famil. herciſ. Additionator Segu-
ræ in.l. quo hæredi.§. cùm filiæ.nu.6.
ff.de vul.& pupi.ſubſti.Suar. in.l.quo
niam in prioribus. 11. amplia.nu.11.
C.de inoffi.teſta.
20 Hinc eſt quod eleganter inquit
Bald.in.l.1. in fine.C.ſi in frau. patro.
aliena.fac.ſit.dicens,ꝙ ſi pater amiſit
omnia



omnia bona ſua in ludo Azardi, filij
poſſunt ea reuocare vſque ad eorum
legitimas. Sequitur Iaſ.in.l. ſi arroga-
tor.nu.23.ff.de adoptio. Vbi ad id al-
legat eundem Bal.in rub.C.de condi.
ob turpem cau.qui male allegat. Sed
potiùs eſt in.l.fi.C.de cõd.ob cau.da-
to.& in Authen.ex teſtamento.in fi-
ne.de coll. C.Ioã. Dimola in.l. ſi quis
cùm ſciret.ff.de vſu cap.pro emp. Idẽ
Iaſ.in.l.ſi rem tibi.nu.5.ff.de pręſcrip.
ver.& in.l.iuris gentium.§.Prętor ait
nu.5.ff. de pactis.& in.l. ait Prætor.§.
Sed & ſi quis iuſiurandum.nu.5.ff.de
iure iu. & in.§. item ſi quis in fraudẽ.
nu.3.inſti.de actio.Paul.de Monte Pi
co in repe.Authen.præterea. nu.36.
C.vnde vir & vxor.Segura.in.l.3.§.fi.
nu.130.ff.de lib.& poſthu. Ripa in c.
ſæpe.nu.74.de reſtitutione ſpo. Pala.
Rube.in c.per veſtras.par.2.§.22.in fi
ne.de dona.inter vir.& vxo.Eſt caſus
à nullo allegatus in.l. alearũ vſus. C.
de reli.& ſump.fune. ibi.aut eorũ hę-
redibus.Et ratio prædictorũ eſt, quia
legitima filiorum eſt quaſi debita, vt
prædiximus. Quod habet locũ etiã, ſi
pater in vita ſua incipiat diſſipare, &
dilapidare bona ſua, eius filij rectè
poſſint apud iudicem petere & inſta
re, vt aſſignet eis legitimam, vel ſaltẽ
21 aliqua bona, ex quibus poſſint alimẽ
ta percipere.Bal.in.l.2.C.ſi in frau.pa
tro. alie. Quod refert Paul. Roma. &
Alexan.in.l.Imperator.ff.ad Trebel.
Idem Roma.in.l.2.§.quod ſi in patris
ff.ſolu.matri.Iaſ.in.l.ait Prætor.§.ſed
& ſi quis iuſiurandum. nu.4. ff. de iu.
iurã. & in.§. ſi quis in fraudem. nu.4.
inſti de actio.Bar.in.l.ſi cõſtante. nu.
69.ff.ſolut. matri. & in d.§. quod ſi in
patris. Socinus reg.355. incip. pater
eo inuito. Petrus Raue.in alphabeti-
co aureo.verbo. officium iudicis.fol.
99.col.2.Palati. Rub.in c. per veſtras.
part.1.§.17.num.12.& 14.fol.56.Con
trarium tenuit Bal.ſibi contrarius. in
l.non poteſt.ff.de adoptio. Quas opi-
niones nititur concordare Iaſ. in. d.
§.Sed & ſi quis iuſiurandum. num.4.
Idem dicendum eſt, ſi pater ſua bona
alienaſſet in fraudem legitimæ filio-
rum, quòd talis alienatio à filijs pote-
rit reuocari.l.nõ vſque.ff. ſi quis à pa-
ren.fue.manu. Vbi Bart.& in.l.hære-
ditarium.ff.de bonis autho.Iudi.poſ-
ſi.Iaſ.in.l.filium quem habentem.nu
me.9.C.famil.herciſ.& in.l. qui ſe pa-
tris.num.62.C.vnde lib. & in Authẽ.
nouiſſima.nume.40.de inoffic. teſta.
& in dict.§.ſi quis in fraudem.in prin.
Barba.in.l.cùm acutiſſimi. nume.47.
C.de fideicommiſ.Ioan. Nicolaus in
repe.l. generaliter. nume.226. C. de
ſecundis nup.Decius conſil 231.viſo
caſu.nume.7.
22 Hinc etiam eſt quòd ſi propter cri
men hæreſis, vel aliud delictum bo-
na paterna publicarentur, filij non
ob id ſuis priuantur legitimis, dũmo-
dò ſint Catholici.l.Manichæos.l.qui-
cunque.C.de hæreticis.l.2.&.3.titu.
26.par.7.l.7.titu.7.part.6.l.9. titu.13.
lib.8. ordin.gloſ. ſingu.in ſumma.27.
quæſt.7.Villadie.de hæreticis.quæſt.
15.Ioan.Nicolaus de hæreticis.nota.
14.nam vt in ſacra ſcriptura habetur
Ezechielis cap. 18. Filius non porta-
bit iniquitatem patris, neq; pater ini
quitatem filij. cap. Iudæi. 1. quæſt.4.
c.ſi abeſt.24.quęſt.3.l.ſancimus.C.de
pœnis.Latè Bal.in rub. res inter alios
actas.Felinus in cap.vergentis. nu.3.
cum ſequen. de hæreticis.c. ius gen-
tium.1.diſt.Hippo.ſingulari.551.pœ
na debet.& in ſingu. 602. ex delicto.
quæ iura hodie videntur eſſe corre-
cta per tex.in c.Vergentis in fi.de hæ
reticis. & per c.cùm ſecũdum leges.
eo.tit.lib.6.Sed Bal.in.l.fi.nu.9.C.de
dotis promi.inquit,ꝙ etiam de ęqui-
tate canonica, is qui bona publicata

poſſidet,filios alere & filias dotare te
netur.Sequitur Ioan. Coratius in.l.fi
lium quem habentem. nu. 188.C.fa-
miliæ hercif. Paul. de Montepico in
l.poſt contractum.nu.29.ff.de dona-
ti.& in Authen.præterea. num.36.C.
vnde vir & vxor. Vber. Zucardus, in
l.1.nu.55.C.qui admitti.Expreſſe Se-
ptimã.in inſti.Catho. cap.29.in prin.
Palatius Rub. in.l.77. Tauri.in fi. La-
tiùs in c.per veſtras.2.par.§.23.num.
14.Et latè in meis ſingularibus.ſingu.
47.incip. damnatorũ bona. Et id ex-
preſſe in Inſtructionibus Sancti offi-
24 cij habetur.Fauore etiam legitimæ fi
liorum ſtatutum eſt, quòd licet pro-
pter adulterium vxoris eius bona pu
blicẽtur,quę maritus lucratur.l.cùm
mulier viri.ff.ſolu. matri.l. conſenſu.
§.vir quoque. de Repu.l quamuis, &
Authen. Sed nouo iure.C. de adulte.
Authen. vt liceat matri, & auiæ. §. ſi
de adulterio,&.§.ſi verò quędam mu
lieres.col.8. cap. plerũq; de dona. in-
ter vi. & vxo. cap.fin. de adulte.l 2 in
fine. tit.5. lib.8. Ordi.l.2 tit.7. lib.4.
Fori.l.82. Tauri.Id tamen intelligen-
dum eſt,dummodo filij non exiſtãt,
eis verò exiſtentibus nõ ad maritum
ſed ad filios pertinebunt, vt in.d.§ ſi
de adulterio, & in.d.§. Si verò quædã
mulieres.l.2. &. 5. tit.7. lib.4. Fori. ne
propter maternum delictum filij à le
gitimæ ſucceſſione priuentur, quod
ampliatur etiam ſi ſint filij alterius
matrimonij. gloſ. 1. in cap. quoniam
frequenter, vt lite non conteſ. gloſ.
communiter recepta in.l.ſi ita quis.
§.ea lege.ff.de verbo. obliga. Bald. in
l.hac edictali.nume. 5. C.de ſecundis
nup. Franciſcus Cremen. Singulari.
86.ſtatuto cauetur. Caſti. in.l.81.Tau
ri,in fine, & in.l. 82. vbi ſcripſit ratio-
nem ad hanc concluſionem, quæ iu-
uatur ratione.bona enim contrahen
25 tium inceſtas nuptias ipſo facto ſunt
confiſcata. Sed quando filij exiſtunt
in eorum fauorem introductum eſt,
vt talis bonorum confiſcatio non ha
beat locum. Auth. inceſtas nuptias.
C. de inceſtis nup. Auth. de inceſtis
nup.§.1. colum.2.l. fina.tit.18. par.7.
quod ampliatur etiam ſi filij ſint vxo
rati, & filiæ maritatæ, boniſq́ue ma-
26 ternis, & paternis Iureiurando re-
nunciaſſent, hac igitur renuncia-
tione non obſtante filij excludunt
fiſcum. Huiuſmodi enim renuncia-
tio non intelligitur in bonis, quę pro
pter delictum acquiruntur. Bart. in
Authen. hoc amplius. quæſti. vlti.C.
de fideicommi Oldra.conſil.293. vl-
tra iam dicta. Guido Papę, quęſt.228.
ex dicto proceſſu. Decius.conſil.235.
in caſu magnifici.num.6. conſil.230.
proponitur. nu. 2. Tiraquel. de Iure
primigeniorum, quęſt. 55.num.2.Eſt
& alia ratio,quia de hoc in renuncia-
tione filij non cogitauerũt, ideo me-
ritò ad id renunciatio non extendi-
27 tur.l.mater.ff. de inoffic. teſta.l. tres
fratres.ff.de pactis. Iuramentũ enim
vltra intentionem iurantis non ex-
tenditur,neque auget, nec cõfirmat
diſpenſationem extenſiuè, ſed tan-
tùm intenſiuè.cap. ad noſtram de Iu
reiurando cap.ne quis.22. quæſtio.2.
28 Actus itaq; agentium non operatur
vltra eorum intentionem.l.non om-
nis.ff.ſi cer.peta.l.neque ignorans.C.
de dona.Ideo renunciatio generalis
29 ſucceſſionis, vel hæreditatis paternæ
non includit renunciationem legiti
mæ,niſi id expreſſe dictum fuerit.l.ſi
quando.§.& generaliter. C.de inoffi.
teſta.ibi.niſi hoc ſpecialiter. vbi Bald.
Paul.& Salicetus, Ancharran. conſil.
152.plura ſunt dubia.num.8.Decius.
conſil.236.non parua difficultas. nu-
me. 8. tenuit priùs Bald. in.l. cùm le-
ge nota. 3. per text. ibi. iuncta. Au-
then. preſbyteros. C. de Epiſ. & Cle.
latè



latè Tiraquell. de Iure primogeni.
quæſt.55.nume.2. Nicolaus Boerius.
deciſione.14.breuiter videtur. num.
6.etiam ſi aliqua filia ante ingreſſum
30 monaſterij renunciauerit cum iura-
mento hæreditati paternę vel mater
næ, facta profeſſione & mortuo pa-
tre, poterit monaſterium petere hæ-
reditatem patris ipſius monachæ, nõ
obſtante iuramento,& renunciatio-
ne, quod eſt notandum. Ita tenent
Paul. Caſtrenſ. Ioann. Dimmola, in
l. qui ſuperſtitis. ff. de acqui. hæred.
Idem Paul. & Alexand. in.l. pactum
dotali.C.de colla. Corneus,conſ.272
volu.3.Marianus Socinus,conſi. 183.
volu.2. Couarru. in cap.1. nu.20. de
teſta. & in cap. quamuis pactum, in
3.part.§. 2. in princ. de pact. lib.6. vbi
hanc affirmat eſſe cõmunem opinio
nem, & nonnullas huius concluſio-
nis rationes refert. Sed nuper in ſa-
cro concilio Tridentino Decretum
31 fuit,ſeſ.25.c.16.de regularibus, quod
nulla renunciatio, vel obligatio etiã
cum iuramento in prædicto caſu va-
leat, niſi interueniat in ea licẽtia Epi
ſcopi, vel eius Vicarij generalis,& fiat
inter duos mẽſes proximos ante pro
feſſionem, & quod poſtea ſequatur
profeſſio. Fauore etiam legitimæ in-
32 troductum eſt,quòd licet donatio in
ter patrem,& filium in poteſtate ſit à
iure prohibita, & reuocabilis l. 2. C.
de inoffi. dona.l.cum de bonis. C. de
dona.l.1.§.ſi pater,&.l.ſi pater filię.ff.
33 de vſucap.pro dona.l.4.tit.15.part.6.
donatio tamen facta & tradita hac le
ge,& conditione, vt in legitimam cõ
putetur, valet inter patrem,& filium
in poteſtate,& efficitur irreuocabilis
l.Si non mortis. & ibi expreſſe Ange
lus.ff. de inoffic. teſta. Bald. in.l.cum
oportet.nu.8.C.de bonis quæ liberis.
Plenè Suarez in dict.l.quoniã in prio
ribus.in prin.euidentia.nu.4.Decius
conſil.86.viſo puncto.nu.8. Ratio eſt
illa de qua ſupra: quia non cenſetur
mera donatio,ſed ſolutio debiti natu
ralis, cùm in vita parẽtum (vt dictum
eſt) legitima filijs ſit quaſi debita. Vn-
de etiam eſt, quòd donatio facta per
patrem filio, vſque ad legitimam, ali-
34 qua non indiget inſinuatione. Bal. ex
preſsè in.l.illud.n.7.C. de ſacroſanct.
Eccle.& in.l.executionem.nu.20.C.
de executione rei iudi. Romanus in
l.Modeſtinus. ff. de dona. Suarez vbi
ſupra.nu.8. quamuis Bal. ſibi contra-
rius, contrariam tenuit ſententiã. in
l.data.nu.2. C.de dona. Eadem ratio-
ne dicendũ eſt, ꝙ cùm legitimæ por-
tio filijs debeatur, potiùs iudicio le-
gis naturæ, quàm iudicio teſtatoris.
Quòd etiam ſi filius dixerit teſtamẽ-
tum paternum nõ iure factũ, & ſuc-
cubuerit, vel nõ obedierit præceptis
teſtatoris, non ob id ſuam perdidit le
gitimam.gloſ. eſt ſingu. magna. in fi-
ne. Vbi optimè Iaſ.num.4.in.l. Polla.
C.de ijs quibus vt indig. gloſ.in.l.12.
tit.5.lib,3. Fori. Ex quibus ſimili mo-
do dicendum eſt, quòd ſi filius à pa-
35 tre fuerit prohibitus, bona ab eo reli-
cta vendere, aut alienare, hac prohi-
bitione paterna, non obſtante vſque
ad ſuam legitimam de bonis prohibi
tis, filius vendere & alienare rectè po
terit.l.Marcellus. §.ſi res. Vbi Docto.
ff.ad Trebel. & in.l. in quartam.ff.ad
l.Falci. Alex.conſi.3.vol.3. Ac ita fuit
iudicatum, vt refert Thomas Gram-
ma.deciſione.105.incip. magnus.nu.
46.allegando dictam legem, quoniã
in prioribus. Vbi latiſſimè Suarez, prę
ſertim fol. 48. & Mẽchaca de ſucceſ-
ſione creatio lib.1. in expoſitione.d.
l.quoniam in prioribus. num.180. &
num.270.cum ſequent. Vbi pleniſſi-
mè examinat, quòd legitima non pa
titur onus neque in quantitate, ne-
que in tempore, neque in loco, ne-
que

36 que in modo. In quo loco plures am-
pliationes, & limitationes ad prædi-
ctam.l.quoniam in prioribus.ſcripſit
& ideo frater meus Franciſcus à Lu-
deña, qui à patre meo fuit in molen-
dino inſtitutus & grauatus, ne illud
venderet extra cognationem & fa-
miliam, vſque ad ſuam legitimam, Pe
tro Carraſco vendere iure potuit. Ne
que prędictis obſtat, quòd illud onus
37 fuit à fratre ſponte ſuſceptum & ap-
probatum, iuxta tex.in.c.licet. de vo
to. Tum propter minorem ætatem,
tum etiam quia requiritur vt fiat prę
iudicium legitimæ, quod expreſſa, &
ſpecifica ſit mentio de legitima. tex.
ſingu.in.l.ſi quando.§ &generaliter.
C.de inoffi. teſta.ibi. niſi hoc ſpeciali
ter.Decius,conſi.236. non parua dif-
ficultas,num.4.Tiraquel. de iure pri-
mogeni. quæſtio.55. in princip. ideo
cum talis prohibitio ſit nimis dam-
noſa filio, cui in vita, & in morte alie-
nandi facultas tollitur, merito à legi-
tima reijcienda eſt, per iura, & Doct.
38 ſupra relatos. In eo etiam quòd vltra
legitimam à patre fuit relictum gra-
uamen, & onus ſimiliter reijciatur.
Suarez, in dict.l. Quoniam in priori-
bus.2.ampliatione, & Menchaca vbi
ſupra, num.218. vbi ad id allegat ſin-
gu.l.11.titu.4.par.6. Sed quicquid in
hoc.Doct. teneant.l. verò.27. Tauri,
omnē nobis dubitationē remouet.
39 Hinc etiam eſt, expenſas à filio in
ſtudio factas in ſuam legitimam non
computari, ne legitima diminuatur,
vel in totum tollatur, vt.l. quæ pater,
in.2.ff.fami.hercíſ.l.filiæ eius. C.eod.
tit.l. Sed Iulianus.§. proinde ſi acce-
perit.ff.ad Mace.l. Regia ſingu.5. tit.
15.par.6.l.3.tit.4 part.5.Bar. in.l.1.§.
neque Caſtrenſe, num.8. ff. de colla.
bono.Bal.vbi docentes, in Authent.
ex teſtamento, nu.12. C.de colla. &
in.l.filiæ licet.C.eod.tit.Iaſ.in.l.Qui-
dam cum filium, nu. 33.ff. de verbo.
obliga.& in.§.fuerat, nu.111.inſti.de
actio. Ioan. Coratius, in.d.repe.l. Fi-
lium quem habentem, nume.201.&
226. Pala. Rub.in.l.17. Tauri, nu.16.
40 quod limitandum eſſe cenſeo, niſi in
teſtamento, vel in libro rationis, vel
aliter ex iudicio, vel voluntate pater
na præſumatur prædictas expenſas,
& ſumptus in ſtudio factos, in legiti-
mam computari: quo caſu expenſæ
prædictæ computandæ ſunt, quod ſa
tis colligitur ex dict.l. Quæ pater.ibi.
ſi non credendi animo, & ibi expreſ-
ſè Bart.ad id etiam.l. Neſennius.ff.de
nego. geſt. ibi maximè ſi in ratione
impenſarum ea retuliſſe. gloſſ. Verb.
repetiturus, quam ibi notat Bar. in.l.
Si paterno affectu. C. de nego. geſt.
optimè Deci. conſil.21. viſo puncto,
nu.7.ratio eſt quam ſcripſit Bar. in.d.
§.neque Caſtrenſe, & in.l. de bonis.§.
non ſolum.ff.de Carbo.edic. quia hu
iuſmodi expenſas pater non tenetur
in ſtudio pro filio facere, & in.d.§.nō
41 ſolum, inquit Bar. quod ſumptus, vel
expenſas, quas fecit pater cum filio
in legendo, ſcribendo, & Gramma-
tica addiſcenda non poterit pater
in legitimam filij computare. Et ad
hoc ponderat text. ibi Bart. in dict.
§. non ſolum. ad idem eſt. l. Qui fi-
lium. iuncta gloſ.inſtitueretur.ff.vbi
pupi. edu. deb. hanc dicit eſſe magis
communem opinionem Alexan. in
l. Si donatione. nume. 21. C. de col-
la. Iaſ. in dict.l. Quidam cùm filium.
nume. 33. Bologninus, in Authenti.
habita.colum. 38. verſi. quid enim ſi
pater emit libros. C. ne filius pro pa-
tre. Roman. conſil. 145. in hac ergo
materia omittendum non eſt, quod
ſingulariter ſcripſit Iaſ. in additioni-
bus ad Chriſtophorum Por. in prin-
42 ci. inſti. per quas perſonas nobis ac-
qui.num.5.dicens quod in caſibus in
quibus



quibus filius ea quæ in ſtudijs con-
ſumpſit ad collationem teneatur, &
in legitimam ſuam, computare, an-
te omnia illæ expenſæ ſunt deducen
dæ, ſeu ſubtrahendæ, quas domi pa-
ternæ, ſecundum dignitatem, & fa-
cultates paternas, veriſimiliter filius
eſſet conſumpturus: quod ea potiſſi-
ma ratione iuuatur, quia filius à pa-
tre ſuo, domi erat alendus.l.Si quis à
43 liberis.ff.de liber.agno.l.Nec filium.
C.de patri. poteſ.cap.fina. de conuer
ſione infidelium.l.4.&.5.tit.29. part.
4.pro quo dict.Iaſ. conſidero gloſ. in
verb.ſolebat, in l. Sed Iulianus.§. pro
inde.ad Macedo.ff. ad quod accedat
in ſimili dict.Singu. Innocentij, in c.
44 finem litibus.num.3.de dolo, & con-
tu.ibi. deducentur autem expenſæ,
quas domi faceret: vbi Innocen. affir
mat in expenſarum condemnatione
deducendas eſſe expenſas quas do-
mi, quis eſſet facturus, & ibidē Abb.
nu.31. optimè declarat gloſ. ad id in
verbo moderatas, in c. ſtatutum.§.in
ſuper de reſcriptis, lib.6. Speculator,
tit.de expenſis.§.fin.Lanfran. in cap.
Quoniam contra. verbo. expenſæ,
num.24.de proba.Guido Papæ, deci-
ſione.625. incip. Si quis condemna-
tur. in quo loco huius concluſionis
45 ſubdit exemplum, quæ eſt optima li-
mitatio ad iura dicentia, quod victus
victori in expenſis ſit condemnan-
dus.l. properandum.§. Sin autem al-
terutra parte.C.de Iudi.l.Eum quem
temere.ff.eod.titu.§. hęc autem om-
nia inſtitu. de pœna, teme.liti.cap.fi-
nem litibus, de dolo, & contumacia,
cap. calumniam de pœnis.l. 7. titul.
22.part.3. Hippolyt.qui regulam, &
plures fallencias in hoc ſcripſit, in
l. patre vel marito. nume.17.cum ſe-
quen.ff. de quæſt. & in ſingu.545.in-
cip. litigantes.
46 Et id quod datum fuit filio à patre
ad titulū patrimonij, vt ordines ipſe
filius ſuſcipiat, ſimili modo in legiti-
mam filij non computabitur, ſed il-
lud præcipuum vltra legitimam ſuā
habebit filius.Ioā.Faber.in. §.ſi emā-
cipati, num.3.inſtituta de inoffic. te-
ſta.Sequitur Ioā.Igneus, in.l.3.§.ſub-
uenitur, nume.177. ff. ad Syllan.Ay-
mon.conſi.136.Caſſaneus in conſue
tu.Burgund.rub.7.§.5.fol.246. col.1.
Anto.Gom. in.l.26. Tauri. nume.21.
vbi optimè Tellius Fernan. num.16.
vbi hanc fatetur eſſe cōmunem opi-
nionem & veram, & ratio eſt ſecun-
dum eum, quia talis donatio ad titu-
lum patrimonij eſt donatio ſimplex,
47 & quælibet donatio ſimplex non cō-
fertur, vt in.l.26.Tauri. quæ lex pro-
bat hanc cōmunem opinionem.con
trarium tenuit Couarruui. in c. Rai-
nuntius §.2.num.7.de teſta.Abenda
ño, de exequendis manda. reſpō. 17.
quòd conferatur talis donatio ad ſi-
militudinem donationis, quæ fit pro
pter nuptias iuxta legem.29. Tauri.
48 Sed prima opinio mihi ſemper pla-
cuit. Maximum enim diſcrimen eſt,
& diuerſitatis ratio inter prædictas
donationes, quia pater non poteſt
compelli ad dandum titulum patri-
monij ad ordines recipiendos, vt af-
49 firmat Aymon, in dict.conſi.136.Sed
ad dotādam filiam officio iudicis pa-
ter compellitur.l.dotem dedit. ff.col
la.bono.l. Qui liberos de ri. nuptia.l.
50 8.tit.11.par.4.ideo Couarru. in hoc,
ſua opinione fuit deceptus. Idemq́;
dicendum eſt in officijs Decuriona-
51 tus, vulgò de regimientos, & notaria
tus, & alijs officijs ſimilibus perpe-
tuis, quæ in legitimam non compu-
tãtur, ſed illa habebit filius præcipua.
Bald. Angel. Paul.Iaſ. in.l. Omnimo-
do.§.imputari.per tex.ibi.C.de inoſ-
fi.teſta. & in.l.1.§. Sed an id quod.ff.
de colla.bono. Idem tenuit Nicolaus
Boeri.

Boeri.deciſio.14.incip.Breuiter vide tur.in princi.Pala.Rub.in.l..7.num. 16.Tauri,ac melius,& elegãtius Tellius Fernan.in.l.26.Tauri.nu.7.vſque ad finem, quia talia officia non ſunt
52 vendibilia, neque tranſmiſſibilia ad hæredes, vt in Pragmati.65.in volu. Pragmati. & ea quæ non ſunt vendibilia, neq; tranſmiſſibilia nõ computantur.per tex.in.d.§.imputari.Et cũ legitima ſit de iure naturali debita (vt pluries à me dictum eſt) ſi filius in uentarium non fecerit, nõ ob id ſuã
53 perdit legitimam.glo.in verbo.ſacramento.vbi Alexan.optimè nu.8.in.l. fi.§.ſin autem.C.de iure delib.gloſ.in verbo.intra annum,in Authent.hoc amplius,vbi Bar.& Ange.C.de fideicõmi.Bal.in Authen.Sed cùm teſtator,in prin.C.ad.l.Falci.& in.l.filium quem habentem,nu.37.C.fami.herciſ.vbi hanc dixit eſſe communem. Ange.in.l.1.§.hæc ſtipulatio.ff.ſi cui plus quam per.l.Falcid.Anchar.in.d. c.Rainuntius.col.5.Oldradus.conſil. 242.tota preſens queſtio.nu.9.Et hãc etiam dixit communem Alexan.cõſi.67.viſis,& ponderatis,nu.2.volu.4. & in conſi.139.eleganter.in prin. volu.2.Guido Papæ,deciſione.53.Ioan. Durand.in arte teſtandi.titu.11.cautela.8.Calcaneus.conſil.36.Iaſ.in.l. Polla.nu.4.de his quibus vt indig.latiſſimè Franciſ.Porce.in tracta.de Inuentario, cap.5.per totum. Per quæ omnia limitantur, & intelligũtur iura, ꝙ hæredes non conficientes inuẽ-
54 tarium, tenentur in ſolidum, vltra vires hæreditarias creditoribus & legatarijs.l.fi.§.ſin autem.C.de Iure delib.Auth.de hæred.& Falci.§.Quia verò.§.Sed noſtra beneuolentia.inſti.de hæred.quali.& diffe.gloſ.& ibi. Abb.in cap.1.de Solu.neque filius
55 perdit quartam Trebellianicam,etiã ſi omittat facere inuentarium, licet in alijs hæredibus extraneis aliter ſit. Refert.Corneus Peru.conſi.148.Decius.conſ.236.non parua difficultas. num.5.Similimodo pro maleficio filij condemnati legitimam pro condemnatione perſoluere, pater non tenetur,neque aduerſus patrem con
56 demnatio, vel executio eſt facienda in legitima.tex.& ibi.Bart.in.l.1.§.Si impuberi,in fine.ff.de colla.bono.& in.l.Sthicus.num.2.ff.de Pecu.lega. Clarius in Authenti.de Hære.& Falci.§.Si quis autem,nu.11.col.1.Bald. in.l.Quanquam.nu.2.C.ad.l.Falcid. & in.l.omnimodo.§.imputari.num. 5.C.de inoffic.teſta.& in.l.1.C.ne filius,pro patre.Iaſ.in.l.frater à fratre. 2.lectu.num.23.de condi.indeb.Iaſ. in.l.lex Cornelia.num.6.ff.de vulga. & pupi.& in.§.actiones.num.91.inſtitu.de actio.Paul.conſi.32.omiſſo ordine.vol.2.Alex.conſi.75.viſis, & diligenter perſpectis.nu.13.volu.1.Decius.conſil.438.accuratè.nume.8.& 13.ſolet ad hoc allegari.l.ſi filius.C.de bon.damna.gloſ.in rub.C.de decre. Decu.lib.10.gloſ.in verbo, por el hijo,in.l.9.tit.5.lib.4.Fori.quòd ſequen
57 ti comprobatur ratione, in bonorũ publicatione futura bona, vel ſub cõditione debita, non venire certũ eſt. gloſ.eſt ſingu.in verbo.præſens in.l. non ad ea.ff.de condi.& demonſtra. Bald.in.l.etiam.num.4.C.ad.l.Falci. & in.l.1.nume.22.C.de hæredi.inſti. prædictam gloſ.vocat auream.Felin. in cap.in præſentia.nu.56.in fine, de proba.vbi alios cõmendantes refert, & Decius.conſi.235.in caſu magnifici.num.5.pro qua.gloſ.eſt.l.eius qui. §.1.ff.de teſta.ibi.bona quæ tunc habuit cum damnaretur publicabuntur, vbi ſingulariter ibi Paul.& l.intercedit legatum.ff.de condi.& demonſtra.l.Si mandauero tibi, in.2.§. is cuius bona.ff.manda.ibi.publicatis



tis bonis, quicquid poſtea adquiritur non ſequitur fiſcum.c.felicis.§.verũ. de pœnis,lib.6.ibi.de poſtmodum adquiſitis,repetitio nõ negatur: de qua re plurima ſcripſit Feli.in cap.ad deliberandum.col.1.de Iudæis.Decius. conſil.445.in caſu ad me tranſmiſſo. num 65.Abb.conſi.51.ad dilucidationem.nu.2.vol.2.Iaſ.in.l.Si ſtipulatus fuerit.§.cùm ſtipulamur,nume.6.de verbo.obliga.ſinautem pater de facto condemnationem & pecuniam pro maleficio ſui filij ſoluerit, ne for-
58 tè pecunia, & condemnatione nõ ſoluta filius verberaretur, vel deportaretur. An illa pecunia ſeu condemnatio in partem legitimę filij ſit computanda, vide magiſtralem diſtinctionem Bar.in.d.l.Sthicus.Bald.in Authen.ex teſtamento.nu.24.C.de colla.& in Auth.contra rogatus.num.8. C.ad Treb.& in.l.1.in fine, ne filius pro patre,& in l.certum.C.famil.herciſ.Iaſ.in dict.§.actiones.nu.90.Hippo.in.l.Infans.nu.31.ff.de ſicarijs.Deciſio Tholo.121.Item fuit quæſitum, vbi latè eius additionator eodẽ quo-
59 que modo pro condemnatione filij nõ eſt executio in bonis aduentitijs facienda, habitis ex ſucceſſione materna, vel aliunde extra rem patris quæſitis, in quibus ad patrem vſuſfructus pertinet.l.fin.§.ipſum autem.C.de bonis, quæ lib.ibi.nec de his rebus teſtari permittimus, & ibi, dominium rei ad eos pertinẽtis alienare.l.fi.C.de vſufruct.& habi.ibi, ſed remanere intactum.l.penul.C. qui teſta.face.poſ.Nam quemadmodum filius, viuẽte patre, prædicta bona aduentitia directè alienare nõ po
60 terit, vt in prædictis iuribus, ita neq; indirectè delinquendo.gloſ.verbo. patre.in.l.fi.C.ſenten.paſ.glo.verbo. conueniri, in.§.fi.inſtituta.de noxa. actio.Tenuit in ſpecie Bar.in.l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.num.12.ff.de dam.infect.& in.l.cùm filius familias ff.de verbo.obliga.& in.l.1.nu.4.de bonis damna.Abb.conſil.66.quanquam multa.volu.2.optimè Guido Papæ deciſio.526.executio ſententiæ.Capel.Tholo.deciſione.120.vbi optimè eius additionator hanc tandem dicit eſſe communem opinionem plurima referendo Couarru.in lib.2.reſolut.c.8.nu.7.illud enim ius quod iam patri erat quæſitum, ratione vſusfructus non debet ex delicto ſui filij tolli.l.ſancimus.C.de pœnis. l.1.§.ſed ſi filius.ff.de his qui deie.vel effu.§.filiusfamil.inſtit.de obli.quæ quaſi ex delic.naſ.c.2.vbi optima gl. de delictis puero.c.non debet de regul.iur.lib.6.Et in rubro & nigro.C. ne filius pro patre, vel pater pro filio conueniatur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Filijs legitima quo titulo eſt relinquenda.*
2 *Legitima titulo inſtitutionis relinquẽda erat de iure Digeſtorum.*
3 *Filius dicitur præteritus, cui legitima iure fideicommiſſi fuit relicta.*
4 *Quis dicatur præteritus.*
5 *Legitima iure.C.& authenticorum antiquo, relinqui quoquo titulo poterat.*
6 *Legitima iure authenticorum nouiſſimo, titulo inſtitutionis eſt relinquenda.*
7 *De iure etiam canonico neceſſarius eſt inſtitutionis titulus.*
8 *Graue nimis eſt diſcrimen inter ius Canonicum, & Ciuile inducere.*
9 *Iura iuribus concordare oportet.*
10 *Legum correctio omnino vitanda.*
11 *Per ſubauditos intellectus non debet legum correctio induci.*
12 *Stultorum refugium eſt dicere, aliud ſecundum leges, & aliud eſt ſecundum canones.*
13 *Ferdinandus à Menchaca more ſuo, & male tenuit contra communem.*

14 *Clauſula*

14 *Clauſula codicillaris, quid operetur.*
15 *Gloſſa in Authen. ex cauſa, communiter reprehenditur.*
16 *An ſufficiat aliquam legitimæ partem titulo inſtitutionis relinqui.*
17 *Filius agit ad ſupplementum legitimæ.*
18 *Titulus inſtitutionis alijs titulis honorabilior & præſtantior eſt.*
19 *Ius accreſcendi non eſt inter ſuccedentes diuerſo iure.*
20 *Filius in legitima inſtitutus, propria auctoritate eam apprehendit.*
21 *Quando teſtator videatur dare facultatem, propria auctoritate, apprehēdere rem relictā.*
22 *Quid iuris in tutore, curatore, ſeu executore.*
23 *Opinio Bald. ſibi contraria.*
24 *Inſtitutus in re certa, loco legatarij habetur.*
25 *Verus intellectus ad. l. ſi quis in ſuo. C. de in offi. teſta.*
26 *Duæ communes opiniones ex diametro diſtantes concordantur.*
27 *Verus ſenſus ad. l. 2. C. quando, & qui. 4. pars debe. lib. 10.*
28 *20. Fallen. & 12. amplia. quòd legitima quo quo titulo relinqui poterit.*
29 *Iure regio titulus inſtitutiōis eſt neceſſarius.*
30 *Etiam ſi augeatur, vel minuatur legitima.*

# Cap. octauum.

1 VT ad rē, vnde egreſ-
ſi fuimus, noſter re
uertatur ſermo, id
eſt, ad filiorum legi
timas, quæ an titu-
lo inſtitutionis, vel
quoquo relicti titulo ſint relinquen-
dæ, in hoc præſenti capitulo erit exa-
minādum. Non me latet plures hac
in re iuris profeſſores quamplurima
ſcripſiſſe, præſertim Iaſ. in Authē. no-
uiſſima, nu. 13. cum ſequen. C. de in-
offi. teſta. & in. l. inter cætera, nu. 10.
ff. de lib. & poſthu. Copioſiùs Alexā.
ibi poſt Bal. Ioan. de Imo. Areti. nu. 2.
Idem Iaſ. in. l. 1. nu. 14. ff. de acqui. hæ
re. & in. l. cùm ex filio. nu. 4. & 6. ff. de
vulg. & pupil. ſubſt. Archidiaco. An-
charra. Domi. & pleniùs ibi Fran. in
c. ſi pater, num. 36. cum ſequen. de te
ſta. lib. 6. Ioan. de Imo. vbi Abb. nu. 13
in c. Raynuntius. de teſta. Deci. cōſil.
228. in caſu propoſito. Corne. conſil.
298. ante omnia. vol. 1. Soci. in regul.
196. vbi regulam. & 4. fallen. ſcripſit
Suarez in. l. quoniam in prioribus. 15
limita. col. 4. C. de inoffic. teſta. Mon-
tal. in. l. 9. tit. 5. in glo. De la quinta par
te. in fine. li. 3. Fori. Caſti. in. l. 33. Tau-
ri. in gloſ. O ſe rompiere. Et vberrimè
Ferdi. à Mencha. de ſucceſ. crea. li 2.
§. 20. à. nu. 259. vſque ad nu. 282. vbi
12. amplia. & 20. fallē. in hoc ſcripſit.
Ex quibus auctoritatibus & iuribus
allegatis, & inferius allegandis, reſo-
lutiuè procedendo, tenendum eſt,
2 de iure Digeſtorum. titulo inſtitutio
nis, & non legati, ſeu fideicommi. vel
donationis cauſa mortis, legitimam
eſſe relinquendam, aliâs teſtamentū
erit nullum. text. ſingu. in. l. ita tamē.
§. Marcellus. verſi. qui rogatus. ff. ad
Trebel. quæ lex hiſce verbis inquit.
qui rogatus eſt filio reſtituere hære-
ditatem, cogi debet adire, & reſtitue
re, quamuis filius contra tabulas bo-
norum poſſeſſionē accipere poſſit.
Vbi filius dicitur præteritus, cui iure
3 fideicōmiſſi legitima, vel hæreditas
fuit relicta: cùm ibi detur contra ta-
bulandi remedium, quod præterito
competit. l. non putaui. in prin. & in
§. fi. ff. de bono. poſſeſ. contra tab. §.
4 ſunt autem. inſtituta. eo. tit Et ille di
citur præteritus, qui de neceſſitate
erat inſtituēdus, vel nominatim ex-
hæredandus, vt ſuperius. c. 4. à me la-
tè traditum eſt. Idē probat. l. poſthu-
morum. ff. de iniuſ. rup. irri. fac. teſta.
ibi. neceſſe eſt mihi hæredem inſti-
tuere, vel exhæredare. l. inter cætera.
Vbi Bald. & alij. ff. de lib. & poſthu. l.
Gallus



Gallus. §. in omnibus. vbi optimè An
ge. ff. eo. tit. l. filium. §. omnibus. ff. de
lega. præſtan. Bart. in. l. cùm ex filio.
nu. 4. ff. de vulg. & pup. & in. d. §. Mar
cellus. Bal. in. l. omnimodo. in princ.
C. de inoffic. teſta. Ioan. de Imo. in. l.
ſuus quoque. in prin. ff. de hære. inſti.
& in. l. ex aſſe. ff. ad. l. Falci. Fran. in. d.
c. ſi pater. nu. 38. Alex. in d l. inter cæ-
tera. num. 2. vbi optimè ad. l. Papinia-
nus. §. ſi quis mortis. ff. de inoffi. teſta.
reſpondet & ad alia iura, quę contra-
riam ſententiam probare vidētur. Et
hæc eſt verior & communior opinio
contra Angel. ſibi contrarium in d. l.
ſuus quoque. in prin. & contra gl. ver
bo præteritum. in. l. nam & is. ff. de in
offi. teſta. & contra gloſ. verbo. cele-
brari. in. l. ſancimus. §. cùm autem. C.
de inoffi. teſta.
5 De iure verò codicis & antiquo
authenticorū ſufficiat filijs relinque
re legitimam quoquo relicti titulo. l.
omnimodo. C. de inoffi. teſta. ibi ali-
quam eis quantitatem in hæreditate
vel legato, vel fideicommiſſo relique
rint. l. ſcimus. §. cùm autem. C. eo. tit.
ibi. fideicommiſſi cauſa permittitur
legitima relinqui. Authen. de trien.
& ſemi. §. 1. col. 3. Athē. de monachis.
§. illud quoque decernimus. col. 1.
Authen. nouiſſima. C. de inoffi. teſta.
ibi ſemis debeatur eis quoquo relicti
titulo hāc fatetur eſſe communē opi
nionem. Iaſ. in d. Auth. nouiſſima. &
Gallionus in Auth. ex cauſa. nu. 624.
Et ibi Ioan. Igneus. num. 24. C. de lib.
præte. Menchaca de ſucceſs. crea. lib.
1. §. 10. nume. 192. Sed de iure nouiſſi
mo Authenticorum nō ſufficit, ꝙ le-
gitima filijs quoquo relicti titulo re-
linquatur, niſi tit. tantùm inſtitutio-
nis. Authen. cùm de appel. cogno. §.
illud quoque cap. col. 8. vbi neceſſe
eſt ne filij dicantur prę̨teriti, vt eis ti-
tulo inſtitutionis legitima relinqua-
tur gloſ. verbo. præteritum in d. l. Nā
& his. gl. verbo. pleniore. in. l. filium.
§. ſed & ſi portio. ff. de lega. præſtan.
gloſ. in verbo. teſtamento. in. §. Sed
hæc. & in. §. igitur. inſtituta de inoffi.
teſta. gloſ. verbo. titulo in dict. Auth.
nouiſſima. Bart. in. l. Papinianus. §. ſi
conditioni. ff. de inoffic. teſta. l. regia.
5. tit. 8 part. 6. ibi. No como à herede-
ro, mas como en razon demanda, en
tonces podrie quebrantar el teſta-
mento. Et hæc opinio tenenda eſt, re
6 probata gloſ. quæ oppoſitum tenuit,
in verbo. celebrari. in l. ſcimus. §. cùm
autem. C. de inoffic. teſtam. quæ affir
mat legitimam poſſe hodie relinqui
iure fidei commiſſi. Quam glo. repre
hendit Bart. Bald. & alij ibi. idem Bar.
in d. l. cùm ex filio. nu. 4. Bald. in dict.
l. inter cæteras. Iaſ. in dict. Authē. no-
uiſſima. num. 27. Franc. in dict cap. ſi
pater. nu. 39. Ripa in dict. l. in quartā.
num. 141. vbi Iaſ. nu. 13. Suarez in d. l.
quoniam in prioribus. in loco ſupra
allegato. Menchaca de ſucceſſi. crea.
lib. 1. §. 10. nu. 193.
7 Quod ſimiliter procedit de iure
Canonico, de quo neceſſitas parenti
bus eſt, legitimam filijs ſuis relinque-
re titulo inſtitutionis. gloſ. verbo. re-
linquens. in dict. c. Rainuntius. gloſ.
verbo. inſtituit in dict. c. ſi pater. quæ
glo. plures circa hoc referēdo opinio
nes. Tandem in fine in hac opinione
reſidet, quam ibi Archi. Ioan. Andre.
Bal. Domini. & ibi Frā. nu. 36. Sequū-
tur idē Ancharran. & Anto. & Ioan.
Dimo. num. 31. in dict. c. Rainuntius.
Idem Ioan. Dimola in. l. 1. §. ſi ex fun-
do. circa finem. ff. de hære. inſti. Fede.
de Se. conſi. 12. Et eſt communis con
cluſio, vt affirmat Alex. conſi. 70. viſo
conſilio, nu. 5. volu. 2. & Iaſ. in d. Au-
thē. nouiſſima nu. 31. Ripa in rub. So
lu. matri. nu. 44. Ioan. Cora. in. l. filium
quem habērem. nu. 192. C. fami. her-
D ciſ.

ciſ. Couar. in.d.c. Rainuntius.§.1.in
prin.de teſta. quæ opinio tanquã ve-
rior & communior tenenda eſt con-
tra Bald.contrarium tenentem, in.l.
fin.num.10.C.fami. herciſ.& contra
Abb.antiquum, in.d.c. Rainuntius:
cui opinioni contra communem ad-
hærere videtur Abb.Sicu.ibi.nu.3.&
contra Alex.Dimo. ſibi contrarium,
in conſi.168.ponderatis, nu.5. vol.4.
Vbi hanc dixit inaduertenter eſſe cõ
munem opinionem, & in. d. l. inter
cætera,quæ verè non eſt communis.
8 Ideo ipſe, & ſupradicti in hoc meren
tur reprehendi:graue enim eſt,diſcri
men ac differentiam inter ius cano-
nicum, & ciuile inducere in caſibus
à iure non expreſſis, ſed potiùs vtrũ-
que ius inuicem concordare in caſu
dubio tenemur.l.Vnica.C. de inoffi.
9 doti.c.cum expediat.de electione.li.
.6.c.periculoſe.de pœni.diſt.1.glo. pe
10 nul.in.c.cum dilectus, de conſue. gl.
in.c. ad noſtram in tertio de Iureiu.
legum correctio omnino vitãda eſt.
l.præcipimus.in fine. C.de appella.l.
ſancimus.C.de teſta.Authen. de non
eligen. ſecun. nuben. §. cùm igitur.
col.1. vnde gloſ. in verbo. petere, in
c.cupientes.§. quòd ſi per viginti. de
electio.lib.6. inquit, quòd per conie-
cturas, vel ſubauditos intellectus nõ
debet induci legum correctio. Quæ
glo.eſt ſingu.ſecundum Romanum,
11 in dict.Authen.ex teſtamento,& Iaſ.
in dict. Authen. nouiſſima, nu.38.&
in dict.l. filium quem habentem, nu.
28.ideo,inquit,glo.fi.in cap.fi.29. di-
ſtinctione,quòd ineptè agunt,qui in
canonũ,legumuè intellectu ponunt
diuerſitatem ac diſcrimen, dicentes
aliud ſecundum leges, & aliud ſecun
dum Canones.Inter quos fuit Ferdi.
12 à Menchaca,qui more ſuo tenuit cõ-
tra cõmunem, affirmans de Iure Ca-
nonico, quoquo titulo legitimã poſ-
13 ſe relinqui, de ſucceſsio. creatiõ. lib.
2.§.20.nume.260.vbi ſummatim.20.
fallen.12.amplia.refert.Et quãquam
ſupradictum ſit, teſtamentum eſſe
nullum, in quo, legitima titulo in-
ſtitutionis non fuit relicta: ſuſtine-
tur tamen tale teſtamentum pro-
14 pter clauſulam codicillarem, videli-
cet, ſi non valet iure teſtamenti, va-
leat iure codicillorum, vel eo melio-
ri modo, quo de iure valere poteſt:
quo caſu hęreditas ad filium deuolui
tur in vim fideicõmiſſi vniuerſalis, ta
liter q; filius qui fuit exhæredatus ab
inteſtato,ſuccedit, retenta tantũ ſua
legitimã, tanquam ſi grauatus per fi-
deicommiſſum eſſet reſiduum hære
ditatis hæredibus inſtitutis tenetur
reſtituere. Bart. in.l.1.nu.8.ff.de iure
codici. Alex. & Iaſ. hanc dicunt eſſe
communem opinionem in Authen.
ex cauſa. nu.22. C. de lib.præteri. vel
exhęre.contra glo.ibi.in parte irrita.
in fine,& hanc etiam fatetur eſſe cõ-
munem.Soci.conſi.245.licet in hoc.
volu.3.Decius,conſi.228. in caſu pro
poſito in prin.Bernar.de Luc. reg.90
incip. clauſula codicillaris dicentes,
quòd prædicta glo.in.d. Auth. ex cau
15 ſa. cõmuniter reprehenditur, non ta
men requiritur ad teſtamẽti valida-
tionem totam legitimã, titulo inſti-
tutionis relinqui, ſed ſat eſt aliquam
rem relinquere, atq; filium inſtitue-
16 re, ſaltem in vno numo. Authẽ. vt cũ
de appellatione cognoſcitur.§.cæte-
rum col.8.ibi. teſtamentum quidem
nullatenus ſolui præcipimus, quic-
quid autem minus ei quam legitima
portio relictum eſt, gloſ. 1. in dict.§.
illud quoq; capitulum, gloſ. verbo. pa
trimonium. in fine, in.l.3.§. ſed vtrũ.
ff. de mino.l. Si quis priore. vbi gloſ.
verbo. ex certis. ff. ad Trebel. §. ſed
hæc inſti. de inoffic.teſta.Bald.in.d.l.
omni modo in prin.& in.l. Antequã.
in fine.



in fine. C. commu.de ſucce.l.5.in fi-
17 ne, tit.8.part.6.ibi. maguer no le de-
xe toda ſu legitima. Poterit tamẽ ad
ſupplementum legitimæ filius age-
re, vt in prædictis iuribus, quod opti-
mè & ſingulariter declarat Anto.
Rub. conſi.115.& non eſt ſine ratio-
ne, quod filius inſtitutus in vno nu-
mo valeat teſtamentum,& ſi decem
millia, vel quæuis maior quantitas iu
re legati, vel fideicommiſſi ei relicta
ſit, quod non valeat tale teſtamen-
tum, quia inſtitutionis titulus alijs ti
tulis honorabilior, ac pręſtantior eſt.
18 l. filium. §. ſed & ſi portio, vbi gloſſ.ff.
de lega.præſtan. Maiorem itaque ad
fert vtilitatem, ac commodum inſti
tutionis titulus, quam legati, vel fi-
deicommiſſi. Inſtituto itaque filio, ſi
eius cohæres repudiet hęreditatem,
portio repudiata filio accreſcit.l.1.§.
ſi ex fundo.ff.de hęre.inſti.d.l.re con
6 iuncti cum ſua materia, quod aliter
eſt in titulo legati, vel fideicõmiſſi.l.
eam quam. C.de fideicõmiſſi.l.ſi ne-
mo.in.1. ff.de teſtamẽ.tute.l.ſed & ſi
plures. §. ſi ex aſſe. ff. de vul. & pupi.
19 Quòd inter hęredes & legatarios ius
accreſcendi ceſſet, tãquam ſuccedẽ-
tes diuerſo iure.l.ſed cum patrono.
in princi.ff.de bono.poſſe.l.vnica.C.
quando nõ peten. par.peten.accreſ.
Iaſ.in. d.l.reconiuncti. nu.211. Men-
chaca de ſucce.crea.lib.1.§.10.num.
194.hanc dixit eſſe communem.Co-
uarru. in. c. Rainuntius. §.1.nu. 9.de
teſta. quia vnus ſuccedit titulo vni-
uerſali hæreditario.alter verò tit.par
ticulari legati. Plures alias vtilitates
ſecũ habet titulo inſtitutionis, quas
refert Ioan. Cora in.l.filium quẽ ha-
bentem. nu. 192. cum ſequen. C. fa-
mil. herciſ Et Menchaca in loco mo
dò citato.Illa tamen differẽtia omit-
tenda non eſt, q; filius in legitima in-
ſtitutus ſua authoritate, ſine aliquo
20 iudicis mandato, accipere & capere
poterit eam.Bar.in.l.ex facto.in.2. ff.
de hære. inſti.Bald.in l.ſi quis in ſuo.
nu. 3. C de inoffic. teſta.Fran. in.d.c.
ſi pater.num.39.Paul.in.l.quoties.C.
hære.inſti.vbi Alex.& Iaſ.nu.8.Idem
Alex.in.l.nemo poteſt.ff.de lega.pri.
Imola in.l.1.§.ſi ex fundo. in repe. in
fine.ff.de hære.inſti.& in dict.c.Rai-
nuntius.ſup.glo.2.Idem Iaſ.in. l.non
eſt dubium. nu.4. C. de lega. Ripa.l.
in quartam.nu.116.ff. ad legem Fal-
ci. Caſt.in.l.24.Tauri.in parte. Se rõ-
piere. Xuarez in l.8.in prin. & in nu.
36.tit.6. De las herencias.lib.3. Fori.
Et hæc eſt verior & communior opi-
21 nio. Cuius rationem ſcripſit Barto.in
dict.l.ex facto.nume.2.dicens, quòd
quando inſtitutio eſt directa, ex ea
volũtas teſtatoris colligitur: quòd in
ſtitutus propria authoritate hæredi-
tatem poſsit apprehendere. Quem-
admodum tacitè videtur teſtator in
ſtitutis hanc facultatem & licentiã
concedere. l. hæc ſi res. ff. de rei vẽdi.
vbi iubẽdo hæredibus, ne legatarios
22 moleſtent, in poſſeſsionibus legatis
tacitè videtur teſtator legatarijs licẽ
tiam & facultatem ingrediendi poſ-
ſeſsionem rei legatæ propria autho-
ritate largiri. Declarat Iaſ. in.d.l. ne-
mo poteſt. pri. lectu.nu.36. & in.d.l.
non eſt dubium.nu.4. Eodem modo
dicimus de tutore, & curatore, ſeu
executore teſtamẽti, qui propria au-
thoritate res in teſtamento relictas
poſſunt occupare.l.fiſtulas.§.1.ff.de
contra. emptio. Bald. in.l. cùm ipſe.
nu. 6.eo.tit.Barto.& alij in.l.1.§.fuit
23 quæſitum.in prin. ff.ad Trebe.Iaſ.in
d.l.non dubium. à fortiori ergo in ca
ſu nr̃o filio inſtituto à lege & teſtato
re, ingrediẽdi facultas propria autho
ritate cenſetur eſſe cõceſſa, propter
nimiam patris in filium affectionem
& charitatem.l.ſcripto. ff. vnde lib.l.

iſte quidem.ff.quòd metus cauſa.l.fi.
C.de cura.furio. Sed contrariam opi
nionem tenuit Bal. ſibi contrarius in
d.l. ex facto.dicens, ꝙ filius in legiti-
ma inſtitutus, propria auctoritate eã
occupare non poterit.Et Bart. in.l.2.
per tex.ibi,nu.3. C.quãdo & quibus,
4.pars debe.lib.10.Alex. ſibi etiã con
trarius, nonnullis rationibus & fun-
damentis hanc affirmat eſſe commu
nem opinionem.conſil.134. attentis
narratis. vol.4. & Decius conſil. 236.
nõ parua difficultas. nu.9. Sed prima
opinio ſemper mihi placuit,& verio-
rẽ eſſe cenſeo,quia non obſtat.l.quo-
ties.C.de hære.inſti.in qua principa-
liter hæc opinio fundatur,quòd inſti
24 tutus in re certa,dato hærede vniuer
ſali hæreditatem adeunte, loco lega-
tarij habeatur.l.regia.14.tit.13.par.6
Et ſicut legatario rem ſibi legatã pro
pria auctoritate capere nõ licet, alio-
quin ab omni iure, quod in re illa le-
gata habebat cadit.l.non dubium.C.
de lega.quæ eſt ſingu.ſecũdum Paul.
& alios,ibi.de qua optimè Pala. Rub.
in rub.de dona.inter vir. & vxo.§.59.
Ioan.Bernar.in regu.407.incip. lega-
tarius. vbi vnam ampliationẽ, &.4.
fallen.ad.d. legem ſcripſit. Quæ dict.
l. quoties. procedit ſecũdum verum
eius ſenſum, quoad actiones actiuas
& paſſiuas, vt ex tenore eius apparet,
ibi, in omnibus hæreditarijs actioni-
bus vti vel conueniri decernimus. Si
mili modo nõ obſtat.d.l. ſi quis in ſuo
qui probat ꝙ filius in iudicio ſuam le
gitimam petat. Ex quo datur intelli-
gi, ꝙ propria auctoritate eam capere
25 non poſſit. Quæ lex intelligenda eſt
quãdo hæres vniuerſalis erat in poſ-
ſeſſione totius hæreditatis, & nõ quã
do hęreditas erat iacens, vel vacua: &
ita ibi Bal.nu.4. & alij eam intelligũt,
quo caſu locum habere poterit com-
26 munis opinio cõtraria, ſi communis
dici meretur, ac ita duæ communes
opiniones inuicem contrariæ, & ex
diametro diſtantes cõcordantur, vt
tacitè eas ad cõcordiam reducit Sua-
rez in loco ſupra citato.

27 Præterea ſi quiſpiam voluerit obij
cere de.l.2.C. quando & qui. quar.
par.de be.lib.10. in qua Bar. principa
liter fundatur. Cui legi facilè multi-
pliciter reſpondere poſſumus, ea po-
tiſsima ratione in d.l.2.curialibus oc-
cupandi ſua auctoritate quartam, fa-
cultas denegatur: quia nõ ipſis curia-
libus, ſed curiæ in bonis Decurionis
ex teſtamento, ſeu abinteſtato dece-
dentis, extraneo hęrede ſuccedente,
quarta debetur, & non ſuccedũt cu-
riales, ſed ipſamet curia: vt ex.d.l.2.
apertè conſtat.Ideo meritò pręd
ictis
curialibus non proprio nomine ſuc-
cedentibus, facultas capiẽdi propria
auctoritate quarta non conceditur,
quod ſecus eſt in legitima debita fi-
lijs, quæ ipſiſmet debetur, ac ſuo no-
mine & iure proprio & fauorabiliori
ſuccedunt filij. Vel aliter dicendũ cẽ
ſeo, ꝙ cum.d.lex. ſit facta in præiudi-
cium ſucceſſorum ex teſtamẽto, ſeu
abinteſtato, qui ſaltem quoad illam
quartam, quæ curiæ datur, defraudã-
tur. Meritò ergo non extẽditur eius
diſpoſitio tanquam odioſa ſed limita
tur.l.cum quidam. ff. de lib. & poſth.
cum alijs, nonnullas fallentias, in qui
bus ſufficit ꝙ legitima filijs relinqua-
tur quoquo relicti titulo, refert Iaſ.
in.d.Authen. nouiſſima. nu.23.cum
ſequentibus. Et Socinus in regu.196.
incip. filius legitimam. & Matthæus
Matthæ.ſingu.104.vbi octo caſus re-
28 fert.Mencha.20.fallen.&.12.amplia
tiones ſcripſit.de ſucceſ. crea.lib.2.§.
20.nu.260.cum ſequen. & de iure no
ſtro regio notiſſimũ eſt in legitima fi
29 liorum, inſtitutionis titulum eſſe ne-
ceſſarium.l.5.tit.8.part.6. Latiſſimè
Segura



Segura in.l.cùm patronus. nu.40. cũ
ſequẽ.ff. de lega. ſecun. Vbi affirmat
eſſe communem opinionem, quòd
etiam ſi lege, vel ſtatuto augeatur,
30 vel minuatur legitima, nihilominus
inſtitutionis titulus eſt neceſſarius.
contra Bald. & aliquos eius ſequaces
in dict.l. maximum vitium.

*S V M M A R I V M.*

1 *Legitima an ſit quota bonorum, vel quota hæreditatis.*
2 *Quota hæreditatis omnia iura, & actiones actiuè & paſsiuè in ſe includit.*
3 *Legatarius a creditoribus non conuenitur.*
4 *Bona intelliguntur, deducto ære alieno.*
5 *Legitima debetur, deducto prius ære alieno.*
6 *Qualiter articuli a peritis aduocatis ſunt formandi.*
7 *Cautela ad tollendam, vel diminuendam filiorum legitimam.*
8 *Legitima an titulo oneroſo, vel lucratiuo alienari poßit.*
9 *Filij an bona à patre alienata reuocare poßint*
10 *Fraus in certis caſibus præſumitur.*
11 *Fraus propter odium paternum præſumitur.*
12 *Dolus in duodecim caſibus præſumitur.*
13 *Dolus præſumitur in contractu, in quo ineſt enormis læſio.*
14 *Intellectus ad Authen. ſacramenta puberũ, & ad iura ſimilia.*
15 *Aſſertio patris filio non nocet.*
16 *Ceßio multoties ſimulata præſumitur.*
17 *Cõfeßio iuramẽto vallata filio minimè nocet.*
18 *Omnis moriens non eſt ſicut Diuus Ioannes Baptiſta.*
19 *Cautelæ, vt filij ſuis legitimis priuentur.*
20 *In conſcientia non eſt tutum cautelis atque cauillationibus vti.*
21 *Conſilium Diui Auguſtini pietate plenum.*
22 *Legitima an fauorabilior ſit pia cauſa.*
23 *Funeris impenſæ an ex legitima ſint ſoluẽdæ.*
24 *Declaratio ad.l.30.Tauri.*
25 *Et ad.l.26.Tauri.*
26 *Extraneo hærede inſtituto, non de quinto, ſed de corpore hæreditario funeralia ſunt perſoluenda.*
27 *Lex, generaliter loquens, in omni caſu eſt intelligenda.*
28 *Quando filij ſunt inſtituti, de quinto ſoluuntur funeralia.*
29 *Iura regia qualiter ſunt intelligenda.*
30 *Extraneum & penitus ignotum hæredem inſtituere quis poterit.*
31 *Doctor à Caſtillo meritò reprehenditur.*
32 *Legitimæ aſcendentium & deſcendentium à pari procedunt.*
33 *Eadem eſt correlatiuorum ratio.*

# Cap. nonum.

1 OPportunè nunc no
bis ſe offert exami-
nanda illa ſingula-
ris quęſtio: An legi-
tima filiorũ ſit quo-
ta bonorũ, vel quo-
ta hæreditatis non enim parui refert
inter quotam bonorũ, & quotã hæ-
2 reditatis. Quota enim hæreditatis in
cludit in ſe omnia iura, & actiones
actiuè, & paſſiuè.l.Si quis ſeruum.§.fi.
ff.de lega.2.vbi ſi alicui certa pars hæ
3 reditatis relicta ſit, neque pretia ma-
numiſſorum, neque funeris impenſa
deducitur, antequàm illa pars hęredi
tatis ei hæredi tradatur. Quòd aliter
in legatario quotæ bonorũ, quæ qui-
dem actiones, & omnia iura paſſiua
excludit, taliter ꝙ à creditoribus mi-
nimè cõueniri poterit.l. Quoties.C.
de hære. Inſti. Bart. in.l. fin.§. in com-
putatione, num.6.C.de iure deli. Pars
itaq; bonorum debetur dęducto ære
alieno.l. Subſignatum.§.bona. ff. de
4 verb.ſig. cuius legis verba ſunt, bona
intelliguntur quæ deducto ære alie-
no ſuperſunt, l.Princeps bona.ff.eod.
tit.l.fi.ff.de vſufruct.lega.l.Cùm autẽ
pars bonorũ.ff. de lega.2. optime de-
clarat Soci.conſi.15.vol.4. Suarez, in

l.1.tit. de las arras, nu.5.lib.3.Fori.ac
ita.l.50.Tauri,eſt intelligẽda, vt eam
intelligit, & declarat Suarez in loco
5 modo citato. Legitima enim filiorũ
dicitur,& filijs debetur deducto ære
alieno.l.Papinianus.§.quarta autem.
ff.de inoffi. teſtam. cuius verba ſunt,
quarta autem ſic accipitur deducto
ære alieno, & funeris impenſa.l. Lu-
cius.§. media. ff. ad Treb.l. Titius.§.
Lucius,& ibid.Bar.ff.de lega.2.l.con-
trouerſia.ff.de tranſa.l. Pro hæredita
rijs.ff. de hære.actio.gloſ.magna,in.l.
cum à matre.C.de rei vendi. Bart. in
d.l.ex facto,in.2.in prin. Bal. in dict.l.
quoties,& in.l.2.in fine.C.de inoff.te
6 ſta. dicẽs peritus aduocatus debet
articulare,quod tot ſunt bona dedu-
cto ære alieno. Alexan. in.l.Planè.§.ſi
duobus, num.5.ff.de lega.pri & in.l.
Quia poterat.nu.22.ff.ad Trebel.Iaſ.
in.d.Authen.nouiſſima,num.3.& in
Auth.vnde & ſi parens,nu.4.C.de in
offi.teſta.& in.l. Gallus.§.1. nu.14.ff.
de lib.& poſthu.& in.l.Pro hærede.§.
Si quid tamen,nume.21.ff. de acqui.
hære.& in.§.ſi quis in fraudem.nu.50
inſti.de actio.Suarez in.l.8. tit.De las
herẽcias. nu.40.lib.3. Fori. Segura in
l.3.§.fi.nu.128.ff.de libe.& poſthu.&
in.l.cùm patronus. nu.49. ff. de lega.
2.Vbi hãc affirmat eſſe communem
opinionem,quam videtur probare.l.
12.tit.13.part.1.&.l.8.tit.6.part.6. Ex
qua concluſione deducitur cautela
per quam pater legitimam filiorum
diminuere, vel in totum tollere poſ-
7 ſit: vt puta bona ſua vendendo, vel
eam poſt mortem ſuam promittẽdo
tradere.cum legitima, vt ſuperius di-
ctum eſt,deducto prius omni ęre alie
no,dicatur.Quę cautela optimè col-
ligitur ex.l. hæreditariũ. ff.de bo. au-
tho. iudi. poſſi. Et ibi notat expreſsè
Bar.Idem probat.l. cùm emancipati.
§.illud. ff.de colla. bono. cuius.§.ver-
ba ſunt:Illud autem intelligendũ eſt
filium in bonis habere, quod dedu-
cto ære alieno, ſupereſt.l.non vſque.
Vbi Bart.ff.ſi quis à paren.fue.manu.
glo.magna.in.l.fi.verbo. confundan
tur,in.§. in computatione. Vbi Bart.
nu.6.C.de iure deli. gloſ. in.l.1. C. de
inoffi. dona.& Bald.ibi,nu.8.&.14.&
in.l. Papinianus.§. quarta autẽ. ff. de
inoffi.teſta.Iaſ.in.l.ſi arrogator,num.
23.ff. de adop. & in.l.1. in prin. ff. de
eo per quem fac.erit & in.d.Authen.
nouiſſima.nu.3. & in.d.Authen. vn-
de ſi parens. nu.4. & in. d. §. ſi quis in
fraudem. in prin. Cepola cautela. 36.
Segura in.d.l.3.in.§.fi.nu.131.& in.d.
l.cohæredi.§.cùm filiæ num.126. vbi
plenè eius additionator. ff. de vul. &
pupi. ſubſti. Quod ſanè intelligendũ
eſt, dũmodo ſit facta talis alienatio.
titulo oneroſo, vt puta emptionis,
vel venditionis titulo. Vel ſi pro ali-
quo fide iuſsiſſet, vel aliter bona fide
8 abſq; aliqua fraude ſuas dilacerauerit
ſubſtantias & bona. Quo caſu abſq;
dubio. d. cautela procedit: quod ali-
ter de iure eſſet, ſi titulo lucratiuo do
nationis.ſeu in filiorum fraudem de-
bita aliqua fuerunt contracta, ficta,
ac ſimulata, vel alienatio huiuſmodi
fuerit facta. Quo caſu optimè filij vſ-
que ad eorũ legitimas bona à patre
ſuo alienata reuocarę poterint. Au-
thẽ.Vnde & ſi parens.C.de inoffi. te-
9 ſta.l.1.C. de reuocã. dona.l.4. in fine.
tit.15.par.6.l.7.ti. De las donaciones
lib.3.Fori.l.6. tit.9.lib.5. ordinamen-
ti.l.29.Tauri.Bar.in.d.l.non vſque.&
in.d.l. hæreditarium. Bal. in l.1.C.de
reuocan.dona. Anto.in cap.Rainun-
tius. vbi Abb. nu.23. Barba. in.l.cùm
acutiſsimi. nu.47. C. de fideicommi.
Ioan.Nico. in.l. generaliter.nu.226.
C.de ſecun.nup. Iaſ.in.l.filium quem
habentem.nu.9.C.famil. herciſ. & in
dict. Authen. nouiſſima. num.40. &
in.l.



in.l.qui ſe patris.nu.62.C.vnde lib.&
in.l.ait Prętor.§.ſed & ſi quis iuſiuran
dum,in prin.ff. de iureiur. & in.d.§.ſi
quis in fraudem,in prin.Pau. de Mõ-
tepico in Authen.præterea.nu.36.C.
vnde vir & vxor. & in.l. poſt contra-
ctum.nu.34.vbi plenè Ioan.Annibal
in ſua repe.nu.56.ff.de dona.Ioã. Co
ra.lib.2.Miſcellanearum.c.19. nu.19.
20 & fraus pręſumitur, ſi de proximo bo
na paterna fuerunt alienata, vel ex
magna quantitate alienationis. d.l.
poſt contractum.Vbi Bar.& alij. Bal.
in.c.1.§.donare.in fine,qualiter olim
feudum poſſit alienare.Vbi inquit,q;
etiam præſumitur,dato paruo pretio
pro magna alienatiõe.Bal. in.l.fraus.
ff.de legibus. Bart. in.l.non ſolùm.ff.
de ri.nuptia. Decius conſil.587. corã
magnificis.nu.9.& conſi.231. viſo ca
ſu.nu.7. Alex.conſ.47.circa primum.
vol.1.Cepola caute.22.Soci.reg.350.
incip.pater.Pau. de Montepico in.d.
l.poſt contractum,nu.19.vbi plenius
Ioan. Annibal in repe.num.92.Simili
modo huiuſmodi fraus colligitur ꝓ-
pter odium, quod pater erga filium
11 gerebat, vel ex alijs indicijs, vt inquit
l.dolum ex indicijs. C. de dolo.Iaſ.in
l.Titia.§. idem reſpondit, nu.4. ff.de
verbo.obliga.& in.l.ſi is qui ex bonis,
nu.8.&.11.ff.de vulgari.& pupi.& in
d.§.ſi quis in fraudem,nu.46.glo.ma-
gna, in verbo: Todo lo que houiere.
12 in.l.7.tit.12.lib.3.Fori.& plures caſus
in quibus præſumitur dolus & fraus,
refert Decius,conſi.659.incip. cõclu
ſionem.&.12. caſus referunt Feli. &
Decius, in.c.ſin autem, de reſcriptis.
Et quoties in aliquo contractu inter
uenit enormis læſio, præſumitur do-
13 lus Bart.in.l.fi.in fine.ff.de Præto. ſti-
pu.Bal.in.l.vnica,nu.23.C.de his quæ
pœnæ no.relin. & in rub.C.de pœna
iudicis, qui malè iudi. Decius in.l.
fraudis interpretatio.ff.de regul. iur.
14 & in conſil.349.conſuluit, nu.6.Feli-
nus in c.in præſentia,nu.8. de proba.
Ex quo optimus datur intellectus ad
Authen. Sacramenta puberum. C.ſi
aduer.vendi.& ad c. cùm contingat.
de iureiu.& ad c. quamuis. de pactis,
lib.6. & ad iura ſimilia. Et confeſſio
15 patris aſſerentis in aliquo inſtrumen
to pretium rei venditę recepiſſe, filio
non nocet, vt ipſe ſua priuetur legiti-
ma.Ioã.de Pla. expreſsè in.d.§. ſi quis
in fine.nu.23.inſti.de inuti.ſtipu.alle
gando Authẽ. Sed iam neceſſe. C.de
dona.ante nup. Bal.in.l.per diuerſas.
C.mandati, dicens, quòd quando in
ceſſione non apparet de reali ſolutio
ne, ſed cedens ſibi ſolutam pecuniã
16 confitetur, talis ceſſio præſumitur ſi-
mulata. glo.in.l.qui teſtamentum.ff.
de proba.Ioan. Andre. ad Spe. tit. de
confe.§. nunc videndum. verſi. Sed
nũc quid patris confeſſio. Bar.in.l.cũ
quis decedens.§.codicillis,nu.4.ff.de
lega.tertio. Abb. & Anto. in cap.pe.
de iudic. Cepola in.d.cau.36. Alexã.
conſi.45.habita ſuper eo. in fine, vol.
2.& in conſil.47. circa primum.nu.6.
vol.1.& conſ.26. viſo & conſiderato,
nu.3.vol.2.& conſi.18.non minuitur
legitima. volu.4. Iaſ.in.l.ſi arrogator.
nu.24.ff.de adoptio.vbi quędã Alex.
conſilia male allegat. Idem in.d. Au-
then.& ſi parens.nu.4. Idem Iaſ. in.l.
1.nu.5. ff.de eo per quem fac. erit. &
in.l.ait Prætor.§.ſed & ſi quis iuſiurã-
dum.num.2.&.3.ff.de iureiu.Segura
17 in.d.§.cùm filiæ.nu.127.& nu.129.il-
lud ampliat, dicens procedere, etiam
ſi talis confeſsio iureiurando ſit con-
firmata, filio quo ad ſuam legitimam
non noceret.Idem Segura in.l.3.§.fi.
num.132.ff.de liberis & poſthu. gloſ.
expreſſa.in verbo.emptione, in fine.
in.l.3.C.plus valere quod agitur.quã
eſſe notabilem affirmat Abb. in c. ad
noſtram.de emptione & vendi.& in

c.cùm contingat,nu.20. de iureiurã-
do.Bald.in.l.1.nu.3.C.de ope.lib.Iaſ.
in.l.nemo poteſt. nu.44.ff. de lega.1.
&in.d.§.ſi quis in fraudem.nu.7.&.§.
fuerat.nu.87.inſtituta.de actio. Hip-
po.optimè.ſingulari.474.contractus
ſimulatus. Etiam ſi id pater in extre-
mis vitæ ſuæ conſtitutus iuramento
firmauerit.l.ſi quis in graui. §. ſi quis
moriens.ff. ad Syllani.l.1.§. ſi quis fi-
lius.ff.de Carbo.edic.c.ſicut.de teſti-
bus:Omnis enim moriens non eſt ſi-
cut Diuus Ioan.Baptiſta,licet corpus
18 Chriſti receperit,vt inquit Bald.in ti-
tu.de pace Conſtantiæ.in verbo,va-
ſalli,in.2.in prin.Iaſ.in.l.1.nume.16.
ff.de eo per quem.fac.erit. Hippo.in
19 pract.criminali.§.reſtat.nu.11.ac ita
prædicta cautela eſt limitanda, & in-
telligenda. Alias duas formas,& cau-
telas, quibus vt ſua legitima filius pri
uetur,ſcripſit Cepola,cautela.37.qui
20 bus parentibus aduerſus ſuos filios
vti non eſt in conſcientia tutum Bar.
in.l.cùm emancipati.§.illud.ff.de col
la.bono.& in dict.l.hereditarium vbi
inquit, id eſſe contra pietatem pater
21 nam,& contra conſilium Diui Augu
ſtini, in cap. quicunque.17.quæſtio-
ne.4. quòd quicunque vult filio ex-
heredato alium hæredem inſtituere,
quærat alterum qui ſuſcipiat, & non
Auguſtinum.quem tex.refert glo.in
verbo,ſimili modo,in.l.Si quis ad de-
clinandam. C. de Epiſ. & cle. gloſ. in
verbo. Trebelianica, in cap. Si pater
de teſta.lib.6.glo.fin.in.l.9.tit.6.lib.3.
Fori.dict.tex.refert Bart.in rep.legis.
1.nu.55.C.de ſacro.Eccleſ.Iaſ.in Au-
thenti.Si qua mulier.num.4.de ſacro
ſanct. Eccleſijs. Decius conſil.426.in
duobus dubijs,num.5.& conſil.480.
in caſu.nu.20.Guilier.Bene.in cap.
Rainuntius, verbo.in eodem teſta-
mento,in pri.num.7.de teſtamentis.
22 Suarez, in dict.l. Quoniam in priori-
bus,quæſtio.9.num.22.&.27.Bernar.
Diez regul.213.donatio facta.3.fal-
len.potior,& fauorabilior eſt cauſa fi
liorum, quo ad legitimam. cauſa pia,
vt inquit,Socinus,in.l. Pactum quod
dotale,in prin.C.de pactis. allegando
dict.cap.quicumque, & Authenti.Si
qua mulier. C. de ſacroſanct. Eccleſ.
latè.Iaſ.in.l.Licet inter priuatos. nu-
me.5.C.de pactis.& quod ſuperius,in
limine huius cap.dictum fuit, ex legi
tima, funeris impenſam deduci, eſt
23 intelligendum quando hæreditas pa
terna filijs abinteſtato defertur, vel
ex teſtamento nullo facto alicui filio
rum prælegato,nulliſque donationi-
bus gratuitis ſeu liberalibus à teſtato
re factis.l. Impenſa enim funeris. ff.
de reli.& ſump.fune.l.fi.§.in compu-
tatione.C.de iure delib. cum abinte
ſtato omnia bona paterna ſint filio-
rum legitimæ.vt plenè ſcripſit Segu-
ra in.l.cohæredi.§.cùm filiæ, nu.239.
ff.de vulga.& pupil.& à nobis ſupe-
rius,cap.3.ſcriptum eſt. Nam ſi alicui
24 ſiue ex filijs, ſiue extraneis prælega-
tum, ſeu melioratio quinti fuerit fa-
cta,miſſæ & exequię,aliaque funera-
ria detrahuntur de prædicto quinto.
Et ſimiliter omnes donationes libe-
rales,& non ex filiorum legitimis, ne
que ex corpore hæreditatis, etiam ſi
à teſtatore contrarium fuerit diſpo-
ſitum. Hæc omnia probat.l. Regia.
30.Tauri.ex qua facilè infertur,quòd
ſi pater, vel mater alicui filio fecerit
donationem vltra legitimam, quòd
cùm talis donatio, vel prælegatum
25 in.3.vel.5.fieri cenſeatur,licet de ter
tio,& quinto, nihil prorſus à patre di
ctum fuerit. vt in.l.26. Tauri, quòd
ex tali donatione ſunt funeraria per-
ſoluenda, & non ex corpore hæredi-
tatis,ſaltem vſque ad concurrentem
quantitatem quinti. Infertur inſu-
per ex dict.l.30. Quòd ſi quis aſcen-
denti-



26 dentibus,& deſcendentibus non exi
ſtentibus,extraneum hæredem inſti
tuiſſet, alterique quintam bonorum
partem reliquiſſet,funeraria de quin
to, & non de corpore hæreditatis eſ-
ſe perſoluenda. prædicta enim.l.30.
generaliter,& indeterminatè ſtatuit
funeraria de quinto detrahi,nulla fa-
cta aſcendentium,ſeu deſcendẽtium
mentione.Generaliter ergo in omni
27 caſu eſt intelligenda.l. Si plures.ff.de
lega 3.l. Si cui ſimplici. ff.de ſeruitu-
tibus. qui intellectus ad dict.l. licet
ab aliquibus gloſſatoribus approbe-
tur,mihi tamen falſus, & erroneus vi
detur, ex mente enim & tenore di-
ctæ legis Regiæ facilè colligitur fune
raria de quinto exoluenda eſſe, quan
do inter liberos,& non extraneos de
28 functus teſtaretur.Ibi. quanquam te
ſtator iubeat contrarium,nam quod
ad filiorum legitimas attinet, volun-
tas defuncti, ne vltra quintum pro-
grediatur eſt limitata à iure.l.27.&
29 28.Tauri.l.7.ti.12.lib.3.Fori.l.9.eod,
titu.& lib.Fori.& ex eo, inquit dict.
l.Regia, teſtatorem contrarium iu-
bere non poſſe, ſed in caſu noſtræ
quæſtionis non eſt limitata à iure vo
luntas defuncti, ſed omnino libera,
30 ſiquidem extraneũ, & penitus igno-
tum hæredem inſtituere poſſit.l. ex-
traneum. C.de hære. inſtit. & in.§.ſi.
inſtituta eod. titu.l. Fratres. C.de in-
offi.teſta.l.Cùm pater.§.eorum.ff.de
lega.2.l.ab eo. C.de fideicommiſ.l.3.
&.4.titu.9. part.6. Ideo diſpoſitio di-
ctæ legis.30.in caſu ſuperius poſito
locum non habet: ſed iura commu-
nia in eo ſunt ſeruanda, quòd ante
omnia funeris impenſa ex corpore
hæreditatis tanquam ęs alienum per
ſoluatur, & non de prælegato quin-
ti. Ac ita de iure eſſe cẽſeo quicquid
alij teneant in prædicta lege.30.Tau
31 ri.Palatius Rub. ibid. nume.2.& Ca-
ſtillo, in fine affirmant, quòd ſi vxor
non habens filios, ſed aſcendentes
tertiam ſuorum bonorũ partem ma-
rito ſuo relinquat, iuxta tenorem le-
gis.6.Tauri, & parentem ſuum in
alijs bonis vniuerſalem hæredem in-
ſtituiſſet, dicunt prædicti Doct. quòd
optimum, & conueniens eſſet reme
dium, quòd antequam tertium ex-
trahatur de corpore hæreditatis, de-
bent extrahi, & ſolui expenſæ fune-
rales: quòd mea ſententia falſum eſ-
ſe iudico, ſalua eorum auctoritate.
Nam quemadmodum filiorum legi-
timæ ſunt omnia bona parentum,
præter quintum (vt pluries plenè di-
ctum eſt) ita eodem modo omnia fi-
liorum bona,non extantibus deſcen
dentibus, ſunt parentum legitimæ,
præter tertium.l.6.Tauri.Ideo de ta-
li parentum legitima funeraria non
ſunt exoluenda, ſicut de filiorum le-
32 gitimis non ſoluuntur. Ac ita Caſti-
llo ſibi contrarius contrariam tenuit
ſententiam, in dict.l.6.Tauri,nam ea
quæ diſpoſita ſunt in legitima filio-
rum regulariter locum habent in le-
gitima parentum. Authent. cùm de
appellatione cognoſcitur.§. Siue igi-
tur colla.8.l. Nam etſi parentibus.
ff. de inofficio. teſtamen. Authenti.
de hære.& Falci.§.1.colum.1.& ſtatu
tum.in vno ex correlatiuis cenſetur
per cõſequens eſſe ſtatutum in alio.
33 l. fin. ff. de accepti.l. fin. C. de indic.
vidui.tollen.

*SVMMARIVM.*

1 *Filij naturales dicũtur ex ſoluto, et ſoluta nati*
2 *Bona diffinitio conuertitur cum diffinito, atque eius naturam per genus, & ſubſtantiales differentias euacuat.*
3 *Diffinitio eſt ſubſtantiæ rei demonſtratio.*
4 *Diffinitio eſt oratio explicans naturam rei.*
5 *Filij naturales, vulgo dicuntur baſtardi.*

6 Filij inceſtuoſi,& adulterini, quando dican-
tur naturales.
7 Natura omnibus filijs communis eſt.
8 Declaratio ad.l.1.tit.15.par.4.
9 Filius eſt naturalis quando inter parentes po-
terat eſſe matrimonium.
10 Item ex vnica concubina domi retenta.
11 Maior affectio & voluntas eſt circa vnam,
quàm circa plures concubinas.
12 De iure nouiſsimo regio non requiritur, quòd
ſit ex vnica concubina.
13 Matrimonium præſumitur de iure ciuili,pro-
pter mutuam cohabitationem.
14 De iure canonico nõ præſumitur matrimoniũ
15 Solennitates quando præſumantur.
16 Dictum ſingu.Inno.
17 Filius ex concubina extra domum non dici-
tur naturalis.
18 Maior affectio,& dilectio ex mutua cohabi-
tatione inducitur.
19 Filius ex concubina extra domum per ſubſe-
quens matrimonium non legitimatur.
ff.de accu.ibi Natura omnibus. com
munis eſt. Authen.quibus modis na-
40 tu.effi.legi.§.ſi quis verò, col.6.Bal.in
l.Executorē.nu.32.C.de execu.rei iu
dica. Ideo meritò omnibus filijs, etiā
nefarijs, & inceſtuoſis alimenta de-
bentur: vt inferius in materia alimē-
torum latiſsimè explicabimus.

*SVMMARIVM.*

1 *De ſucceßione filiorum naturalium abinte-
ſtato, legitima prole non exiſtente.*
2 *Naturales tres vncias habere olim poterant.*
3 *Pater de iure Authen. omnia bona naturali-
bus relinquere poterat.*
4 *Lex decima Tauri ius commune corrigit.*
5 *Parentum legitima in bonis filiorum de iure
Digeſtorum erat quarta pars.*
6 *De iure Authenticorum eſt tertia pars.*
7 *Legis ſextæ Tauri declaratio.*
8 *An lex ſexta Tauri per legem decimam Tau-
rinam corrigatur.*
9 *Doctor à Caſtillo reprehenditur, & meritò.*
10 *Plures notādi intellectus ad legē ſextā Tauri.*
11 *Parentibus an in vita ſit permiſſum omnia
bona naturalibus donare.*
12 *Donatio omnium bonorum non eſt permiſſa.*
13 *Doctor à Caſtillo iterum hallucinatur.*
14 *An lex.79.Tauri ius commune corrigat.*



# Cap. XII.

1 HActenus de ſucceſ-
ſione filiorum na-
turalium ex teſta-
mēto, legitima pro
le exiſtēte, dictum
eſt: nunc verò qua-
liter prædicti filij naturales, etiam ex
teſtamento, nulla prole legitima ſtā-
te, patribus ſuis ſuccedāt, ſummatim
hîc erit examinandum. De iure anti-
2 quo, legitimis filijs & naturalibus nō
exiſtentibus, parentibuſque teſtato-
ris iam defunctis, patri permiſſum e-
rat inter viros donare, vel in vltima
voluntate filijs naturalibꝰ tres vncias
tātùm relinquere, & de iure Codicis
ſex vncias. Hæc omnia probat.l.hu-
manitatis intuitu.C.de natu.lib.l.fin.
vbi glo.& Doct.C.de teſta.tute.l.fin.
C. quādo mulier offi. tute. fungi. po.
l.generaliter.§.cùm autē. C. de inſti.
& ſubſti.ſub condi.fac. Authenti. de
trien. & ſemi.§.conſideremus.col.3.
glo.in.l.qui teſtamentū. ff. de proba.
3 glo.in.c.fi.de nup. De iure verò Au-
thenticorum filijs legitimis & aſcen-
dentibus non extantibus, patri per-
miſſum erat totā ſuā ſubſtantiā, & bo
na filijs ſuis naturalibus in vita largi-
ri, vel in morte relinquere. Authenti.
quibus modis natu.effi.ſui.§.nec igi-
tur.col.7.ibi. Si filios non habuerit.l.
iubemꝰ.&.l.fi.C.de natu.lib.Authē.
licet.eo.tit.C.glo.in.l.fi.C.de confir.
tuto.glo.in.§.fi.de nup.l.8.tit.13.par.
6.l.6.tit.15.par.4.l.10.Tauri. quæ lex
Taurina eſt ſingularis, & noua deci-
ſio, corrigēs in hoc ius commune, de
4 quo cautū erat, quòd ſtantibus aſcen
dentibus, non erat alicui permiſſum
omnia bona ſua filio naturali relin-
quere, ſed legitima parētibus erat re-
linquenda, & reſiduū bonorū, vel hæ
reditatis, filijs naturalibus relinquere
licebat. Id probat.d.Authen.licet.&
Authē.de triē.& ſemi.§.1.col.5.&.l.8.
5 tit.13.part.6. Legitima verò parentū
in bonis ſuorum filiorum ex teſtamē
to de iure Digeſtorū erat quarta pars
bonorū filiorū.l.nā & ſi parētibus.ff.
de inoffi. teſta.l.Papinianꝰ.§.quoniā
autē quarta.ff.eo.tit.Bar.in.l.pater fi-
lium.nu.6.ff.eo.tit.& de iure Authē-
ticorū, eſt parentum legitima tertia
pars bonorū filij. Authē.de triē.& ſe-
6 mi.§.1.col.3.glo.in.l.Pantonius.ff.ſi
quis à parentibꝰ fuerit manumiſ.glo.
in.d.Authē.nouiſsima. Vbi Iaſ.nu.36
hāc dixit eſſe cōmunem opinionem.
& Alex.in.l.in ratione.§.quæ vulgo.
nu.12.ff.ad.l.Falci.Fran.in.c.ſi pater.
nu.22.de teſta.lib.6.l.8.tit.13.part.6.
7 Quod aliter eſt de iure nouiſsimo re-
gio, vt in.l.6.Tauri, quam inferius in
materia ſucceſsionū aſcendentiū ple
niùs explicabimus. Quæ quidē tertia
pars tāquam parentum legitima ne-
ceſſariò eis erat relinquenda, & reſi-
duum filijs naturalibus dare licebat.
Quæ iura hodie arbitror eſſe corre-
cta per.l.10.Tauri. In qua lege expreſ
8 ſè cauetur patrem iuſtè poſſe, exiſtē-
tibus etiam aſcēdentibus, omnia bo-
na ſua filijs naturalibus relinquere.
Veruntamen huic cōcluſioni nimis
aduerſari videtur.d.l.6.Tauri.ibi. De
ſcēdiētes legitimos. & ibi. O que ayā
derecho de les heredar. Nā aſcenden
tes ex teſtamēto & abinteſtato, ſunt
legitimi hæredes, filijs nō exiſtētibus
legitimis, ſed filios naturales tātùm,
neq; ius ſuccedēdi habere, neq; que-
relā, neq; contra tabulandi ius, neq;
aliud remediū aduerſus teſtamentū
paternum, obtinere certum eſt: vt
plenius ſupra.cap.11.demonſtraui-
mus. Cùm nullum ergo ius ſuccedēdi

di filijs naturalibus competat, eos ex
cludere debent aſcendentes. Doctor
Caſti.in.d.l.10.Tauri,in verbo.Todo
lo que quiſiere. inaduertenter reſpō
9 dit, quòd olim filij naturales ius ſuc
cedēdi in bonis patris habebant, quā
do erant hæredes inſtituti. Quæ ſolu
tio minimè quo ad.d.l.6.Tauri pro
cedit. Tum quia. d.l.6.Tauri,tam in
ſucceſsione ex teſtamento, quàm ab
inteſtato loquitur. Tum etiam quia
extraneus & penitùs ignotus, ſi defi
cientibus legitimis hæredibus, hæ
res inſtitutus eſſet,ius ſuccedendi ha
beret. Nō tamē ex eo ſequitur,quòd
extraneus aſcendentes excludat, vt
vt in.d.Authen.de trien.& ſemi.§.1.
col.3.& in.d.Authē.licet. Ideo pro ſo
lutione dicēdum eſſe arbitror quod
illa alternatiua, o, que ayan derecho
de les heredar. poſita in.d.l.6.Tauri.
quæ communiter in omnibus ferè le
gibus reperitur impreſſorum incu
ria ſit poſita, quæ ſublata illa alterna
tiua,o,litera illius legis ſextę Tauri e
10 rit plana, & erit ſenſus aſcendētes ex
teſtamento & abinteſtato ſunt legi
timi hæredes, ſi nō ſunt filij legitimi,
& deſcendentes, qui ius ſuccedendi
habeant:quia forſitan erant iuſtè ex
hæredati,vel aliter incapaces,quo ca
ſu cum ius ſuccedendi legitimi filij
non habeant dict.l.6.Tauri voluit,
quod in iſto caſu aſcendentes deſcen
dentes excludant.vel quod illa alter
natiua (o) intelligatur de hæredibus
ſubſtitutis, filijs legitimis datis, & nō
de filijs naturalibus, vel quod filij na
turales ius ſuccedendi dicantur ha
bere,cum abinteſtato, ſtantibus etiā
aſcendentibus,ad duas vncias vocen
tur:vt in.d.Authen.licet, & in.l.8.tit.
13.part.6. quod aliter eſt in quolibet
extraneo; vel quòd verba illius legis.
6.Tauri intelligātur iuxta tenorem
dictæ.l.10.Tauri: vt omnis contro
uerſia & obiectio ceſſet.In hoc omit
11 tendum nō eſt, quòd licet de iure cō
muni omnia bona ſua filijs naturali
bus, legitima prole non ſtante, pater
poterit donare:vt in.d.Authē.licet.
& in Authent.de trien.& ſemi.§.nec
igitur.& in.d.l.8.partitæ. De iure ta
men Regio arbitror hoc non proce
dere, de quo patri minimè licet om
12 nia bona ſua inter viuos filijs natura
libus largiri,etiam ſi bona tātùm ſint
præſentia,& nō futura,per.l.69.Tau
ri:per quā arbitror dicta iura eſſe cor
recta.Qua in re fuit hallucinatus Ca
ſtillo in.d.l.10.Tauri,in parte.Lo pue
da mandar.dicens,etiam hodie poſſe
13 filio naturali omnia bona ſua inter vi
uos patrem donare. Quod me latet
qua ratione illud de iure procedat,
propter.d.l.69.Tauri,per.l.7.titu.12.
lib.3.Fori. quòd donatio omniū bo
norum eſt nullius momenti,licet nul
los donator habeat filios. Quod ali
ter erat de iure communi.l.omnes.
§.Lucius.ff. de his quæ in frau.credi.
14 glo.Vbi Docto.in.l.ſi.C.de pac.Alex.
Iaſ.& alij in.l.ſtipulatio hoc modo
concepta.de verbo.obliga. Et hāc di
cit eſſe communem Abb.in cōſi.48.
Videtur volu.2.Iaſ.in dict.l.ſtipula
tio.nume.20.& in conſi.5.volu.3.De
cius conſilio.225.in cauſa.nume.4.l.
1.tit.4.part.5.

*SVMMARIVM.*

1 *De ſucceſsione filiorū naturaliū abinteſtato.*
2 *Naturales abinteſtato ad duas vncias tātùm vocantur.*
3 *An naturalibus vltra duas vncias alimenta ſint danda.*
4 *Naturales legitima prole exiſtente, in nihilū patri abinteſtato ſuccedunt.*
5 *Diſpoſitum in ſenſu directo, oppoſitū arguit in ſenſu contrario.*
6 *An vxor defuncti excludat filios naturales.*

*7 Filius*



7 *Filius adoptiuus naturalem excludit.*
8 *Filij adoptiui ſimul cum legitimis ſuccedunt.*
9 *A pari potentia cauſæ par effectus producitur. & nu.10.*
11 *Qualiter naturales cū aſcendētibus ſuccedāt.*
12 *Poſito vno correlatiuorum reliquum per conſequens cenſetur eſſe poſitum.*
13 *Aſcendentes & deſcendentes in ſucceſsione æquiparantur.*
14 *Excluſio vnius,eſt excluſio alterius.*
15 *Argumentum de legitima patronorum,ad legitimam parentum vſitatum eſt.*
16 *An fratres ſimul cum aſcendentibus ad hæreditatem vocentur.*

## Cap. XIII.

1 VIſa ex teſtamento
filiorum naturaliū
ſucceſſione ſuper-
eſt, vt de eorum ab
inteſtato ſucceſſio
ne loquamur. De
iure communi prædicti filij natura
les abinteſtato ad duas tātùm vncias
ad bona paterna vocantur. Dummo
2 do filij legitimi & naturales,& cōiux
legitima non exiſtant. Authen.licet.
C.de natu.lib.Authen.quibus modis
natu.effi.ſui.§.ſi quis autem defunctꝰ
col.7.Authen.de trien.& ſemi.§.con
ſideremus.col.3.l.8.tit.13.par.6.glo.
ſingu.in.l.qui teſtamentū.ff.de pro
ba.glo.in verbo, cum legitimis in.l.ſi
qua illuſtris. C. ad Orfi.glo in verbo.
admitti.in.§.nouiſſimè.inſti.eo.titu.
glo.in.§.ſi. inſti.de nup.glo.in verbo.
mãzeres,in.c.niſi cùm pridem.de re
nuntia. glo.in verbo. repellendus, in
cap.tanta. qui filij ſunt legi.quæ duæ
vnciæ, vt probant prædicta iura, in
ter prædictos filios naturales & ma
trē ſunt diuidendæ: & vltra has duas
3 vncias, filijs naturalibus ſunt alimen
ta præſtanda. vt voluit gloſ. ſingu. in
verbo. vncias. & ibi Barto. nume. 2.
in Authenti.quibus modis natu. effi.
ſui.§.ſi quis autem defunctus.colū.7.
4 & idem Bar.in.d.§.conſideremus.per
tex.ibi.col.3. ſi verò legitima ſtat pro
les patri ab inteſtato morieti, filij na
turales in nihilum ſuccedunt. vt pro
bant iura ſupra allegata.& gloſ.in.d.
l.qui teſtamentū.& gloſ.in.d.l ſi qua
illuſtris.& gloſ.in.d.§.nouiſsimè.Sali.
& alij in.l.humanitatis.C. de natu.
lib.ſed eis tantùm alimenta ſunt dan
da. vt probat dict.l.8.in fine, & infe
riùs in materia alimentorum decla
rabitur. Idemq́; dicendum eſt de iu
re communi, ſi tantùm coniux legiti
ma iſtius ab inteſtato morientis exi
ſtat, quòd in nihilum filij naturales
ſuccedant,quod ſatis colligitur ex.d.
Authen.licet.per argumentū à con
trario ſenſu, & in.d.§.ſi quis autē de
functus. Quę iura dicunt,quòd ſi cō
iux legitima non eſt in duas vncias,
filij naturales abinteſtato ſuccedunt.
A cōtrario ergo ſenſu coniuge legiti
5 ma ſtante,in nihilū ſuccedunt, diſpo
ſitum enim in caſu directo oppoſitū
arguit in ſenſu contrario.l.1.§.huius
rei.ff.de offi.eius cui man.eſt eius iu
ris.l.qui teſtamēto.§.mulier.ff.de te
ſtamētis.l.ſi procuratorem.§.ignorā
tes.ff. manda.Et hanc cōcluſionem,
quòd ſtante muliere legitima, natu
rales non ſuccedāt. tenuit glo.in ver
bo.manzeres.in.c.niſi cùm pridē. de
renun.glo.ſi.in.c.authoritate Marti
ni.de conce.præbe.lib.6.Ioā.Andre.
in.c.lator.qui filij ſunt legi.Sali.& alij
in.d.Authē.licet.per tex.ibi.quòd alī
ter videtur dicēdū de iure regio.l.9.
tit.13.par.6.quæ diſponit, quòd vxor
6 legitima defuncti non excludit filiū
naturalē, vt non ſuccedat in duas vn
cias paternæ ſubſtātię.Quod dictum
eſt,quòd legitima prole exiſtente, in
7 nihilum filij naturales abinteſtato
ſuccedant: ampliandum eſt etiam ſi

filij

7 filij adoptiui exiſtãt, ita Ange. in Au-
then. quibus modis natu. effi. ſui. §. fi.
col. 7. text. in. d. Authẽ. licet. ibi. cùm
deſit ſoboles ciuilis, id eſt, fili⁹ adopti
uus, qui eſt ſoboles ciuilis. vt in. §. 1. in
ſti. de hæredi. quæ abinteſta. defe.
8 Quod patet ratione, quia filij adopti
ui abinteſtato ſimul cum filijs legiti-
mis, & naturalibus ſuccedunt. l. cũ in
adoptiuis. & ibi glo. C. de adoptio. §.
adoptiui. inſti. de hære. quali. & diffe.
glo. in Authẽ. in ſucceſsione. C de ſuis
& legi. lib. l. 9. tit. 16. part. 4. Sed filij le-
gitimi & naturales, naturales tãtùm
ab inteſtato in totũ excludunt, vt ſu-
9 perius dictũ eſt. Eadem ergo ratione
filij adoptiui: nã à pari potentia cauſę
par effectus producitur. l. 1. §. vete-
10 res. ff. de acqui. poſſe. l. ſi ſocer. ff. ſolu.
matri. l. ſi mater. C. de inſti. & ſubſti.
ſub condi. fac. Sed meo iudicio diffi-
11 cilis eſt quæſtio, qualiter filij natura-
les cũ aſcendẽtibus ſuccedant, veluti
ſi aliquis relictis tantũ aſcendẽtibus,
& filijs naturalibus inteſtatus moria-
tur. gloſ. in. §. fi. inſtitu. de nup. tenuit
quòd in nihilũ ſuccedant in hoc caſu
naturales. & gloſ. in. l. 8. titu. 13. par. 6.
Hãc opinionẽ tenuit Ange. in. d. Au-
thẽ. quib⁹ modis natu. eff. ſui. §. fi. col.
7. Palat. Rube. in. l. 10. Tauri. num. 49.
Quæ opinio hac iuuatur ratione, po-
ſito vno correlatiuorũ, per cõſequẽs
reliquum cenſetur eſſe poſitũ. l. fi. ff.
12 de accepti. l. fi. C. de indic. vidui. tollẽ.
l. 1. C. de cypreſsis. lib. 11. glo. in prin.
inſti. de ſucceſ. ſubla. Bar. in. l. fi. de ex-
acto. tribu. lib. 10. Abb. in rub. proœ.
decre. 2. lectu. nu. 10. Iaſ. in Authẽ. no
uiſſima. nu. 38. C. de inoffi. teſta. Hip-
po. in. l. circũcidere. §. Seruo. nu. 5. ff.
de ſica. Sed exiſtẽte filio legitimo nõ
ſuccedunt filij naturales (vt ſuperius
dictum eſt) Per conſequẽs ergo neq;
parente exiſtente cùm ſint correlati
ui parentes & filij. Item aſcendentes
13 & deſcendẽtes quo ad ſucceſſionem
in iure æquiparãtur. l. nam etſi paren
tibus. & ibi Bar. ff. de inoffi. teſta. Au-
then. de hære. & falci. §. 1. col. 1. glo. in
d. Authẽ. nouiſſima. l. 6. Tauri. diſpo-
nens quòd eadẽ forma & modo, quo,
ex teſtamẽto & abinteſtato deſcen-
dẽtes aſcendẽtibus ſunt legitimi hæ-
redes, eodẽ itaque modo aſcenden-
tes deſcendentibus: ſed deſcendẽtes
legitimi naturales in totũ excludũt.
ergo per conſequens aſcendentes.
Contrariã verò ſententiã tenuit Cy
nus in illa magiſtrali diſtinctiõe, quã
ſcripſit in Authẽ. itaque. C. cõmu. de
ſucce. verſi. ſecundo caſu. dicens, filiũ
naturalẽ in duas etiam vncias in bo-
nis patris abinteſtato ſuccedere: ſtan
tibus etiam aſcendentibus defuncti.
Pro qua opinione conſideratur tex.
in. d. Authẽ. licet. in eo quod probat,
quòd ſtante legitima prole filij natu-
rales abinteſtato in nihilo ſuccedũt.
ergo extra illũ caſum quãdo non eſt
legitima proles, licet ſint aſcendẽtes.
filios naturales. d. Authen. licet. vide
tur admittere, & nõ excludere. Exclu
ſio itaq; vnius caſus, eſt alterius inclu
ſio. l. cùm Prætor. ff. de iudi. l. quæſitũ.
14 §. idem reſpondit. ff. de fun. inſtru. in-
ſti. lega. l. ex eo. ff. de teſti. Item facit
Authenti. quibus modis natu. effi.
ſui. §. ſi quis autem. ibi. aut etiam ma-
numiſſor. columna. 7. vbi probatur,
quòd ſtante manumiſſore, in dictas
duas vncias abinteſtato naturales
ſuccedunt. Eodem ergo modo ſtan-
te patre illius abinteſtato morientis,
qui manumiſſor pater quoque à iu-
re vocatur. l. 1. §. ſi parentes. vbi glo.
ff. ſi à parenti. quis fue. manumiſ. præ-
ſertim quòd argumentum de legiti-
15 ma patronorum ad legitimam pa-
rentum validum & vſitatum eſt in iu
re. l. ſi patronus. ff. de dona. l. cùm pa-
tronus. vbi latè Segura. nu. 9. &. 10. ff.
de lega.



de lega. ſecun. l. Diuus. vbi glo. in ver
bo. cõſtituti. ff. ſi à parẽ. quis fue. ma
nu. §. præterea. vbi glo. in verbo. pa-
trono. inſti. quibus modis ius patri.
poteſ. ſol. ſed legitima patronorũ nõ
impedit filium naturalem in prædi-
ctas duas vncias ſuccedere. Eadẽ er-
go ratione neque legitima parentũ
data (vt prædiximus) terminorum pa
16 ritate. Id etiã patet alia ratione, quod
agnati, ſeu cognati: & aſcẽdentes de-
functi quo ad eius ſucceſsionem ad
paria iudicantur: cùm fratres vel ſo-
rores ſimul cum aſcendẽtibus ad hæ-
reditatem vocentur. Authen. de hæ-
redi. ab inteſta. veni §. conſequens.
colũ. 9. Authen. defuncto. C. ad ſena.
conſul. Textu l. 4 tit. 13. part 6. quod
hodie prorſus eſt mutatum (vt infe-
rius ſuo loco declarabitur) Sed agna-
ti quo ad prædictas duas vncias filios
naturales non excludunt. vt in. d. Au
then. licet. vbi glo. communiter rece
pta in verbo. coniux. l. 8 tit. 13. par. 6.
Ergo neque aſcendentes propter ſu-
pradicta. Quam concluſionem veriſ-
ſimam eſſe arbitror, inſpecto iure an
tiquo, vt dictum eſt.

*SVMMARIVM.*

1 *Naturales ex teſtamẽto & abinteſtato vnà cum legitimis, matribus ſuis ſuccedunt.*
2 *Mater ſemper eſt certa, pater verò incertus.*
3 *Naturalis matri etiam illuſtri ſuccedit.*
4 *Verus ſenſus ad. l. ſi qua illuſtris. C. ad Orficia.*
5 *Naturales iure nouiſsimo regio, exiſtente legitima prole, neque ex teſtamento, neque abinteſtato, matribus ſuccedunt.*
6 *Naturales, ſi non eſt legitima proles, matrib⁹, legitimi ſunt hæredes.*
7 *Naturales cognatos, & agnatos matris excludunt.*
8 *Præteritio matris pro exhæredatione habetur*
9 *Naturalibus remedium. l. fi. C. de edict. Diui Adriani competit.*
10 *Filij naturalis natiuitate, annullatur teſtamẽtum maternum.*
11 *Mater in cura & tutela naturalium, alijs præfertur.*
12 *Natiuitate filiorum naturalium, donatio materna reuocatur.*
13 *An naturales excludant ſubſtitutum.*
14 *Mulier luxurioſa & incõtinens, maximũ totius cognationis eſt dedecus & ignominia.*
15 *Maior caſtitas in fœminis, quam in maſculis requiritur.*
16 *Optima declaratio ad. l. 9. Tauri.*
17 *Pater ſuas filias dotare compellitur.*
18 *Turpe nimis eſt, aliorum ſcripta tantùm referre, & nihil noui addere.*

## Cap. XIIII.

1 EA verò quæ de ſuc
ceſſione filiorũ na
turalium ſuperius
ſcripſimus, locum
in ſucceſſione pa-
terna tantùm ha-
bent: ideo nobis neceſſarius eſt tran-
ſitus ad ſucceſſionem dictorũ filiorũ
naturaliũ in bonis maternis. De iure
cõmuni filij naturales ſeu nepotes,
vel deinceps ex teſtamẽto & abinte-
ſtato, matri & auiæ, alijſq; per lineam
fœmininã aſcẽdẽtibus ſimul cũ filijs
legitimis & naturalib⁹ ſuccedũt: per-
inde ac ſi verè filij legitimi & natura-
les eſſent, excluſis aſcẽdentibus & a-
gnatis, & cognatis. l. hac parte. l. Mo-
deſtin⁹. ff. vnde cogna. l. 1. §. ſed & vul
go. ff ad Orficia. l. 2. in prin. ff. eo. tit. l.
ſi qua illuſtris. C. eo. tit. & in. §. nouiſsi
mè. inſtituta. eo. tit. l. 11. tit. 13. par. 6.
ponens rationẽ diuerſitatis, cur tam
variè inter ſucceſsionem paternam
& maternam à iure fuit ſtatutum,
dicens, quod mater ſemper eſt cer-
2 ta, pater verò incertus. l. quia ſemper
mater eſt certa. ff. de in ius vocan. l.
vulgo cõcepti. ff. de ſtatu homi. l. 5. in
fine,

in fine.tit.19.par.4. Ideo naturales tã
tùm cum filijs ex legitimo matrimo-
nio habitis ſimul matri ſuccedebant.
3 Quod ampliari poterit etiam ſi ma-
ter eſſet illuſtris perſona,naturales tã
tùm vnà cum filijs legitimis & natu-
ralibus ad hæreditatem matris illu-
ſtris vocantur. Ange.in.d.§.nouiſsi-
mè.col.2.Bar.in.l.fi.nu.4.ff. de his qui
bus vt indig. Probat.d.l.1.in fine.tit.
13.par.6. & ex tenore.d.l. ſiqua illu-
4 ſtris. Secundum verũ ſenſum id colli
gitur, quæ lex de filio ſpurio,& nõ de
naturali, tãtùm loquitur:inter quos
filios ſpurios & naturales magna eſt
differentia & diſcrimen, vt ſuo loco
inferius dicemus.

5 ¶De iure verò nouiſsimo Regio
filij naturales tantùm,neque ex teſta
mento,neque ab inteſtato matri ſuæ
cũ filijs legitimis & naturalibus ſuc-
cedunt:ſed in vita,ſeu in mortis arti-
culo, eorum mater eis quintam bo-
norum partem, legitimis ſtantibus,
relinquere poterit.l.9.Tauri.Per quã
legem omnia iura ſuperius à me rela
ta,in hac parte ſunt correcta: & vltra
dictam quintam partem, neque ra-
tione alimentorum, neque alterius
rei,filijs naturalibus aliquid mater re
linquendi facultatem habet. Legiti-
6 ma verò prole non exiſtente natura-
les tantùm verè ex teſtamento, & ab
inteſtato,in bonis maternis ſunt legi
timi hæredes,& omnes aſcendẽtes le
gitimos & agnatos, & cognatos ex
parte materna excludunt:vt in.d.l.9.
Tauri. Ex qua ſequitur, quòd ſi filij
7 naturales iniuſtè eſſent exhæredati
per querelam inofficioſi teſtamenti,
teſtamentum maternũ rumperetur,
& abinteſtato erunt ſucceſſuri.l. ſi ſu
ſpecta.in fine.ff.de inoffi.teſta.§.tam
autem.inſti.eo.titu.Plate.& Ange.&
alij in.d.§.nouiſsimè. Eadẽ ratione,ſi
naturales filij fuerint à matre præte-
riti, eis competit aduerſus teſtamen-
tum maternũ querela inofficioſi te-
ſtamenti, & non bonorum poſſeſsio
8 cõtra tabulas: quia præteritio matris
pro exhæredatione habetur.l.filiam
præteritã. C. de inoffi.teſta.l.fi. C.de
ſuis & legi.hære.l.illud.§.ad teſtamẽ-
ta. vbi gloſ.ff. cõtra tabu. §.fi.inſti.de
exhæred.libe. cùm remediũ quod ex
hæredatis,vel ijs qui pro exhęredatis
habentur,nõ ſit contra tabulandi re-
mediũ, ſed querela inofficioſi teſta-
menti.l.1.l.non putabit.ff.contra ta-
bu. §.ſin autẽ.inſti.eo.tit. ſequitur e-
tiã ex.d.l.9.filijs naturalibus ad conſe
9 quenda bona materna remediũ.l. fi.
C.de edic.di.Adri.Tollen.compete-
re. vt declarat Bal.in.l.3. C.de inoffi.
teſta.Sequitur etiam ex prædicta.l.9.
Tauri. donationem immenſam, vel
inofficioſam vni ex filijs factam, poſ-
ſe per alium filium naturalem reuo-
cari: de qua donatione loquitur Au-
then. vnde ſi parẽs.C.de inoffi.teſta.
l.1.&.2. C.de inoffi. dona. quod ſem-
per intelligendum eſt, filijs legitimis
non exiſtentibus.vt in.d.l.9.expreſsè
habetur.Sequitur etiam ex prædicta
l.9.quod quemadmodum natiuitate
10 filij legitimi annullatur teſtamẽtum
maternum, ita eodem modo natiui-
tate filij naturalis.l.ſi mater. C.de in-
offi. teſtamen.l. poſthumus.ff. eo-
dem tit.Plat. in prin. inſti.quibus mo
dis teſta.infir. cùm naturales legiti-
mi hæredes matri exiſtant: vt in d.l.
11 9.Tauri.Ex qua etiã deducitur,quòd
ſicut mater in tutela & cura legiti-
morum filiorum alijs tutoribus legi-
timis & datiuis præfertur.Authe.ma
tri,& auiæ.C.quando mulier offi. tu-
te.fungi poteſt. Authen.de hære. ab-
inteſt.veni.§. ex his.col.9.l.4.titu.16.
par.6.glo.& Doct. in.c.ex parte.in.2.
de appellation. Ita in tutela & cura
filiorum naturalium.l.fin.C.quando
mu.tute.



mu.tute.offi.fun.poteſt Authẽ. vt ſi-
ne prohibi.mat.debito.& credi.tute.
gerant.mino.glo.& docẽtes in.d. Au
then. matri & auiæ. Albe.in.l.ſi qua il
luſtris.in fine. C. ad Orficia. Itẽ ſicut
12 donatio facta alicui, natiuitate filij le
gitimi reuocat.l.ſi vnquã.C.de reuo-
can.dona.l.ſi totas.C.de inoffi.dona.
l.8.tit.4.par.5. Ita eodem modo nati-
uitate filij naturalis donatio facta à
matre reuocatur per rationem dictæ
legis.9.& eius diſpoſitionem.De qua
re.de iure communi eſt videndus Ol
dra.conſi. 278.licet quantum Pleniꝰ
Barba.in.l.cùm acutiſsimi.nu. 219.C.
de fideicõmi Gabriel Paleo. de filijs
nothis c.34. Latiſsimè omnium Tira
que.in. d.l.ſi vnquam.in verbo.ſuſce-
perit liberos. nu. 56. cum ſequen. Et
quod dictum eſt, naturales matri ex
teſtamento & abinteſtato legitimos
eſſe hæredes, prole legitima defi-
ciente:id intelligendum eſſe cenſeo,
niſi mater hac lege & conditione
hæres fuiſſet inſtituta: vt ſi ſine filijs
deceſſerit hæreditas ad ſubſtitutum
perueniat, quo caſu naturales ſubſti-
tutũ nõ excludũt.Bart.in.l.hæredibꝰ.
§.Titius.nu.2.ff.ad Trebe.Ange.Imo
la,& Alexã.in.3.fallen.in.l.ex facto.§.
ſi quis rogatus.ff.ad Trebe.Abb.in.c.
in præſentia.nu 21.de proba.Vbi De
cius.nu.41.hanc fatetur eſſe commu
nem opinionem, reprobata glo.con
trarium tenente.in.l.hęredibus.§.Ti
tius. verbo. conditioni.ff.ad Trebel.
& Barto.ſibi contrarius in hoc mere-
tur reprehendi. in.l.ex facto.§.ſi quis
rogatus.num.4.& Caſtillo in.l.9.Tau
ri.in parte.Herederos legitimos.quę
eſt notãda limitatio ad dict.§.ſi quis
rogatus.& ad.l.Cùm pater. §.volo.&
ad.l.Lucius.§.vltimo.ff.de lega.ſecũ.
& ad.l.1. C.de condi.inſer.& ad glo.
in verbo. filium in cap. Rainuntius.
de teſtamen.& ad glo.1.in cap.in prę
13 ſentia.de proba.Quę omnia iura pro
bant, quòd natiuitate filij naturalis
omnis euaneſcit ſubſtitutio,& ſecun
dum ſupradicta eſt intelligenda.l.
cùm auus. ff.de condi.& demonſtra.
& dict.l.cùm acutiſsimi,&.l.generali
ter.§.cùm autem.C.de inſti. & ſubſti.
ſub condi.fac.l.10.tit.4.parti.6. Quæ
iura in maſculis, & non in fœminis
inſtitutis ſunt intelligenda. Rationẽ
diuerſitatis ſcripſit Barto.in dict.§.Ti
tius, nu.2.quia magna ignominia &
14 dedecus eſt totius cognationis fœmi
nas filios naturales habere, vt inquit
l.vnica. C.de ſena.Conſul. Clau.Tol-
len.dicens, quòd mulier luxurioſa &
incontinens totius cognationis eſt
dedecus, & ignominia. Maior enim
15 caſtitas in fœminis, quàm in maſcu-
lis requiritur.l.palam. §.qui in adulte
rio. vbi glo. ff. de ri.nupti.l.penul.C.
ad Orfi.l.2.in fine.titu.15.lib.8. Ordi.
Iaſ.in.l.in arenam.nume.10.C.de in-
offi.teſtamen.& in Eccleſiaſtico cap.
42. habetur, quòd melior iniquitas
16 viri,quàm mulier benefaciens. Item
ex dict.l.9. Tauri facilè etiam deduci
tur, matrem filiam tantùm naturalẽ
teneri dotare, & ad id compelli,cùm
ei naturales ex teſtamento & abin-
teſtato ſunt legitimi hęredes.Quem
17 admodum pater ad filias ſuas dotan-
das compellitur.l.qui liberos. ff.de ri.
nupti.l. dotem dedit. ff. de colla. bo-
no.l.fina.C. de dotis promiſsione.l.8.
titu.11.par.4.de qua dote filiabus na
turalibus danda, optimè ſcripſit Bar.
in.l.vxor.§.naturalis.ff.de lega.3.Bal.
in.l.neque mater. C.de iure doti.in.l.
fina.C.de dotis promi.Iaſ.in §.fuerat.
nu. 104. cũ ſequẽ.inſti.de actio. Pala.
Rub.in.dict. cap.per veſtras.§.9.&.§.
23.nu.4.fol.97.in quo loco latiſsimè
hanc ſcripſit materiã, quam hîc non
refero, quia mei moris non eſt, alio-
rum ſcripta tãtùm referre:nihil noui
addendo

addendo vel declarando, vt ſequar doctrinam Bal.in.l.non eſt dubium. num.28.C.de legi.& in repe.l.1.in fine.C. de Sacroſanct. Eccle. dicentis, turpe eſſe aliorum ſcripta tantùm referre, & nihil noui addere: qualiter verò cõſanguineis ſuis naturales ſuccedant, inferius in materia ſucceſſionum collateralium erit videndum.

*SVMMARIVM.*

1 *Naturales an nobilitate paterna gaudeant.*
2 *Naturales non veniunt appellatione liberorum.*
3 *Naturales nobilitatem patris, & non matris ſequuntur.*
4 *Omne agens nobilius eſt ſuo patiente.*
5 *Nobilior & potentior eſt forma, quàm materia.*
6 *Filius ex matre nobili & patre plebeio nõ eſt nobilis.*
7 *Adumbratur nobilitas mulieris, ſi plebeio nupſerit.*
8 *Illegitimi infames infamia facti cenſentur.*
9 *Filij ex meretricibus degeneres & ignobiles naſcuntur.*
10 *Infames honores non merentur.*
11 *Paterna flagitia hæreditaria ſucceßione deſcendunt.*
12 *Filius imitator incontinentiæ paternæ præſumitur.*
13 *Qui viret in folijs, venit à radicibus humor, & patrum in natos abeunt cũ ſemine mores.*
14 *Non ingrediatur manzer in Eccleſiam Dei, vſque ad.10.generationem.*
15 *Illegitimi ſunt manifeſti teſtes iniquitatis paternæ: & euidens argumentum eius incontinentiæ.*
16 *Illegitimi non ſunt honorabiles, neque Deo amabiles, neque in bello fortes, neque in fide ſtabiles.*
17 *Qui vocat alium ſpurium actione iniuriarũ tenetur.*
18 *Quàmplurimi illegitimi inſignes fuerunt, legitimoſque natos antecedere merentur.*
19 *Chriſtophorus à Rojas Epiſcopus Cordubenſis. & Ioannes à Ribera Epiſcopus Pacenſis laudantur.*
20 *Hieronymi Manrrique Inquiſitoris Valentini laus.*
21 *Notandæ ſolutiones ad iura Regia ex diametro diſtantia.*
22 *Illegitimi de generali conſuetudine nomẽ & nobilitatem, & arma ſuorum parentum retinent.*
23 *Spurij ſigno quodam in ſcuto vtuntur ad cognoſcendam ſpuritatem.*
24 *Filij ex damnato coitu, omni prorſus priuilegio carent.*
25 *Pragmatica Pinciana, anno.1542.*
26 *Adulterij pœna, eſt mors.*
27 *Diſpenſatio reſtringenda eſt.*
28 *Qui ex damnato & punibili coitu dicantur.*

# Cap. XV.

1 PRopter mutuã duarum legum partitarum in ſe repugnantiã opportunè hoc in loco excutere operæpretiũ eſſe duximus, an filij naturales tantùm, nobilitate, immunitate, paternaq; ingenuitate gaudeant. Qua in re Bart.inquit, quòd naturales paternis priuilegijs & dignitatibus, & immunitatibus non potiuntur.in.l. Tutelas.nu. 4.ff.de capi.dimi.& melius in.l.1.nu. 50.C.de digni.lib.12.&in.l.fi.in prin. C. de verbo.ſigni. & in.l. pronunciatio.ff.eo.tit.& in.l.1.in fine.ff.ad munici.& in tracta.de inſig.& armis.nu. 11.Bald.in.l.id quod pauperibus.nu. 35.C.de epiſ.& cleri.& in.l.cùm pater.§.volo.ff.de lega.2.& in.l.cùm legitimæ. ff.de ſtatu homi.& in.l.generaliter.§.cùm autem.in fine.C.de inſti.& ſubſti.ſub condi.fac. Ioa.de Pla. in.l.ſi ſenator in fin.C.de dign.lib.12. hãc fatetur eſſe com.opinionẽ.Alex.





in.l.ex facto.§.qui rogatus.nu.54.ff.
ad Trebel.dicens, quòd nobilitas paterna non tranſit ad naturales ſeu baſtardos.& in conſi.25.circa primum.
nu.7.volu.1.Iaſ.in.l.fi.nume.13.C.de
verbo.ſigni. Præpo.in.c.per venerabilem.num.9.vbi Abb.nu.34.qui filij
ſunt legi.Guido Papæ deciſio.580.an
baſtardus.Felin.in.c.in pręſentia.nu.
23.de proba.& in.c.ſuper eo in.2.nu.
5.de teſti. latè Segura in.l.cohæredi.
§.cùm filiæ.nu.122.ff.de vul.& pupi.
Pala.Rub.in.c.per veſtras.§.10.nu.5.
&.14.de dona.inter virũ & vxo.Plurima circa hoc ſcripſit Tiraque.in tracta.de nobilita.ca.14.&.15.nu.10.cũ
ſequen. Gabriel Paleotus de filijs nothis.c.60. Iacobus de Villalpãdo in.l.
22.tit.1.par.7.parte.2.nume.4.plenè
gloſſator ordinamẽti in.l.1.verſi.eſt
tamen dubium.tit.1.de los Caualleros.lib.4.ordi.gloſ.1.in.l.ſecunda.§.
in filijs.ff.Decurio.gloſ.ſingu.in Cle.
vnica.in verbo.liberi.in fine.de baptiſ.gloſſa.in verbo.volumus.in cap.
ſtatutum.in.2.de hære.lib.6.quod appella.liberorum quantum ad honores& eorum commoda naturales nõ
veniunt, refert Iaſ.in.l.fina.num.13.
C.de verborum ſignifi. Ripa.in.l.ex
facto.§.ſi quis rogatus.nume.62.ff.ad
Trebe.glo.ſingu.in parte del.5.l.1.titu.6.lib.3.Fori.pro quibus eſt.l.cùm
legitimæ.ff.de ſtatu homi.cuius verba ſunt. Cùm legitimæ nuptiæ factæ
ſunt, patrem liberi ſequuntur. Ergo
ſi nõ ſunt legitimæ nuptiæ patris, cõditionem non ſequuntur. Nam quo
ad honores & dignitates, ac immunitates, filij legitimi ſequuntur conditionem ac nobilitatem patris, & non
3 matris.l.nullus in.2.&.l.exemplo.C.
de Decurio.lib.10.l.fin.C.de murile.
lib.11.l.filiam, &.l.liberos.ff.de ſenatu.glo.in.l.partũ.C.de rei vendi.glo.
in.l.fina.C.de ſeruis fugiti.l.2.tit.21.
part.4.ibi. Siguen la condiciõ del padre, quanto a las honras y fuero del
ſiglo.l.5.in fin.tit.1.lib.4.Ordi.Idem
probat.l.humilem.C.de inceſ.nup.
ibi ex ingenuis parentibus.l.liberos.
vbi glo.in verbo naturales.ff.de ſenato.l.ex libera.vbi Bald.C.de ſuis & legi.lib.l.3.titu.15.part.4.l.2.tit.13.ea-
4 dem part.4.& ratio eſt, quia omne
agens nobilius eſt ſuo patiente, & po-
5 tentior eſt forma, quàm materia: vt
inquit Bald.in dict.l.fina.C.de ſeruis
fugi.refert Iaſ.in.l.1.nume.21.ff.de
verbo.obliga.Feli.in.c.nouit.nume.
6 2.de iudicijs. Vnde filij nati ex muliere nobili & patre plebeio nõ ſunt nobiles per dictam legem.exemplo.&
tenet Bald.in dict.l.fina.de ſeruis fugi.& in.l.2.de iure emphi.Feli.in.ca.
ſuper eo, in.2.nume.5.de teſti.nam
adumbratur nobilias mutlieris, ſi plebeio nupſerit.l.fœminæ.ff.de ſenato.
7 quia nobilitas non prouenit ex genere materno, ſed paterno: vt in.d.l.
exemplo.l.liberos.ff.de ſenatu.latè
Pala.Rub.in rub.de dona.inter virũ
& vxo.§.32.& ratio quòd naturales
nobilitate paterna non gaudeant, ea
potiſsima eſt, vt ab omni fornicatione & illicita copula homines coerceantur: vel quia illegitimi infames
8 infamia facti cenſentur: vt inquit
Azo.in ſumma.C.ex quibus cauſis infa.irroga.Bald.in.l.1.nu.2.de iure aure.Ann.Hoſtien.in ſumma.de filijs
presbyterorum.§.quæ ex cauſa prohibitionis.Abb.in.c.per venerabilẽ.
nu.3.qui filij ſunt legi.Iaſ.in.l.ſi is qui
pro emptore.nu.260.ff.de vſucapi.
& in.l.fratres.in fine.C.de inoffi.teſta.Caccialupus in.l.ſi qua illuſtris.
nu.7.ad Orſi.Alex.conſi.60.nu.5.volu.2.latè Tiraque.de nobilitate.quæſtione.15.num.14.Hippo.ſingulari.
273.notiſsimũ.Vnde inquit Cardinalis in.c.ſi gens Anglorũ.56.diſt.quòd

9 nati ex meretrice viles,&degeneres,
&ignobiles cõmuniter ſunt.c.ſi quis
cũ militibꝰ.6.quęſt.1.Latè Pala.Rub.
in.c.per veſtras.§.10.nu.3.fol.89.de
dona.inter vir.&vxo.eſt.l.ſingu.2.ti
10 tu.6.part.7.&infames indignos eſſe
honoribꝰ,dignitatibus,ac ingenuita
tibus certũ eſt.l.vnica.C.de infami.
lib.10.l.infamia.l.neq; infames.C.De
curio.eo.lib.10.Ideo meritò illegiti-
mi honores paternos, & dignitates
habere non merentur,vt dixit tex.in
c.penul.56.diſt.adulterorũ filij abo-
minatio ſunt Domino,& paterna fla
gitia hæreditaria ſucceſsione deſcen
dunt.Meritò à iure præſumitur is in-
11 continens,cuius pater fuit inconti-
nens.c.1.c.ſi gens Anglorum.56.diſt.
Alcia.de præſump.regu.1.præſump.
12 24.Et ſæpe ſolet filius ſimilis eſſe pa-
tri.glo.in.l.quod ſi nolit.§.ſi manci-
pia.ff.de ędili.edic.glo.verbo.proge-
nitores.in.c.venerabilem.de electio.
Vnde verſus Mantuani.
13 *Qui viret in folijs venit à radicibus humor,*
*Et patrum in natos abeũt cũ ſemine mores.*
14 Et in Deuterono.ca.23.legitur:Non
ingrediatur manzer in Eccleſiã Do-
mini vſque ad decimam generatio-
nem.Vnde tex.in.c.priuſquàm.24.di
ſtin.inquit,quòd filij illegitimi ſunt
manifeſti teſtes iniquitatis paternæ,
& euidens argumentum eius incon
15 tinentiæ.c.veſtra.c.fi.de vita & hone
ſta.cleri.Abb.in.c.cùm dilectus.nu.
4.de purga.Cano.Et Bonifacius mar
tyr ſcribens ad Regem Anglorum,
affirmat hanc prolem illegitimã non
16 eſſe honorabilem hominibus,neque
Deo amabilem,neque in bello ſecu-
lari fortem,neque in fide ſtabilem:
vt habetur in.c.ſi gens Anglorũ.56.
diſt.quod refert Bal.in.l.1.num.9.de
his quæ penè no.relin.Et Ioan.Cora.
in.l.hæres.inſtitu.nu.5.C.de impube
rũ,& alijs ſubſti.Rochus de Curte,de
iure patro.verbo.competens alicui.
nu.6.Curtius Iunior conſi.35.ſtatu-
to.verſi.non ſunt Deo amabiles.Re-
buffus in praxi beneficiali tit.de di-
ſpẽſatione ſuper defectu nataliũ.nu.
5.Caſti.in.l.9.Tauri.in princi.Pala.
Rub.in.d.c.per veſtras.§.10.nu.2.fol.
89.Vnde inquit Andre.de Iſer.in.c.
17 1.§.iniuria.de pace iuramento fir-
mã.in vſi.feudo.Quẽ ſequitur.Abb.
in.c.cùm te.nu.27.de re iudi.Iaſ.in.l.
etſi præceperit.nu.7.ff.de lib.& po-
ſthu.& in.l.turpia.nu.7.ff.de lega.pri.
Thomas Gramma.deciſio.307.ma-
gnificus.nu.10.quòd qui vocat aliũ
ſpurium,etiam ſi ſit ſpurius,tenetur
actione iniuriarum.
18 ¶Quam plurimos tamen illegiti-
mos,ſeu naturales tãtùm,multis ma-
gniſque animi virtutibus,diuinarum
ac humanarum literis,fortitudine,
conſilio,ac prudentia pollere legi-
mus,legitimoſque natos antecede-
re.ca.Oſius Papa.56.diſt.qui tex.plu-
res ſummos Pontifices,qui illegitimi
fuerunt,refert.Et Gratianus copilla-
tor Decreti,& eius fratres Petrus Lõ-
bardus,qui Magiſter ſententiarum
vulgo nuncupatur,fuerunt illegiti-
mi.Et Ioã.Andre.fuit ſpurius,vt ipſe
refert in additio.ad Spe.titu.de filijs
presby.in rub.Abb.in cap.inter cæte
ras.primo nota.de reſcrip.Et Home-
rus,Demoſthenes,Bar.Iaſ.& Eraſmꝰ
Roterodamus.De Bar.Ipſemet affir
mat in.l.quidam cùm filium.nu.8.de
verbo.obli.alios refert Bonus Decur.
de nobili.3.parte.nu.67.Et Nicol.Du
bal.de ſucceſ.abinteſt.in.1.parte.in
4.ſpecie filiorum.Et Tiraque.de no-
bili.c.15.num.30.cum ſequen.& ple-
niſſimè Gabriel Pale.de filijs nothis.
c.fi.Et Iepte filius Galaad natus ex a-
dultera matre,qui fuit vir fortiſſimꝰ
atque pugnator magnus,vt legitur
in lib.Iudicum.c.11.& vir ille fortiſsi
mus



mus Goliath fuit ſpurius,vt in lib.1.
Regum.c.17.habetur,& refert Bald.
in.c.ſuper eo,de electio.His ergo o-
miſsis.ex ſuperioribus liquidè con-
ſtat,præſertim ex.d.l.3.tit.15.part.4.
& ex.l.2.tit.13.par.4.filios tantùm na
turales paternis honoribus,& immu
nitatibus minimè frui.Contrariũ ve-
rò expreſsè probat.l.1.tit.11.par.7.vi
delicet filium eſſe nobilem ſeu patri-
tium,ſeu vulgari nomine filium Dal-
go,natum ex concubina,dummodo
eius pater eſſet nobilis.Ad idem.l.fi.
in fine.titu.22.lib.4.Fori.l.12.Tauri.
in fine.diſponens nullam eſſe diffe-
rentiam,neque diſcrimen quo ad ho
nores conſequendos,& immunita-
21 tes habendas inter filios illegitimos,
& legimè natos.Ecce repugnãtiam,
& expreſſam duarum legum parti-
tarum contradictionem,quę ſanè ex
diametro diſtant.Sit igitur prima ad
d.ll.ſolutio & concordia,quòd.d.l.3.
titu.15.par.4.&.l.2.titu.13.eadẽ par.
procedãt de iure,&.d.l.1.tit.11.part.
7.procedant de conſuetudine,ita af-
22 firmat Guido Papæ quod fuit iudica-
tum,deciſione.580.an baſtardus,&
quòd de conſuetudine generali ba-
ſtardi retineant nobilitatem gene-
ris,& nomen,& arma ſuorum paren-
tum,& quòd alijs priuilegijs & præro
gatiuis gaudeant,& ſecus de iure.te-
nuit Barto.de inſignis & armis.num.
11.Decius conſi.85.& diligenter in
fine.Otalora de nobilitate.2.parte
tertię partis principalis.cap.3.nume.
3.Melius Tiraque.de nobilitate.ca.
15.num.30.Gabriel Paleo.de filijs no
this.cap.60.nume.6.dicens,quòd de
iure ſpurij gentilitia inſignia & arma
23 ferre non poſſunt.Secus de conſue-
tudine,vt in Germania,& in Gallia,
& in alijs Prouincijs,in quibus linea
tranſuerſa in ſcuto,& inſignibus po-
nitur,quod eſt ſignum iniuſtorũ na-
talium.Secunda ſolutio colligitur ex
dict.l.3.tit.15.part.4.quòd quãdo no
bilitas & immunitas ratione priuile-
gij ad patrem pertinebat,quòd tale
priuilegium,vel immunitas ad filios
naturales non extendatur.& dic.l.1.
titu.11.par.7.procedat quoties nobi
litas prouenit ex genere & ratione
ſanguinis,quo caſu nobilitate & im-
munitate gaudeant naturales.l.ius
agnationis.ff.de pactis.l.iura ſangui
nis.ff.de regu.iu.Quæ ſolutio ſatis
colligitur ex traditis à Bald.in.l.gene
raliter.§.cùm autem.nume.5.C.de
inſtitu.& ſubſti.ſub condi.fac.Ter-
tia & veriſsima erit ſolutio ad.d.ll.re-
gias.quòd.d.l.3.loquatur & proce-
dat in filijs ſpurijs & adulterinis,ſeu
nefarijs,ſeu inceſtuoſis.& dict.l.1.ti-
tu.11.part.7.in filijs naturalibus tan-
tùm ex concubina genitis,quod ſatis
ex verbis dict.l.1.conſtat.ibi.amiga
que tenga conoſcidamẽte por ſuya.
Inter quos naturales & legitimos,pa
rum intereſt:quod aliter eſt in filijs
ex damnato & punibili coitu,qui om
24 ni prorſus beneficio carẽt,vt inquit.
d.Authen.licet.C.de natu.lib.ita te-
net Pala.Rub.in dict.§.10.nume.7.&
Gregorius Lopez.in.l.1.in verbo.ami
ga.titu.2.part.7.& Otalora de nobi-
litate.2.par.3.par.prin.cap.3.num.3.
Ioan.ab Orozco in.l.cùm legitimæ.
nume.20.ff.de ſtatu hominum.Dida
cus Perez.in.l.1.in fine.titu.1.lib.4.
ordina.Et propter repugnantiam di
ctarum legum partitarum condita
fuit.l.12.Tauri.diſponens,quòd quã-
tum ad honores & dignitates pater-
nas nulla ſit differentia inter filios il-
legitimos,& filios ex legitimo matri
monio natos.Sed adhuc facta illa le-
ge,dubium erat,vtrum filij nefarij,
25 ſeu adulterini,vel inceſtuoſi nobili-
tate,priuilegijſque paternis gaude-
rent.Ob id facta fuit Pinciæ quędam

pragmatica. Anno. 1542. quæ habe-
tur in ordinamēto nouo.in.l. 2.tit. 2.
libro.4.illius ordi. quod omnes filij il-
legitimi ſint nobiles & immunes: ſi-
cut eorum patres, priuilegijs, pater-
niſque prærogatiuis omnino vtātur,
ac fruantur,niſi ex damnato & puni-
bili coitu ſint geniti,etiā ſi ſint princi
pis priuilegio legitimati. Ex qua ſan-
ctione Pinciana, iuncta lege.9.Tau-
ri.facilè ſequitur,filios ex conſangui-
nea, vel affini genitos nobilitate,pa-
terniſque priuilegijs non gaudere,
cùm pœna inceſtus, ſit pœna adulte-
rij.l. ſi adulterium cum inceſtu. in fi-
ne. &.§. nonnunquam. vbi glo. ff.de
adulte. l. inter liberas. §. 1. vbi glo. ff.
26 eodem titu.l.3.titu.18.par.7.& pœna
adulterij,eſt pœna mortis l.Gracch⁹.
C.de adulte.l.13.titu.17.par.7.l.2.tit.
15.lib. 8.ordi.l.1.tit.7.lib.4. Fori.l.81.
&.82. Tauri.neque hodie obſtat tex.
in Authen. vt nulli iudicum.§.ſi verò
quando. col. 9.& Authen. ſed hodie.
C. de adulte.l.15. titu.17.part.7.quæ
iura probant mulierem adulteram
pœna mortis non puniri, ſed verbe-
ratam in monaſterium recludi.Nam
d.iura hodie videntur eſſe correcta
per.l.1.titu.7,libro.4. Fori.quæ eſt ex
expreſsè approbata per. d.l. 81.Tau-
ri.atq; ita pœna adulterij, de iure Re-
gio, eſt pœna mortis, & per conſe-
quens iuxta tenorem dict.l.9. Tauri.
idem dicendum eſt de filijs inceſtuo
ſis & adulterinis. Deducitur etiam
ex.d.pragmatica ſanctione.filium ex
damnato & punibili coitu natū, prin
cipis reſcripto etiam legitimatū, pri-
uilegijs, honoribus, immunitatibus
paternis non gaudere, niſi in legiti-
matione id expreſsè dictum fuerit.
Notat Prępoſitus in cap.per venera-
bilem. §. quod autem.nume.112.qui
27 filij ſunt legiti. Legitimatio enim eſt
quædam iuris diſpenſatio,quæ regu-
lariter reſtringēda eſt.c.1.§.1.de filijs
presby. lib.6.cap.non poteſt. de præ-
ben. eo.lib.cap.quod dilectio.de con
ſan.& affini. ex quibus omnibus con
ſtat filios illegitimos, præter illos qui
ex damnato & punibili coitu ſunt ge
28 niti,dignitates,prærogatiuas,immu-
nitates,& priuilegia paterna habere.
& qui dicantur ex damnato & puni-
bili coitu optimè declaratur, in Au-
then. quibus modis natu.effi.ſui. §.fi-
na. col.7. glo.Bald.in. l.ſi qua illuſtris.
vbi latiſsimè Baptiſ.Caccialup.num.
75.cū ſequen. C.ad Orfi.glo.Ange.&
alij in.§. nouiſsimè.inſti.eo.tit.l. 11.ti
tu.13.par.7.&.d.l.9.Tauri.

*SVMMARIVM.*

1 *Arrogati filij qui dicantur, atque de eorum diffinitione.*
2 *Arrogatio qua ratione à iure fuit inuenta.*
3 *Arrogatio vnde originem habuit.*
4 *Arrogare, nihil aliud eſt quàm valde rogare.*
5 *Mulier aliquem arrogare non poterit.*
6 *Fœmina filios in poteſtate non habet.*
7 *Iuſta cauſa in arrogatione requiritur.*
8 *Filiorum procreatio humano generi immortalitatem tribuit.*
9 *Habenti. 12. filios à muneribus de iure conceditur immunitas.*
10 *An talis immunitas ſit realis, vel perſonalis.*
11 *Habens filios, non habenti in honoribus publicis præfertur.*
12 *Mulier ſterilis, maledicta & infamis in lege veteri cenſebatur.*
13 *In arrogatione, principis authoritas eſt neceſſaria.*
14 *Arrogatum ſui iuris eſſe oportet.*
15 *In arrogatione ſolennis fieri debet ſcriptura.*
16 *In arrogatione an conſenſus tacitus ſufficiat.*
17 *Adoptio eſt nomen generale, & in eo differt ab arrogatione, quod genus ab ſpecie.*
18 *13. notandæ differentiæ inter adoptionem & arrogationem.*

Cap.



# Cap. XVI.

1 POſt filios naturales
de legitimis filijs tā
tùm, id eſt, de ado-
ptiuis & arrogatis,
eorumq; ex teſta-
mento & abinte-
ſtato ſucceſſione, hoc in loco viden-
dum eſt. Filij arrogati dicuntur illi,
quos vir Sexagenarius principis au-
thoritate in filios ſolenniter recipit:
interueniente eorum expreſſo con-
ſenſu. Quam definitionem probat.l.
ſi Paterfamilias. §.fi.l. neq; ei permit-
titur.§.1.ff.de adoptio.l.2.l.arrogatio
nes.C.de adoptio.glo.in.§.1.inſti.eo.
tit.glo.in.c.vnico de cogna.lega.glo.
in ſumma. 3. quæſtio. 3. Azo in ſum-
ma de adoptio. Ange. & Plat.in.§.1.
in prin.inſti.de adoptio. Abb.& Præ-
poſitus.in rub.de cogna.lega.Ioā.Co
ra.in rub.ff.de adoptio.nume.2.l.7.ti
2 tu. 16.par.4. Et hæc filiorum ſpecies
hac ratione à iure fuit inuenta, ad ſo-
latium eorum, qui filios non habent,
nec habere poſſunt: vt facta arroga-
tione filiorum naturalium, triſtitiam
atque deſiderium amittant.l.nec ei.
§.1.ff.de adoptio.l.mulierem.C.eo.ti
tu.Et ex eo arrogati dicūtur, quia pa-
3 ter legalis tempore arrogationis in-
terrogabatur, an velit eum quem ar-
rogat ſibi iuſtum filium eſſe.vt in.§.
1.vbi glo. & Docto. inſti. de adoptio.
vel dicitur à rogatione, id eſt, ſuppli-
4 catione, quæ principi vel populo fie-
ri ſolebat, vt concederetur reſcriptū
ad faciendam prædictam arrogatio-
nē: nā arrogare nihil aliud eſt, quàm
valde rogare, vt Nebriſſenſis in Lexi-
co iuris ciuilis, verbo arrogare decla-
5 rat. Item dictum fuit in diffinitione,
quos vir ſexagenari⁹, quia mulier ali-
quē in filium arrogare non poterit.l.
mulierem. l. in adoptionem. in. 2. C.
de adoptio.l.nam & fœminæ. ff.eo.ti
tu.§.fœminæ.inſtit.eo.tit.l.2.titu.16.
par.4.l.4.titu.22.lib.4.Fori. Ratio eſt,
quia filius arrogatus, & eius liberi trā
ſeunt in arrogantis poteſtatem. l.2.l.
ſi Paterfami. ff. de adoptio.l.cùm in
adoptiuis.§.fi.C.eo.titu.§.illud.inſti.
6 eo. tit.l. 7.tit.16.par.4.Et cū fœminæ
filios in poteſtate nō habeant. l.nulla
fœmina.ff.de ſuis & legi.hære.l.illud.
§. ad teſtamenta.ff.contra tabu. §.fœ
minæ.inſti.de adoptio.l.7.tit. 17.par.
4.ideo aliquem arrogare fœminæ nō
poterunt. Dicitur in diffinitione Se-
xagenarius, quia minor ſexaginta an
norum regulariter arrogare non po-
teſt. l. ſi. Paterfamilias. §.fi. ff.de ado-
ptio. quam affirmat eſſe ſingu. Iaſ.in
repeti.ſi arrogator.num.3. ff.de ado-
ptio. niſi ſit coniuncta perſona arro-
7 gantis, vel infirmus ſit arrogator, vel
alia iuſta cauſa ſubſit, propter quam
in quacūque ætate etiam minori po-
terit quis arrogare.vt in.d.l.ſi Paterfa
milias.§. fi.magis enim Reipub.inter
eſt filios procreare, quàm liberos ar-
rogare. l.1.ff.ſolu.matri. l.hoc modo.
§.fi.ff.de condi.& demōſtra.ſola filio-
8 rum procreatio humano generi im-
mortalitatem tribuit, vt vtar verbis
Authenti. de nuptijs. in prin. col.4.l.
cùm ratio. §. penul. ff. de bo.damna.
Propter hoc commodum & vtilitatē
quæ ex filiorū procreatione ad Rem-
9 pub.prouenit, habenti.12.filios à mu
neribus realibus & patrimonialibus
datur immunitas, licet non ſit Decu-
rio. l.ſemper. §.1.vbi Barto.ff.de iure
immu.l.ſi quis Decurio. C. de Decu.
libro.10. & eſt communis ſententia
ſecundum Ange.& Plate.in prin. in-
ſti.de excuſa.tuto.& Ioan.de Ana.in
conſi. fi.per totū.reprobata glo.con-
trariū tenente in.l.1.C.de his qui.nu.
lib.excu.Meren. lib.10.in qua re die-
bus præteritis Pincię per conſiliarios

10 Regios fuit iudicatũ huiuſmodi im-
munitatem tantùm eſſe perſonalem
& ad filios non tranſmitti. vt voluit
glo. in dict. l. ſi quis Decurio, dicens,
quòd patre viuente, filij hac immuni
tate gaudent. Vnde etiam eſt, quòd
in honoribus in Repub. adipiſcendis
& ordine ſedendi, & ſcribendi prefer
11 tur is qui habet filios, non habenti. l.
in albo Decurionum. C. de Decu. lib.
10. Iaſ. in. l. 1. lectu. 1. nu. 13. ff. ſol. ma-
tri. Rauena. in Alphabeto Aureo. fol.
153. col. 4. & in. l. veteri, mulier ſteri-
12 lis maledicta dicebatur & infamis, vt
in Deutero. c. 7. c. recurrat. §. is itaq;.
22. quæſt. 4. vbi optima. glo. in verbo.
maledicta. Inſuper in diffinitione di-
citur, principis authoritate, quia prin
13 cipis reſcriptum, ſeu eius authoritas
in arrogatione eſt neceſſaria. l. 2. l. fi.
ff. de adoptio. l. 2. & 3. l. arrogatiões. l.
adoptatum. C. de adoptio. §. 1. inſti.
eo. tit. poterit ſimiliter fieri apud iu-
dicem competentem. l. 1. l. adoptio.
C. de adoptio. quod ſecus eſt in ado-
ptione, vt in. d. §. 1. inſti. eo. tit. & in. l.
4. tit. 16. par. 4. Item addendum eſt in
diffinitione, ſi ſui iuris eſſent. ad hoc
enim quod habeat locum arrogatio,
14 neceſſe eſt filium arrogatum ſui iu-
ris eſſe. l. 2. ff. de adoptio. l. cũ adopti-
uis. §. fi. C. eo. tit. §. 1. inſti. eo. tit. l. 1. &
7. titu. 16. par. 4. quod aliter eſt in filio
adoptato. Rurſus in diffinitione di-
ctũ fuit, ſolẽniter recipit, ex eo quòd
ſolennis ſtipulatio requiritur, videli-
cet quod arrogator interrogetur, an
vellet eum qui arrogãdus eſt in filiũ
& is qui arrogatur, an id fieri patiat̃. l.
2. ff. de adoptio. & de hac re ſolennis
15 fieri debet ſcriptura. l. nec ei permit-
titur. §. 1. ff. de adoptio. l. fi. C. eo. tit. l.
4. titu. 16. par. 4. Finaliter dicitur in
diffinitione, interueniente eorũ ex-
preſſo conſenſu, ex eo quòd in arro-
gatione conſenſus expreſſus arroga-
toris, & illius qui arrogatur, requiri-
tur. l. in adoptionibus, vbi gloſ. & Bar
to. ff. de adoptio. quod aliter eſt in a-
doptione, vt ibi deciditur. l. 2. titu. 16.
16 par. 4. in qua arrogatione tacitus etiã
conſenſus ſufficit. Arrogatio ab ado-
17 ptione eo differt, quòd genus ab ſpe-
cie, adoptionis nomen generale eſt,
& nõ arrogationis. l. 1. ff. de adoptio.
§. 1. inſti. eo. titu. nonnullæ in iure cõ-
ſtituuntur differentiæ inter arroga-
18 tionem, & adoptionem, quarum pri-
ma eſt proximè dicta.

¶Secunda differentia inter arrogationem, & adoptionem eſt, quòd adoptio fit de filiofamilias: arrogatio verò de eo qui ſui iuris eſt. l. 1. ff. de arroga. l. cum in adoptionis. C. eodem titu. vnde verſus quem refert. gloſ. in §. 1. inſtitu. de adoptio. & gloſ. in cap. vnico. de cognatione lega. arrogo qui ſuus eſt, ſed habet meus eſſe neceſſe: patris adopto ſuum, ſed patris permanet idem.

¶Tertia differentia, quòd tam arrogatus, quàm eius filij tranſeunt in poteſtatem arrogãtis, ſed adoptatus non mutat patriam poteſtatem, neque in adoptantis poteſtatem tranſit, niſi ab auo, vel alio aſcẽdente fuerit adoptatus. l. Si paterfamilias. l. arrogato patre. ff. de adoptio. l. cùm in adoptiuis. §. Si verò pater naturalis. C. eodem titu. §. illud. §. Sed hodie. §. in primis. inſtitu. eodem titu. §. Sed & ſi pater. inſtitu. Quibus modis ius pa. poteſ. ſol. l. 9. titu. 16. par. 4. & talis adoptatus à patre, vel aſcendentibus potiùs dicitur verus filius, quàm filius adoptiuus. l. filio quem pater. ff. de lib. & poſthu. Nam quando concurrunt cauſa naturalis, & accidentalis, præualet naturalis, & potentior eſt. l. qui habet. ff. de tute. l. profectitia. §. fina. ff. de iure dotiũ. ne imagine naturæ veritas obumbretur, vt inquit dict. l.



dict. l. filio quem pater.

¶Quarta differentia, in arrogatione requiritur principis reſcriptum, in adoptione verò cuiuſuis iudicis competentis licentia ſufficit. l. 2. ff. de adoptio. §. 1. inſti. eod. tit. l. 8. tit. 16. par. 4. l. 6. tit. 22. lib. 4. Fori.

¶Quinta differẽtia eſt quo ad modum ſuccedendi, vt inferius cap. proximo declarabitur.

¶Sexta differẽtia, quod in arrogatione expreſſus conſenſus tã arrogãtis, quàm arrogati requiritur. In adoptione verò ſufficit præſumptus. l. in adoptionibus. l. Si pater naturalis. ff. de adoptio. l. 1. tit. 16. part. 4.

¶Septima differẽtia, quòd infans, id eſt, minor ſeptem annorum in adoptionem, & non in arrogationem dari poteſt. l. etiam. vbi gloſ. & Doct. & in. l. in adoptionibus. ff. de adoptio. gloſ. 1. vbi docentes in. l. 2. ff. eod. titu. l. 4. tit. 16. par. 4.

¶Octaua differentia, quòd arrogatio ſine iuſta, & legitima cauſa non diſſoluitur, ſed adoptio ad libitum, & voluntatem adoptantis, diſſoluitur. §. cum autem impubes. inſti. de adoptio. Azo in ſumma. C. eo. tit. num. 6. expreſsè. l. 8. tit. 16. par. 4.

¶Nona differẽtia, quòd libert9 alienus arrogatur, ſed non adoptatur. l. fi. vbi gloſ. & Doct. ff. de adoptio. l. Si paterfamilias. §. fin. ff. eo. titu.

¶Decima differẽtia, quòd filio arrogato fit ſubſtitutio pupillaris, cùm ſit in poteſtate arrogantis, & non filio adoptato, qui eſt extra poteſtatẽ l. Si arrogator. ff. de adoptio. l. Sed ſi plures. §. in arrogato. ff. de vul. & pupi. ſubſti. l. 9. tit. 5. par. 6.

¶Vndecima differẽtia ſatis colligitur ex. l. in adoptionib9. ff. de adopt.

¶Duodecima differentia ſumitur ex. l. neque ei permittitur. §. 1. ff. de adoptio. iuncta. l. 4. tit. 16. par. 4.

¶Decimãtertiã differentiam ſcripſit Ioã. de Pla. in. §. tam autẽ, nu. 8. inſti. de inoffi. teſta. dicens, quòd arrogato competit querela contra teſtamentum arrogantis, & non filio adoptato: quæ ſanè differentiæ ſunt notandæ, quia ab aliquo ſcriptæ non reperiuntur.

*SVMMARIVM.*

1 *De teſtamentaria arrogatorum ſucceßione.*
2 *Arrogata boni arrogatori olim acquirebãtur*
3 *An arrogator hodie vſumfructum tantùm obtineat, & num. 4.*
5 *Pater non habet vſumfructum in bonis filij primæ tonſuræ.*
matim vera & neceſſaria referendo
procedã. Bar. Ioã de Imo. Areti. Alex.
& Iaſ. in. l. Gallus. §. quod ſi is qui. ff. de
lib. & poſthu. poſt. glo. ibi tenẽt nepo
tem legitimum, vel naturalẽ, vel ſpu-
rium ex filio ſpurio genitum poſſe ab
auo ſuo hæredẽ inſtitui, legitima pro
le deficiẽte. Idẽ Bar. Albe. Bal. & Sali.
in. l. fi. C. de natu. lib. Idem Bar in cõſ.
118. incip. Odocius habens filiũ. vbi
pro vtraq; parte plures ratiões & fun
damenta ſcripſit, & tandẽ in hac opi-
nione reſidet dicẽs, quòd ita fuit iudi
catum. Quã opinionẽ fatetur eſſe cõ
munem Iaſ. in. l. hæreditas, nu. 7. & 8.
C. de his quib⁹, vt indig. Bap. Caccia.
in. d. l. Si qua illuſtris, num. 82. Corne.
conſi. 25. in præſenti conſultatione.
nu. 10. volu. 1. Bal. conſi. 487. quæritur
vtrùm. vol. 4. Alex. conſi. 74. circa pri-
mum dubium volu. 3. & in conſi. 158
viſo teſtamento. nu. 3. vol. 7. Fede. de
ſe. conſi. 57. Decius nonſi. 462. viſa le-
gitimatione, nu. 20. Ioan. Durã. in ar-
te teſtan. tit. 1. cau. 14. nu. 12. Guiller.
Bene. in. ca. Rainuntius. verbo. vxorẽ
nomine Adelaſiam. deciſio. 5. nu. 131
Nicola. Boc. deciſio. 127. nu. 16. qui
omnes hanc dicũt eſſe communem
opinionem. & Xua. in. l. 1. nu. 16. tit. 6.
lib. 3. Fori. idem in. l. 9. nu. 5. tit. 11. lib.
1. Fori. ll. Caſtillo in. l. 9. Tauri. in par-
te ex teſtamento. col. 4. vbi Ciſuẽtes,
nu. 7. Segura in. l. cohæredi. §. cùm fi-
liæ. num. 77. ff. de vul. & pupi. ſubſ. Co
uarru. ſuper. 4. parte. 2. c. 8. §. 5. nu. 13.
pro qua communi concluſione eſt
tex. & ibi. glo. fin. in. l. fina. C. de natu.
lib. ibi. in nepotibus autem non eadẽ
23 obſeruatio, & ibi, quia vitium paren-
tum refrænandum eſſe exiſtimaue-
rũt, vbi probatur prohibitionem de
filio non extendi ad nepotẽ. glo. in. l.
Gallus. §. quòd ſi is qui. ff. de lib. & po-
ſthu. glo in parte de nepotibus. in Au
then. quibus modis natu. effi. ſui. §. Si
quis igitur. col. 7. gloſ. Authen. de re-
ſti. fideicõmi. §. nos igitur. col. 9. glo.
in. l. 9. tit. 5. lib. 3. Fori. facit. l. 1. §. fi. ff.
de bono. poſſe. contra tabu. ibi. veri⁹
eſt in vtroque caſu nepotem admit-
tendum. l. Si necem. §. deportatus. ff.
de bonis liber. vbi habens filium de-
portatum, eum hæredem inſtituere
non poterit l. denique. §. 1. ff. de pœ-
nis. l. 1. C. de hęre. inſti. l. 4. tit. 3. par. 6.
nepotem tamen ex prędicto filio de-
portato hæredem inſtituere optimè
poterit, vt in. d. l. 1. §. fi. & in. d. §. de-
portatus quibus accedat. l. cognoui-
mus, & Authen. de Neſtorianis. C. de
hære. & l. 4. tit. 3. par. 6. & l. 10. titu. 5.
lib. 3. Fori. & l. 16. titu. 6. eo. lib. 3. For.
vbi probať patri eſſe prohibitũ filiũ
ſuũ hæreticũ, vel Iudæũ hęredẽ inſti-
tuere, ſed nõ ſuũ nepotẽ orthodoxũ.
24 Itaque incapacitas patris eius filio, id
eſt, nepoti nõ nocet, ad idem Authẽ.
ex complexu. in princi. C. de inceſt.
nup. qui text. tantùm loquitur de fi-
lijs ex nefario aut dãnato coitu natis,





& nõ de nepotibus. Illa enim dictio,
ex, denotat cauſam proximam, & im
25 mediatam, & non remotam, & me-
diatam. l. 1. §. ex incendio. ff. de incẽ.
rui. nau. l. ex eo tempore. ff. de pecu. l.
1. §. nunc videamus. ff. de coniun. cũ
emanci. lib. eius. l. vnica. vbi Bald. C.
ſi ſer. exte. ſe emi. manda. Bal. in. l. nõ
dubium. nume. 23. C. de legi. vbi latè
Iaſ. nume. 24. Barto. in l. ex hoc iure.
ff. de iuſti. & iu. in. l. ex placito. C. de
re. permu. præſertim, quòd ſumus in
26 materia odioſa & pœnali, & ob id re-
ſtringenda, & non extendẽda ad ne-
potes. l. cùm quidam. ff. de lib. & po-
ſthu. l. cùm hi. §. qui tranſigit. ff. de
tranſa. l. legatis. ff. de adimen. lega. &
filiorùm appellatione in pœnalibus
27 & odioſis nepotes non comprendun
tur. l. quòd ſi nepotes. ff. de teſta. tu-
te. Barto. in. l. liberorum. ff. de verbo-
rum ſigni. Abb. in. c. ad extirpandas,
nume. 8 de filijs presbyterorum, quẽ
28 admodum prohibitio alienationis fa
cta filijs ad nepotes non extenditur,
& facta familiæ quartum gradum nõ
egreditur. Iaſ. in. l. filiusfamilias. §.
Diui. in. 2. ff. de lega. pri. hanc dixit
eſſe communem opinionem Cur.
Iunior. conſi. 111. & Decius cõſi. 371.
Præterea pro hac parte ſuffragatur ſe
quens ratio, quòd licèt bona profe-
ctitia acquiſita per filium in poteſta-
29 te patri ſuo quo ad proprietatem, &
vſumfructum adquirantur. l. cùm o-
portet. C. de bonis quæ lib. l. placet. ff.
de acqui. hære. §. 1. inſti. per quas per.
nobis adqui l. 5. tit. 17. par. 4. l. 7. tit. 4.
lib. 3. Fori. ea tamen quæ auus nepoti
ſuo reliquiſſet, dicuntur aduentitia,
& nõ profecticia. Ideo earum rerum
proprietas ad patrem non pertinet,
niſi ad nepotem, cui fuerunt relicta.
glo. ſingu. in verbo. faciet hæredem.
in. l. qui in aliena. §. interdum. ff. de ac
qui. hære. Vbi Bald. Ange. Alex. & Iaſ.
nu. 27. affirmant eſſe communiter re
ceptam. Idẽ Iaſ. in. d. l. Gallus. §. quod
ſi is. nu. 22. gloſ. ſimi. in verbo. ſeruo.
in. l. quæſitum. ff. de lega. pri. glo. in
verbo. Sed quidam putant in d. l. Gal
lus. §. quidam rectè. glo. in. l. auus. ff.
de iure do. Sed in caſu noſtro neque
proprietas, neq; vſusfructus filio ſpu-
rio acquiritur harum rerum, quæ ne
poti ab auo relinquuntur, vt modo
dictum eſt, & tenuit Barto. in dict. §.
quod ſi is. in fine. vbi Iaſ. nume. 18. &
Decius cõſi. 462. viſa legitimatione.
in fine. meritò prohibitio ad nepo-
tes non extenditur, vt communis te-
ſtatur opinio. Sed rectius ſemper eſſe
arbitror, vt omnis fraus, & ſuſpicio
ceſſet. Quòd expreſsè auus in inſtitu
tione de nepote prohibeat vſumfru-
ctum, ſeu proprietatem filio ſpurio
adquiri, præſertim quando nepos in
poteſtate filij ſpurij eſſet, vt innuit
Bart. in. d. conſi. 118. Odu. Quæ con-
cluſio intelligenda & amplianda in
30 nepote etiam ſpurio, vt tenuit Ioan.
de Imo. in. d. §. quòd ſi is qui. & Pau. &
Alexan. ibi per text. in. l. fi. C. de natu.
lib. contra Bald. in. d. l. Gallus. §. quidã
rectè. & contra Ange. in. l. fi. nume. 5.
C. de nat. lib. & hanc opinionem con
tra Bal. & Ange. videtur tenere Xuar.
in. l. 1. nu. 17. tit. 6. lib. 3. Fori. & Caſti.
in. l. 9. Tauri. in verbo. ex teſtamento.
& hanc arbitror eſſe veriorem opi-
nionem, propter. d. l. fi. qui videtur ca
ſus expreſſus pro ea. Et quia omnia
fundamenta, iura, & rationes ſupe-
rius pro nepote naturali, vel legiti-
mo relatę ſimili modo vrgent pro ne
31 pote ſpurio. Sed id limitandum & in-
telligendũ eſt, niſi talis nepos, ſiue le
gitimus, ſiue naturalis ſit ex filio ince
ſtuo ſo nat⁹, quo caſu nullo modo ab
auo hæres inſtitui poteſt, tenuit ſin-
gulariter Bal. in. l. ſi quis inceſtu. nu.
2. per tex. ibi. C. de inceſ. nup. & in. ca.

in præſentia.nu.35.de proba. dicens,
quòd ad id eſt caſus vnicus in iure.in
d.l.ſi quis inceſti. Quod dictum Bald.
ſequitur, ibi Barba.& in additionibꝰ
ad Bald.in.d.l.fin.& Sali.in.d.l.ſi quis
inceſti. & Alexã.in.d.§.quod ſi is qui.
Guiller. Bene. in.c.Rainũtius. verbo.
vxorem nomine Adelaſiam. deciſio.
5.nu.131.Marti.Laudẽ. de legitima.
nu.73.Corne.conſi.25.in præſenti cõ
ſultatione.nu.15.vol.1.Plate.in prin.
inſti. ad Orfi. Anto.Corſe.ſingu.ver-
bo hæres licet nepos. Hippo. ſingu.
143.filio baſtardo. Xua.in.l.1.tit.6.li-
bro.3.Fori.nu.18.Caſti.in.d.l.9.Tau-
ri.in parte.ex teſtamento.col.4.& ibi
Cifuentes.nu.7.Couarru.ſuper.4.par
te.2.ca.8.§.5.nu.13.dicens, hanc eſſe
communem opinionem & Dueñas
in regu.366.filius ſpurius limitatio-
ne.2. aduerſus quam opinionem te-
nuit Pau.Caſtren.in.d.§.quòd ſi is.vbi
Iaſ.nu.25.quæ opinio iuuatur ex eo,
quòd.d.l.ſi quis inceſti.in qua princi-
32 paliter Bal. & communis opinio fun-
datur,id ſi rectè inſpiciatur, non pro-
bat:nam ob id in illa lege contrahẽs
inceſtuoſas nuptias,neque vxorẽ, ne
que aliquem hæredem extraneũ in-
ſtituere poteſt: præter perſonas in.d.
l.contẽtas, quia bona illius inceſtuo-
ſas nuptias contrahentis, ad fiſcũ per
tinent. Authen.inceſtuoſas nuptias.
C.de inceſ.nup.Authẽ.de inceſ.nup.
§.1.col.2.l.2.&.3.tit.18.par.7.l.5.titu.
15.lib.8.ordi.Sed ſi aliqua bona eſſẽt
quæ ad fiſcum non pertinerẽt, vt pu-
ta. quia nuptiæ inceſtuoſæ ignoran-
ter fuiſſent contractæ, vel poſt con-
demnationem & reſtitutionem bo-
na aliqua adquiſita fuiſſent. In illa.l.
non negatur hæredem extraneum.
& per conſequens, nepotem ex filio
inceſtuoſo tãquam extraneum poſſe
in illis bonis inſtitui. Præterea con-
tra communem vrget text.in.d.l.fin.
C.de natu.libe.ibi.quia vitium pater

num refrænandum eſſe exiſtimaue-
runt: ſed auus reſpectu ſui nepotis,
nullum vitium in eius generatione
contraxit, ideò in nepote filij ince-
ſtuoſi ratio in. d.l.fi. poſita ceſſat. Itẽ
omnia fundamenta ſuperius de inſti
tutione nepotis filij vulgò quęſiti, vel
adulterini, ſimili modo militant pro
33 nepote ex filio inceſtuoſo genito. Ijs
verò non obſtantibus, communis o-
pinio ſequenda eſt, ex qua facile de-
ducitur nepotem ex filio, ex conſan-
guinea vel affini, intra quartum gra-
dum genitum ab auo, hæredem inſti
tui nõ poſſe, prole etiam legitima de-
ficiente, cùm talis filius ſit inceſtuo-
ſus.l.ſi adulteriũ cum inceſtu.in prin.
ff.de adulte.§.ergò.inſt.de nup.c.lex
illa.§.inceſtus.36.quæſtio.1.gloſ.in
rub.C.de inceſt.nup.l.1.&.2.titu.18.
par.7.l.5.titu.15.lib.8.ordi.Ex quo ſi-
mili modo infertur,quòd ſi aliquis fi-
liũ, & ex eo nepotem ex vxore vel cõ
cubina habuiſſet, cuius conſangui-
neã prius carnaliter cognouit, quòd
filius eſſet inceſtuoſus, tanquam ex
affini natus. cap. diſcretionem. c.pe-
nul.cap.fina.de eo qui cognouit con
ſanguineam vxoris ſuæ.l.5.tit.6.par.
4. Et talis nepos, iuxta communem
opinionem ſuperius poſitam, ſucceſ-
34 ſionis ex teſtamento & abinteſtato
erit incapax.Idemque dicendum eſt
ſi ſubeſt impedimentum publicæ ho
neſtatis iuſtitiæ,cùm talis coitus à iu-
re cenſeatur inceſtuoſus. cap. refe-
rente qui filij ſint legitimi.ca.lex illa.
§.inceſtus.36.quæſtio. 1. quod du-
bium eſſe iudico, ex eo quòd impro-
priè talis coitus dicitur inceſtuo-
ſus, & ſumus in materia pœnali, quæ
videtur non extendenda ad impe-
dimentum publicæ honeſtatis iu-
ſtitiæ, iuxta gloſ.ſingula.in clemen.
vnica de conſanguinita.& affin. Obi
ter etiã infertur, quòd clericus in ſa-
35 cris nepotẽ ex filio ſpurio inſtituere
non



non poterit.cùm filius clerici in ſacris
natus ex inceſtu dicatur .glo.in verb.
filij.in.l.2.C.de epiſ.& cle. quam ibi
Bar.Pau.& Ang.ſequũtur.Sed ibi Sa-
lice.inquit, quòd gl.illa communiter
reprobatur. & Corſe. in ſing. incip.
fornicatio.in fine.Feli.in.c.cùm dile-
ctus.nu.6.de accuſa.Ideo cùm non ſit
filius ſacerdotis inceſtuoſus, ſed po-
tius ſpurius,vt voluit gl.in.l.vulgo. cõ
cepti.ff.de ſtat.homi.in.l.fi.nu.2.ff.de
his quibus vt indig. vel adulterinus fi
lius,vt inquit glo.in.c. per venerabi-
lem.§.quod autem.vbi Abb.n.32.qui
filij ſint legi.Ideo opinio Bal. & cõmu
nis,quæ loquitur de nepote ex filio in
ceſtuoſo,in nepote filij ſacerdotis lo-
cum non habet,vt affirmat Couarru.
in.4.2.parte.c.8.§.nume.14.Xuar.in
l.9.col.2.verſi.ſubdit elegantiùs.titu.
11.lib.4.fori. vbi allegat Ange.in.l.&
qui vxores.ff.de adoptio. Vbi Ange.
dat remedium.& cautelam vt ſacer-
dos nepotem ex filio inſtituere poſ-
ſit, videlicet vt nepotem adoptet, &
36 facta adoptione eũ inſtituat. Sed hac
cautela & remedio ſecundum Xuar.
vbi ſupra,opus non eſt,cùm poſſit ne
pos filij clerici ab auo ſuo abſque ali-
qua cautela inſtitui. Hanc dixit eſſe
communem Cifuentes,in.l.9. Tauri.
nu.7. & ibi Anto.Go.nu.17. Et prius
hoc tenuit Corſe.in dict.ſingu.incip·
fornicatio. & Couarru.in.4.parte.2.
c.8.§.5.num.11. & Didacus Perez,in.
l.22.tit.3.lib.1.ordi. & Dueñas in reg.
346.incip.filius ſpurius. fallen.2.in fi-
37 ne In quo loco tenuit, quod dato ꝙ
clericus non poſſit filium ſuum inſti-
tuere, poſſit tamen vxorem filij ſui
ſpurij inſtituere, quia vxor cenſetur
extranea, & extranei non prohiben-
tur à iure inſtitui: & quòd lex eſt pœ-
nalis,& non extendenda vltra caſum
& perſonas in lege pœnali expreſſas.
cap.ſtatutum.de elec.lib.6.glo.in ver

bo. obſeruare. in cle. vnica de vſuris.
Sed arbitror quòd gloſſator ordi in
38 hoc deceptus fuit. Et Dueñas vbi ſu-
pra. Nam quemadmodum clericus
non poteſt donare, vel inſtituere fi-
lium ſpurium, eodem modo, eadem
que ratione nec nurum, id eſt, vxorẽ
ſui filij ſpurij. Tenuerunt expreſsè
Hoſti.& Ioa. Andr.in cap.1.de teſta.
quos ſequitur ibi Cardinalis. num.3.
tum quia talis inſtitutio, vel donatio
cenſetur frauduleta, tum etiam quia
ex tali inſtitutione adquiritur com-
39 modũ ipſi filio ſpurio, & opinio gloſ-
ſæ in dict.l.2.C.de epiſcop.& cler.po-
terit ſuſtineri, quando ſacerdos ex
filia ſpirituali filium habuiſſet.c.om-
nes.c.ſi quis ſacerdos.30.quæſt.1.An-
to. Corſ.in dict. ſingu. incip.fornica-
tio.in fine.
40 ¶Nono ampliat, quod filij ſpurij
& illegitimi,nõ ſunt de parentela, ne
que de familia,neque de cognatione
parentũ, ideo non dicuntur conſan-
guinei.l.ſi ſpurius.l.hac parte.C.vnde
cogna.l.tutelas.Vbi Bar.ff.de capi.di-
mi.& in.l.pronunciatio.§.familiæ.de
verb.ſign.Bal.in.l.humanitatis.n.44.
C.de impu.& alijs ſubſti.Alex.in.l.ex
facto.§.ſi quis rogatus.n.56.ff.ad Tre-
be.Ant.de.Bu.in.c.per venerabilem.
qui filij ſint legi. Feli. in. c. præſentia.
n.22.de proba.Ideo in diſpoſitione fa
41 cta de parẽtela,vel de conſanguineis,
nõ veniũt filij illegitimi,vt tenẽt Do-
cto.modò citati, & Rochꝰ de Cur. de
iure patronatus.in verbo.ipſe,vel is à
quo cauſam habuit.n.13. & gloſſator
ordi.in.l.1.verſi.2. cõcluſio, tit.1.li.1.
ordi.Quòd verũ eſſe intelligo quòad
ſucceſſiones, & tutelas, & alia huiuſ-
modi:ſecus quòad ius ſanguinis,&cõ
42 ſanguinitatem. Tales enim filij ſpurij
& illegitimi dicuntur coniuncti & cõ
ſanguinei.l.iura ſanguinis. ff. de reg.
iuris.l.non facilè.§.affines. vbi gloſ.ff.

 de

de gradibus. & in. §. ſed maxima. vbi glo. inſt. de capitis dimi. & ita intelligenda eſt. d. l. ſi ſpurius.

43 ¶ Decimò ampliatur, dictos filios ſpurios nullum ius ſuccedendi abinteſtato in bonis conſanguineorum, vel coniunctorum ex parte patris habere. l. fi. C. de natu. lib. Authen. quibus modis natu. effi. ſui. §. filium verò. col. 7. §. vulgo quæſitos. inſtitu. de ſucceſsio. cogna. l. fi. tit. 13. par. 6. Si ve-
14 rò ſunt cognati, vel conſanguinei ex parte matris, eis filij ſpurij ſuccedunt vt inferius ſuo loco examinabimus. & optimè declarat Caccia. in. l. ſi qua illuſtris. nu. 79. C. ad Orfi. & Iacobus de Villalpando in. l. 22. titu. 1. par. 7. par. 2. §. 24. num. 9. ſed inuicem inter ſe ſpurij rectè ſuccedunt. l. ſi ſpuriꝰ. l.
45 hac parte. ff. vnde cogna. l. ſi is qui ex bonis. vbi. Bar. ff. de vul. & pupi. §. penul. de ſuc. cogna l. fi. titu. 13. part. 6. Quod intelligendum eſt quando ex eadē matre filij ſpurij ſunt nati: videlicet quòd ſint vterini fratres: ſecùs ſi ex diuerſis matribus & eodem patre ſint nati. d. l. hac parte. vbi glo. in verbo. naſcitur. quod optimè declarat Dinus, de ſucceſsionibus abinteſtato. nu. 21. Alexan. conſi. 174. ſuper eo vol. 5. Cacci. in. d. l. ſi quā illuſtris. nu. 66. Sed ex teſtamento non eſt prohi-
46 bitum agnatis vel conſanguineis, filijs ſpurijs bona ſua relinquere. glo. eſt ſingu. in verbo. participium. in Authen. quibus modis natu. effi. ſui. §. fi. colla. 7. dicens, quòd licet à patre filio ſpurio aliquid nō poſsit relinqui, à
47 quocunq; tamē extraneo hoc nō eſt prohibitū: ſed reſpectu agnatorū, ſeu conſanguineorum patris, quo ad ſucceſsiones, vt dictū eſt, ſpurius eſt omnino extraneus. l. ſi ſpuriꝰ. ff. vnde cogna. §. pen. inſti. de ſucce. cogna. Ideo meritò glo. ſupra allegata diſponit ſpuriū à conſanguineis poſſe inſtitui. Quā glo. affirmat eſſe ſingularē: Bar. in. l. d. ſi is q ex bonis. vbi Iaſ. nu. 3. Idē Bar. in. l. quòd conditionis. num. 2. de cond. cau. mortis. & in. l. 1. in prin. de iure fiſci. & in. l. fi. nu. 9. ff. de his quibus, vt indig. & Bal. in. l. eā quā. nu. 54. C. de fidei commi. & in. c. naturales. ſi de feudo. fuerit cōtro. inter domi. & agna. Alex. cōſi. 51. viſo themate. nu. 3. vol. 2. Frāc. Mar. deciſio. 258. incip. quæritur. parte. 1. Abb. in. c. cùm haberet. in fin. de eo qui dux. in ma. quā pol. per adul. Sylueſter in ſua ſumma. verbo. filij. quæſtio. 4.

48 ¶ Vndecimo ampliatur, quòd neque ratione ſubſtitutionis vulgaris ſpurius ſuccedit patri. glo in verbo. participium. in Authen. quibus modis natu. effi. ſui. §. fin. col. 7. Itaque pater non poterit hæredi ab eo inſtituto filium ſpuriū vulgariter ſubſtituere. l. ſi is qui ex bonis. &. l. Luciꝰ. ff. de vul. & pupi. ſubſti. Et ibi Bar. Idē in. l. fi. nu. 3. &. 9. ff. de his quibus, vt indig. Bal. in. l. eam quā. nu. 52. C. de fideicō mi. Segura in. l. cohæredi. §. cùm filiæ. num. 115. ff. de vul. & pupi. ſubſti. Couarru. in. 4. par. 2. ca. 8. §. 5. nu. 4. Ratio eſt, quia per ſubſtitutionē vulgarem
49 ſucceditur teſtatori. l fi. C. de inſti. & ſub. ſub conditione. fac. & in prin. inſti. de pup. ſub. Bart. in. l. 1. nu. 38. & in d. l. ſi is qui ex bonis. ff. de vul. & pupi. Ob id meritò prohibetur filius ſpuriꝰ patri ſuo ſuccedere ratione ſubſtitutionis vulgaris: quod aliter eſt in ſubſtitutiōe pupillari, in qua ſpurius à pa-
50 tre poteſt ſubſtitui: veluti ſi teſtator dixerit: Inſtituo filium meum legitimum, etſi in ætate pupillari deceſſerit ſubſtituo ei filiū meum ſpurium. tex. eſt ſingu. in. d. l. ſi is qui ex bonis. vbi Barto. Bal. Ang. & alij. Idem Ang. in. l. 2. C. de heredi. inſt. Bald. in. l. eam quam. nu. 53. C. de fideicommi. & in. c. ſolicitudinē. in fi. de appella. Bar. in

l. quod



l. quod. cōditionis. num. 3. de condi. cauſa mor. Guilier. Bene. in. c. Rainūtius. verbo. ſi abſque liberis. in. 2. nu. 74. de teſtamentis. Gabri. Palęo. de filijs nothis. c. 37. vbi refert bonum intellectum ad dict. l. Lucius. & Couarru. in. d. §. 5. nu. 4. Et eſt gl. in. d. Auth. quibus modis natu. effi. ſui. §. fi. Ratio diuerſitatis inter prædictas ſubſtitu-
51 tiones eſt, quia pupillo, & nonteſtato ri per ſubſtitutionem pupillarem ſucceditur. l. ſed & ſi plures. ff. de vul. & pupi. ſubſti. & in prin. inſti. de pupi. ſubſti. c. ſi pater. de teſta. lib. 6. Bar. in. l. 2. nu. 29. vbi recentiores. ff. de vul. & pupi. ſubſti. quod ſecus eſt in vulgari ſubſtitutione, vt ſuperius dictum eſt.

52 ¶ Duodecimo, quòd etiam filius ſpurius eſt incapax ſuſtitutionis fideicommiſſariæ, videlicet, ſi inſtituatur per fideicommiſſum, vt alteri reſtituat hæreditatem, quia non ſolū quòad ſe, ſed etiam quòad alium eſt omnino incapax. gl. magna. in. l. eam quam. Vbi Bal. & alij. C. de fideicommi. glo. in. l. cogi. §. hi qui ſolidum. ff. ad Trebe. hanc dixit eſſe communē opinionem. Xuarez in allega. 27. numer. 22.

53 ¶ Decimotertio ampliatur, quod neque per aliū, neque per interpoſitā perſonam filio ſpurio aliquid à patre relinqui poſsit. l. 1. §. ſiue itaque. C. de natu. li. l. ſi quis inceſti. in prin. C. de inceſ. nup. l. neque per ſe. C. de hære. inſti. l. vnica. in fine. de contractibus iudicū. l. penul. C. de ijs quę vi me. ve cau. fi. l. pupillus. §. itē ipſe teſtator. ibi ſed ſi per interpoſitam perſonam. ff. de autho. tuto. & curato. Ratio eſt, quia ſi directo hoc cōſequi nō poteſt
54 filius ſpurius, neque per obliquum, id eſt, per aliū. l. ſi tibi & mihi. §. regula. ff. de lega. 1. l. quæ ſub conditione. §. ſi quis ſub iuriſiurandi. ff. de condi. inſti. l. quæritur. ff. de bonis liber. l. fi. C. ſi manu. ita ven. ne proſti. l. Ariſto. in fine. quæ res pignori obli. po. regu. cū quid de regu. iu. li. 6. illud enim quod quis non poteſt per ſe, neque poterit per alium. l. ſi ſpōſus. ff. de dona. inter
55 vi. & vxo. l. ſi minor. vbi. Iaſ. plenè in prin. ff. de verb. obli. l. nō minus. ff. de hære. inſti. ex quo ſingulariter affirmat Ioa. de Plat. in. l. vnica. in fine. C. de his qui ſe deferunt. lib. 10. allegando Bar. & alios, quòd ſi pater filij ſpurij donauit bona ſua alicui extraneo, qui extraneus poſt mortem patris de proximo bona vendidit, vel donauit filio ſpurio, propter illam fraudē præ-
56 ſumptam, eſt locus delationi in fiſcū. Sed ſi omni fraude & dolo ceſſante hæres ſcriptus à teſtatore dat hæreditatem ſpurio, nulla vt dictum eſt, habita fide de reſtitutione, hoc caſu optimè adquirit ſpurio hæreditas: quia eā nō capit à teſtatore, ſed ab eius hærede, & ſic ab extraneo. glo. in Auth. quibus modis natu. effi. ſui. §. fi. col. 7. l. ſi is qui. ff. de vul. & pupi. Frāc. Mar. deciſione. 238. quærit an hæres ſcriptus. in. 1. parte. & in deciſione. 841. quæritur circa leg. nu. 6.

57 ¶ Decimoquarto ampliatur, quòd neque ſpurio cauſa implendæ conditionis aliquid relinqui poteſt: velut ſi centum ei relinquatur ea lege & conditione, vt ſepulchrū cōſtruat, vel ſub alia conditione. gloſ. ſingu. in verbo. non poteſt in. l. quòd conditionis. & ibi Bar. ff. de dona. cau. mor. Idē Bar. in l. ſi is qui ex bonis. 1. oppoſitione. ff. de vul. & pup. ſubſti. Bal. in. l. eam quam. nu. 55. C. de fideicōmi. & in. c. 1. §. naturales. ſi de feudo fue. contro. inter domi. & agna. Iaſ. in. l. pro hærede. §. Papinianus. n. 3. ff. de acqui. hære. Ratio eſt ſecundum glo. modò citatam, ne fraus legi fiat. l. contra legem. ff. de legi. l. non dubium. C. eodē. titul. l. ſi quis id quod. ff. de iu. om. iudi. Id eſt,

ne hac

ne hac occaſione, vel prætextu filij
ſpurij à parentibus inſtituantur, &
prohibitioni legis fraus fiat.
58 ¶ Decimoquinto ampliatur, etiã
ſi filius ſpurius à patre adoptetur, ni-
hilominus patri ſuo eſt inſucceſsibi-
lis, & talis adoptio eſt nullius momen
ti.l.legem.C.de natu.li.Auth. quibus
modis natu.effi.legi.§. & vos latuit.
coll.6.quę iura ad hoc refert Lud.Ro.
ſing.621. incip. an naturalis. Franc.
Mar.deciſione.883.quæritur.num.4.
parte.1.Gabriel Palæo.de filijs nothis
cap.43.nu.7.
59 ¶ Decimoſexto ampliatur, quòd
neque tit.donationis, vel venditionis
filius ſpurius ex cõtractu oneroſo, ſeu
lucratiuo, per ſe, vel per aliũ bona pa-
terna poterit obtinere.l.1.C. de na-
tu.li.ibi, quicquid talibus li.pater do-
nauerit.& ibi, vel emptione collatũ.
l.ſi quis inceſt.in prin.C.de inceſ.nu-
pt.l.10.tit.13.par.6.l.fi.tit.3.li.5.ordi.
Bar.in.l.ſi is qui ex bonis.in fine. ff. de
vul.& pupi.ſubſti.Idem in.l. qui teſta
mẽtũ.ff.de proba Bal.in.l.iubemus.§.
in ſupradictis nu.4. C. ad Trebe. Ga-
briel Palæo.de filijs nothis.c.42.Alex.
conſi.18.conſideratis ijs.in prin. vol.
3.Decius conſi.311.in caſu propoſi-
to.vbi poſt longã diſputationẽ cõclu
dit confeſsionem patris, iuramento
etiã firmatã, filio ſpurio nõ prodeſſe,
60 in qua pater iureiurãdo fatetur ſe de-
bere ratione mutui, vel conditionis
centum. ſingu.l. cùm quis decedens.
§.titia.Vbi Bar.ff.de lega.3.reprobata
glo.contrarium tenente, in.d.l.qui te
61 ſtamentum.quæ glo.magis commu-
niter reprobať, vt affirmat Alex.vbi
ſupra.& Ioa. Galden.in arte teſtandi.
tit.1.cauſ.14.nu.3.Iacob.in.d.l.qui te
ſtamentum.nu.8.Guilier.Bene.in.c.
Rainuntius.in verbo.vxorem, nomi-
ne Adelaſiam.deciſione.5.nu.109.&
Thomas.Ferra.cau.41.incip.Docto.
conantur.Caſti.in.l.9.Tauri.in ver-
bo.la quinta parte.& Dueñas regula.
366.incip.filius ſpurius ampliatione.
11.ſed in caſu in quo Alex.in.d.conſi.
18.loquitur prædicta glo. aliquo mo-
62 do poteſt ſuſtineri: ſi non ſunt conie-
cturę aduerſus venditionem, vel do-
nationem paternam, quas coniectu-
ras refert Iaſ.in.d.l.ſi is qui ex bonis&
poterit ſimiliter dict.glo.ſuſtineri in
caſibus quos refert Thomas Ferra.in.
d.caute.41.& Caſti.vbi ſupra: videli-
cet ꝙ filius bona illa aliunde habuiſ-
ſet, vt ceſſet aduerſus eũ omnis pror-
ſus ſiniſtra ſuſpicio.De qua re optimè
Ioa. de Plate.in.§.Item ſi quis nu.23.
inſti.de inuti.ſtipula.Iaſ.in.l.ſi arroga
tor.nume.24.ff. de adoptio.& in.l.1.
nu.5.ff.de eo per quem.fac.erit.& in
Authen.vnde ſi parens.nu.4.C.de in
offi.teſta. Segura in.l. cohæredi.§.cũ
63 filiæ.num.127.ff.de vul.& pupi.ſubſti.
Ratio prædictorũ eſt, quia licet fraus
vel dolus in iure regulariter non præ
ſumatur.l.quoties.§.qui dolo.ff.de
proba.l.merito.ff.pro ſoci.l.elegan-
ter.§.qui reprobos.ff.de pig.acti.cap.
fin.vbi gl.& Doct.de renunciatione.
lib.6.potiùs enim error vel ignoran-
tia eſt præſumenda, quam fraus vel
dolus.l.penu. C.de his qui ſibi aſcri.
64 inteſ.Hip.in.rub.ff.de falſis.nume.7,
Tamen inter perſonas, inter quas à
iure eſt prohibita donatio vel hære-
dis inſtitutio, confeſſio mutui vel ven
65 ditionis eſt ſuſpecta đ fraude, & fraus
in ea prę̃ſumitur.l.cum quis decedẽs.
§.titia.ff.de lega.3.l.ſi forte.vbi.Bar.
ff.de Caſt.pecu.l.nõ ſolum.vbi Bar.ff.
de rip.nup.idẽ Bar.per tex.ibi.in.l.qui
teſtamẽtũ.ff.de prob.Iaſ.in.l.ſi dona-
tione.nu.4.C.de coll.Alex.in.d.con-
ſil.18.vol.3.Hip.ſing.610.incip.non
ſtatur aſſertioni patris.ideo inquit
Bartol.in dict.l. qui teſtamentum in
66 ſecundo nota. Quòd quando bona
patris



patris penes filium ſpurium reperiun
tur: quod eſt euidens præſumptio cõ
tra filium, quod aliqua fraude ſeu ma
chinatione filius ſpurius illa bona ob
tinet.
67 ¶ Decimoſeptimo quòd neque fi-
lius ſpurius poſsit habere illa bona,
quæ nomine dicti filij pater emit,
quia in fraudem talis emptio nomi-
ne filiorum, vel concubinæ facta præ-
ſumitur, & filij legitimi vel conſan-
guinei dicta bona poſſunt repetere.
l.1.C.de natu.lib.l.10.titul.13.partit.
6.optimè Pala.Rubeus, in cap.per ve-
ſtras.§.27.in fine.fol.65.Cepola de ſi-
mula.contrac.c.prę̃ſumptio.9.ſed Ga
68 bri.Palæo.de filijs nothis.c.43.in fine
affirmat, quòd omni fraude ceſſante
titulo oneroſo, & ab alijs extraneis. ti
tulo lucratiuo, res paternas filius ſpu
rius capere poteſt.
69 ¶ Decimooctauo ampliatur, quòd
filio ſpurio vel naturali ſubſtitutio pu
pillaris, vel exemplaris à patre fieri nõ
poteſt.l.Lucius.ff.de vul.& pupi ſub
ſti.Bar.in.l.2.nu.3.ff.eo.titu.& in.l.3.
nu.3.ff.de his qui ſunt ſui, vel ali.iu.&
in.l.ex facto.nu.7 ff.de vulga.Bal.in.
l.2.in fine.C.de hære.inſti.& in.l.hu-
manitatis.C.de impub.& alijs ſubſti.
70 & in.d.l.Lucius, nu.4.& in.d.l.ex fa-
cto.nu.10.ratio eſt, quia filij ſpurij vel
naturales non ſunt in poteſtate pater
na.l.itẽ in poteſtate.ff.de his qui ſunt
ſui vel alie.iu.& in prin.inſti.de patri.
poteſ.glo.in verbo. volumus.in cap.
ſtatutum.in.2.de hæreticis.lib.2.l.2.
tit.17.par.4.& neceſſe eſt, vt filius ſit
in poteſtate, vt ei fiat ſubſtitutio pu-
71 pillaris.l.2.ff.de vul.& pupi.ſubſti.l.2.
&.l.quamuis.C.de impub.& alijs ſub-
ſti.& in prin.inſti.de pupi.ſubſti.l.5.&
10.titu.5.par.6.
72 ¶ Decimonono ampliatur, quòd
neque pater filio ſuo ſpurio poterit tu
torem dare.l.fi.vbi Doct.de confirmã
do tuto.glo.in verbo.parentibus.in.l.
1.ff.de teſta.tute.Bar.in.l.3.nu.3.ff.de
his qui ſunt ſui, vel alie.iu.Romanus
ſingulari.82.incipit. quòd ſpurio.vbi
ad id allegat.l.ſiquidem.ff.de teſta.tu
73 te.Ratio eſt illa, de qua ſupra, quia iſti
filij ſpurij non ſunt in poteſtate pater
na, & filijs in poteſtate non exiſtenti
bus, non datur tutor teſtamentarius.
l.1.ff.de teſta.tute.§.permiſſum eſt in
ſti.de tute l.3.tit.16.par.6.quod aliter
videtur in filijs naturalibus tantùm,
quibus pater poterit in teſtamento
ſuo tutorem conſtituere, ſed talis tu-
tela à iudice erit confirmãda.l.natura
74 libus C.de cõfir.tuto.l.2.tit.16.par.6.
Frã.Mar.deciſio.11.incip.quæritur
an officiũ tutelę.Gabri.Palæo.de filijs
nothis.c.52.Qui omnes dicunt, quòd
ſi inteſtatus pater moriatur, vel cum
75 teſtamento filijs ſpurijs relictis, ne ta-
les filij indefenſi remaneant à iudice,
debet tutor ſeu curator decerni, ſed
conſanguinei vel affines ad hoc mu-
nus tutelæ ratione conſanguinitatis
de iure non vocantur, quemadmodũ
neq; ad eorũ ſucceſſionẽ.l.ſi ſororis.
C.qui dare tutores poſſunt, & in prin.
inſti.de Attillia.tuto.
76 ¶ Vigeſimo ampliatur, ꝙ licèt filiꝰ
ſpurius ad diſtribuẽda bona paterna
executor ſit nominatus ſeu electꝰ, nul
lũ tamen cõmodũ ex hoc executoris
officio cõſequi poterit.l.ſi quis quòs.
ff.de lega.2.quã ad id allegat Bal.in.l.
ab eo.nu.5.C.de fideicõmi. Ange.&
Imol.in.l.in tẽpus.ff.de hęre.inſti.op
timè.Pala.Rub.in.c.per veſtras.§.10.
n.12.fol.90.de dona.inter vi.& vxo.
77 ¶ Vigeſimoprimo ampliatur, ex
ſcriptis per Bal.in.l.id quod pauperi-
bus.num.34.C.de epi & cle.quod ſi
aliquis fuerit datus executor à teſta-
tore ad bona ſua diuidẽda, non pote-
rit executor bona teſtatoris eius filio
largiri, quia nõ videtur datũ arbitriũ
execu-

executori, vt contra ius, diſponat.l.
quanquam. ff.de rip.nup.l.Lucius.ff.
ad munici. Idem quod in hac amplia
tione tenuit ipſemet Bal.in.l.illa inſti
tutio.verſi.circa hoc.ff.de hęre..inſti.
Barba..in.c.cùm tibi.num. 14.de teſt.
Philip.Cor.conſi.236.volu.2.Alex.cō
ſi.54.in prin. volu.7.Guiller. Bene.in
cap. Rainuntius. verbo. vxorem no-
mine Adelaſiam.deciſio.5.num.122.
de teſtamētis. Gabriel Paleo. de filijs
nothis.ca.44.nu.4.Xuarez.in.l.1. nu.
21.titu. 6.lib.3.Fori.Pala. Rub.in.l.9.
nu.16.Tauri.contraNicola.Boer.qui
78 contrarium & malè conſuluit. deci-
ſio. 127. nu.10.& Alex. ſibi contrariꝰ
in.l.ſi is qui.in fine.ff.de vulga.& Ro-
manus. conſi.436. neque liceret pa-
tri, tanquam executori inter filium
ſuum bona teſtatoris diſtribuere: &
proprium filium eligere, potius ex-
pilator, quàm diſtributor bonorum
diceretur, quaſi in rem ſuam bona de
functi conuertendo, vt inquit Bald.
in repeti.l.1. nu.48. C. de ſacroſanct.
eccle. & Gabriel Paleo. de filijs no-
this.c.44.nu.4.
79 ¶Vigeſimoſecūdo ampliat̃, quòd
neque in dignitatibus, immunitati-
bus, priuilegijs, honoribuſq́; paternis
filius ſpurius ſuccedit. l.cū legitimè.
ff.de ſtatu homi.l.liberos.ff.de Senat.
l. ex libera. vbi Bald.C. de ſuis & legi.
lib.gloſ. in verbo.volumus.in.c.ſtatu
tum. in ſecūdo de hæreticis. lib.6.l.3.
tit.15.par.4. l.2.tit.13.eadem.4.part.
Bar.in.l.tutelas.nu.3. de capitis dimi.
& in.l.1.num.50.de dignitatibus.lib.
12. & in tractatu de inſigni. & armis.
nu.11. De qua re pleniſsimè à nobis
dictum fuit ſupra.c.15.vbi duæ leges
partitæ inuicem contrariæ ad cōcor-
diam à nobis redactæ ſunt.
80 ¶Vigeſimotertio ampliatur, filiū
ſpurium à teſtimonio etiam ferendo
repelli.Bal.in.l.cùm acutiſsimi. nu.9.
C. de fideicommi.gloſ.in.c.teſtimo-
nium de teſtibus.ca.præceptum.32.
quæſt.5.Pala.Rub.in.c.per veſtras.§.
10.fol.89.de dona.inter vi.& vxo. vn
81 de affirmat Ludouicus Romanus in
l.admonendi.nu.83.de iureiurando.
quòd ſi quis haberet pro ſe vnum te-
ſtem ſpurium, non defertur ei iura-
mentum in defectum probationis.
Sequitur Hippo.ſingu.273. incip.no
tiſsimùm.& Pala Rub.vbi ſupra. quæ
eſt optima declaratio ad.d.l.admonē
di.& ad.l.in bonæ fidei. de rebus cre.
& iu.& ad c.fi.§. fina.de iureiuran.&
ad.l.2.tit 11.par.3.
82 ¶Vigeſimoquarto ampliat̃, quòd
filius ſpurius ſimiliter non poterit do
ctorari. Cardinalis in proœ. cle.num.
4. allegando. l.generaliter. §.ſpurios.
ff.de Decuri.Feli.in.c. quanto de ma-
giſtris.nu.2.Ancharra.in proœ.6.Bar
to.in proœ.Codicis.num.10. & ratio
83 eſt, quia doctoratus eſt dignitas.vt in
d. c. quanto.& tenet Bar. in proœ. ff.
nu.12.& in.l. generaliter. in fi.de De-
curi.lib.10.& in.l.fi.C.de Iudęis.Ale-
xan. conſi.94. conſideratis his. vol.1.
Abb.in.c.ꝓpoſuiſti.nu.15.de proba.
¶Vigeſimoquinto ampliat̃, quòd
neque ſpurius tanquam coniuncta
perſona in iudicio pro patre vel con-
ſanguineo ſine mandato comparere
poterit. Inno.in ca.nonnulli. in fine.
de reſcriptis.Bart.in.l.2. ff. de accuſa.
Bal.in.l. cùm acutiſsimi.num. 8.C.de
fideicommi.Angel.in.l.1.&.2. ff de li
bera. cau. Iaſ. in.l.exigendi. nume.9.
85 C. de. procura. Ratio eſt, quia ſpurij
non ſunt de familia, vel cognatione,
neque perſonæ coniunctę dicuntur.
l.ſi ſpuriꝰ.l hac parte.ff.vnde cogna.l.
tutelas.vbi Bar.ff.de cap.dimi.& in.l.
pronunciatio.§.familiæ. ff.de verbo.
ſigni.Bal.in.l.humanitatis. nume.44.
C.de impub. & alijs ſubſti. Feli.in ca.
in præſentia.nume.22.de proba.quæ
eſt



eſt optima declaratio ad.d.l. exigen-
di. & ad.l.ſed & hæ perſonæ. ff.de pro
cura.& ad.l.10. titul.5.partit.3. &.l.5.
titu.8.lib.1.Fori.
86 ¶Vigeſimoſextò ampliatur per ra
tionem proximè dictam, quod ſpurij
cùm non ſint de genere, neque de fa-
milia, vel cognatione armis ſui gene-
ris & familiæ vti non poterint, neque
inſignijs nobilium. Bar. de inſigni. &
armis.nu.10. Guido Papæ deciſione.
580.incip. an baſtardus. Decius cōſi.
85.& diligēter Tiraque.tracta.de no-
bili.ca.15.nu.13.Nicolaus de Vbal.in
tracta de ſucce.abinteſt.1.par.nu.53.
Gabri.Palęo.de filijs nothis.c.60.n.6.
vbi inquit, ꝗ ſpurius gentilitia arma,
& inſignia familiæ nō poſsit ferre, ſed
in Gallia, & Germania, & in alijs pro-
uincijs linea quædam tranſuerſa po-
nitur in ſcuto, quod eſt ſignum iniu-
ſtorum natalium. Otallora de nobili.
2.parte.3.partis cap.3. num.3. Franc.
Marc.deciſio.1140.incip.quęritur an
arma.parte.1.
87 ¶Vigeſimoſeptimo ampliatur, ꝗ
filius ſpurius ſeu naturalis in feudo, ſi-
militer non ſuccedit c.1.§.naturales,
ſi de feudo fue.contro. inter domi. &
agna.vaſſa. Bar.in.l.ex facto.nu.7.ad
Trebe.Bal.in.l.generaliter.§.cùm au-
tem.nume.2. C.de inſti. & ſubſti.ſub
condi.fac.& in.l.eamquam.nu.39.C.
de fideicommi.Alex.conſi.2. viſis co-
dicillis.nume.11.volu.1. Abb.in.c.cū
vintonienſem.n.2.de electio. Præpo-
ſitus in.c.lator.nu.13. qui filij ſunt le-
gitimi. Guilliel.Bene.in.c.Rainūtius.
verbo.vxorem nomine Adelaſiā. de-
ciſio.5.nume.191.Pala. Rube.in dict.
cap.per veſtras.§.10.nu.4.fol.89.& in
l.12.Tauri.num.21.&.38.
88 Vigeſimooctauo ampliatur ſpuriū
ſimili modo in Maioricatu, ſeu Duca
tu, ſeu Marchionatu non ſuccedere
tex.& gl.in.d.c.1.§.naturales.Ioa.An
dre. in reg. ſine culpa. de regu.iu.li.6.
Bal.in.d.l.eā quā.nu.43. Decius.cōſi.
269.conſultus ab illuſtri.n.19. Barba.
in l.cum acutiſsimi.n.261. C.de fidei
cōmi.circa quod quàmplurima ſcrip
89 ſit. Tiraque. de iure primigeniorum.
quæſt.34. Et argumentum de feudo
ad Maioricatum validū eſt, vt refert
Pala.Rub.in repe.rub. de dona. inter
vi.& vxo.§.69.nu.36. Coua.li.1. reſo.
cap.15.nume.14.
90 ¶Vigeſimonono ampliatur, quòd
neque ad ſucceſsionem emphiteuſis
eccleſiaſticæ filij ſpurij, vel naturales
admittuntur. Bald. vbi ſubdit rationē
in.l.generaliter.§. cùm autem. nu.2.
C.de inſti. & ſubſti. ſubcondi.fac.idē
in addi.ad Spe.tit.de locato. verſi.em
phiteuſis Eccleſię.& in Authē.ſi quas
ruinas.nu.3. C. de ſacroſanct. Eccle.
Bar.in.l.ex facto.§. ſi quis rogatus. nu.
8.ff.ad Trebe.Ancha.conſi.306.circa
primum. Alex. conſi.128. conſidera-
tis verbis.nu.14.volu.1. Iaſ.in rep.l.2.
nu.205. C. de iu.emphi. Vnde ſequi-
tur quòd ſi aliquis pro ſe, & filijs ſuis
emphiteuſin Eccleſiaſticam accipiat
filij ſpurij ad talem emphiteuſin non
admittuntur. vt affirmat Alex.vbi ſu
91 pra. & Bar.in.d.§. ſi quis rogatus. vbi
latè Ripa.nu.62. & Barba.in.c.in præ
ſentia.nu.100. de proba. gloſſator or-
di.in.l.1.in fine.titu.1.li.4. ordi.niſi in
caſu poſito à Bal.in.d.l.eam quam.nu
me.39.& in alijs quinq; caſibus, quos
ſcripſit Bernar.Diaz de Luco, in reg.
231.incip.emphiteuſi Eccleſiaſtica.
92 ¶Trigeſimo ampliatur quòd filius
ſpurius neque ad ius patronatus ad-
mittitur. Ita cōſuluit Bal. cōſi.375.in-
cip.præmittendū.in fine vol.1.quē ſe
quitur Cęſar Lābe.de iure patr.2.par.
2.queſtionis prin.art.26.n.2.Roch.de
Cur.de iure patr. verb.cōpetēs alicui
nu.6.

nu.6. Præpoſit.in.c.1.nume.16.10.di
ſtin.Ioan.Bertachi.in repertorio. ver
bo.Baſtardus.in fine. Pala.Rub.in.c.
per veſtras.§.10.in fine.fol.90.de do-
na.inter vir. & vxo.gloſſator ordi.in
l.1.titu.6. de los Patronos.verſi. pul-
chra eſt quæſtio.libr.1.ordi. & in.l.1.
verſi.hinc etiam eſt.titu.1.lib.4.ordi.
pro qua concluſione eſt.l.ſi patronus
teſtamento.§.ſi quis non mala men-
te.ff.de bonis liber. Ratio huius con-
cluſionis eſt. Quia licet regulariter
filij ad ſucceſſionem iuris patronatus
Eccleſiaſtici vocentur.ca.filij vel ne-
potes.16.quæſt.7.c.quia clerici. de iu
re patro. Filiorum tamen appellatio-
93 ne in diſpoſitione legali filij ſpurij vel
illegitimi non continentur.l.cùm le-
gitimæ. de ſtatu homi. glo.ſingu. cō-
muniter recepta. in clementina vni-
ca. in verbo.liberi de baptiſmo.gloſ.
in verbo. volumus. in. c.ſtatutum.in
2.de hæreticis.lib. 6. Ioan.de Imo.in
l.ex facto.§.ſi quis rogatus. nu. 56.ff.
ad Trebe. niſi in quinque caſibus re-
latis per Alexan. conſi.60. viſa legiti-
matione.nu.19.volu.2. Et quia vt di-
94 ctum eſt illegitimi nō ſunt de domo,
neque de familia, neque de cogna-
tione. Et quia ius patronatus rebus
ſpiritualibus eſt annexum. c. quanto
de iudi.c.de iure patro. Sed patientes
deffectum natalium rerum ſpiritua-
lium non ſunt capaces.c.1. &.2.c.lite
95 ras de filijs presbyterorum. c.2.eo.ti-
tu.lib.6. Per conſequens ergo, neque
capaces annexorum.l.quæ religioſis.
ff.de rei vendi.cap.quod in dubijs de
96 cōſecratione Eccle. vel alta. Item ius
patronatus eſt honorificum, vt ex ei⁹
definitione conſtat, quā ſcripſit Abb.
in rub. de iure patro. & Rochus de
97 Cur. vbi ſupra in prin. ſed ſpurij nō ad
mittuntur ad honores & dignitates.
l. generaliter.§.ſpurios.ff.de decu. vt
ſuperius abundè dictum eſt, neq; ad-
ferendum teſtimonium admittun-
tur.c.præceptum.22.quęſt.5.gloſ.in
98 c.teſtimoniū de teſtibus, præſertim
in illis caſibus, in quibus teſtes omni
exceptione maiores requiruntur. vt
refert Hippolitus ſingu.273.allegan
do Ludouicum Romanum, & alios.
Idem tenuit Pala. Rub.in.d.c.per ve
ſtras.§.10. num.5.fol.89.ex eo quòd
99 ſpurij infames infamia facti cenſen-
tur.Bal.in.l.1.in prin.C.de iure aure.
annu. & in.l.generaliter.§.cùm au-
tem.C. de inſti. & ſubſti. ſub condi.
fac.Iaſ in.l.fratres.in fine. C.de inoſ-
fi. teſta. & in. l. ſi is qui pro emptore.
nu.260.ff.de vſu cap.Caccialup.in.l.
ſi qua illuſtris.nu.76.C.ad Orfi. Ale-
xan.conſi.60. viſa legitimatione.nu.
5. volu. 2. Tiraquel.de nobili.quæſt.
15.nu.14.c.ſi quis Anglorum.56.di-
100 ſtin. Quòd nati ex meretricio ſunt
viles & degeneres, & ignobiles.l.re-
gia.2.tit.6.par.7.ibi. Infamado es de
derecho aquel que no naſce de caſa-
miento, ſegun manda la ſancta ma-
dre Igleſia. & ſola infamia facti repel
lit aliquem à teſtimonio. glo.in ver-
bo. turpitudinem.in.l. Caſsius.ff.de
101 ſena.gloſ.1.in.l.1.ff.de his qui notan
tur infa.Barto.in.l.cunctos populos.
nu.12.C.de ſumma Trini.& fide Ca
tho. vbi Iaſ.1.lectu.nu.68.&.2.lect.
nu.51.Hippo. conſi.101.incip.illu-
mina quæſo.nu.8. Ideo meritò ſpurij
tanquam infames ad teſtimoniū nō
admittuntur (vt dictū eſt) Vnde ſin-
gulariter affirmat Iſernia in.c.1.§.in
iuria de pace iuramento firman. in
vſi.feu. quem ſequitur Thomas Grā
mati.deciſio. 37.num.10. quod tene
102 tur actione iniuriarū, qui alium vo-
cat ſpurium, licet ſit ſpurius. quod
prius tenuit Abb. in.c.cùm te.num.
27.de re iudi.
103 ¶Trigeſimoprimo ampliatur, fi-
lios ſpurios ſimili modo non ſucce-
dere



dere in ius retrahendi rem auitam,
vel paternam venditam, pro eodem
pretio, pro quo fuit vendita, vt con-
cludit Andręas Tiraque.de vtroque
retractu. §. 1.glo.8.in prin.nu.6.Co-
uarr.in.4.2.par.c. 8.§.10.nu.3. gloſſa
tor ordi.in.l.1.verſi.infertur. 2. tit.1.
104 libr.4.ordi. Ratio euidēs eſt, quia ob
id ius retractus fuit inſtitutum & in-
uentum, vt res vēdita in familia, vel
cognatione remaneat. Sed ſpurij nō
ſunt de cognatiōe & familia. l.ſi ſpu-
rius.l.hac parte.ff. vnde cogna. l.tu-
telas. Vbi Barto.ff.de cap.dimi.idem
in.l.pronunciatio.§.familiæ.in prin-
ci.ff. de verborum ſignifica. Bald.in
l.fina. C. de verbo. ſignifi.& in.l.hu-
manitatis.nume.44.C.de impub. &
alijs ſubſti. Alexan. in.l.ex facto.§.ſi
quis rogatus.nume.56. ff.ad Trebe.
Neque ſpurij merentur nuncupari
filij Authen. ex complexu. C. de in-
105 ceſt.nup. Authen.quibus modis na-
tu.effi.ſui.§.fin.colla.7.& quia retra-
ctus ſequitur per omnia ius ſucceſ-
ſionis, vt latè ſcripſit Tiraque. in.d.
106 tractatu. §. 26.in princi. Pala.Rub.in
l.73.Tauri.num.3. Sed ſucceſsio ſpu-
rijs non competit, igitur neque re-
tractus. & ita intelligenda eſt.l.13.ti
tu.10.lib.3.fori.&.l.6.&.7.tit.7.lib.5
ordi. &. 230.ſtili.&.l.70.cum ſequē.
Cōtrariā verò ſentētiam tenuit glo.
in verbo. cābiar. in.d.l.13.tit.10.lib.
3.Fori. quòd ſpurij admittantur ad
107 retractum. & Pala. Rub. in.l.9.Tau-
ri. nu. 12.& Cifuentes in.l.70. Tauri.
quæſt. 5.quæ opinio mihi nunquam
placuit, niſi intelligatur in re vendi-
ta à matre, cùm ei ſpurij ſint hære-
des: & per conſequens à retractu nō
repellendi.
108 ¶Trigeſimoſecundo ampliatur,
quòd neque filij ſpurij ſuccedunt in
ius accuſandi mortem patris. Bald.
in.l.id quod pauperibus.num.36.C.
de ſacroſāct. eccleſi.& in.l.quiſquis.
nume.6.C.ad.l.Iuliam.maieſta.& in
l. cùm acutiſsimi. C.de fideicommi.
Hanc fatetur eſſe communem opi-
nionem Iacobus de Villalpan. in.l.
22. titu.1.par.7.parte.2.§.42. nume.
7.&.9. vbi diſputat, an idem ſit in fi-
lijs naturalibus. Contrariū conſuluit
& malè Carol⁹ Rui.cōſi.9.incip.quæ
ſtio. 1. num.6.&.7.vol.4. qui in hoc,
meo iudicio, meretur reprehendi.
109 ¶Trigeſimotertio ampliatur, ſpu
rios in paternis dignitatibus, atque
beneficijs eccleſiaſticis, citra diſpen
ſationem Apoſtolicam minimè ſuc-
cedere. c.præſentium.c.ex tranſmiſ-
ſa.c.Michael.c.dilectus.de filijs preſ-
byt.c.ex parte, a, de teſti.c.Apoſtoli-
ca.8.quæſt.1.glo. in verbo volumus
in.c.ſtatutū.in.2.de hęre.lib.6. Vnde
110 inquit Inno.in.c.dilect⁹.in.3.de prę-
bendis.quòd ſi aliquis filius ſacerdo-
tis à ſummo Pontifice ſit diſpenſat⁹
ad omnem dignitatem obtinendā,
non obſtante defectu nataliū, quòd
propter hāc diſpenſationem, nō po-
terit habere beneficium eccleſiaſti-
cum, niſi de eo ſpecialem diſpenſa-
tionem obtineat. Quod ſequitur Fe
li.in. c. veniens.in.1.de accuſa. Hip-
111 po.ſingu.293.incip.baſtardus. Ratio
eſt, quia omnes diſpēſationes ſūt ex-
orbitantes à iure cōmuni, & odioſæ.
c.nō poteſt.de præbē.lib.6.c.1.§.fin.
de filijs presby.eo.lib. Ideo huiuſmo
di diſpēſationes ſunt reſtringendę.l.
cùm quidam.ff.de lib.& poſthu.reg.
odia. de regu.iu.lib.6. Et quod dictū
eſt de filijs presbyterorū, idē & meri
tò dicendū eſt de eorum nepotibus
etiam legitimis ex filio ſpurio natis,
112 q ad beneficia eccleſiaſtica, & ad di-
gnitates habēdas nō admittūť. c.ad
extirpandas. vbi glo.& Inno.& Abb.
nu.8.de filijs presbyterorū.glo. in.d.
c. Apoſtolica. ne beneficia eccleſia-

ſtica iure hæreditario poſſideantur.
113 c.1.de præben.c.ex tranſmiſſa.c. cõ-
querente.de filijs presbyterorum.&
ne ſanctuariũ Dei iure hæreditario
habeatur.c.ad decorẽ.de inſti.c.con
ſuluit de iure patronatus.pluresalias
rationes ſcripſit Petrus Rebuffus in
praxi bene.titu.l de diſpenſat. ſuper
defectum nataliũ.in prin.quod ho-
die extenditur & ampliatur per ex-
114 trauagantẽ Clemẽtis.7.quod nullo
vnquã tempore neq; mediatè, neq;
immediatè filiꝰ, vel nepos clerici be-
neficia eccleſiaſtica patris,ſeu aui ha
bere poterit: quam extrauagan. re-
fert Rebuffus, vbi ſupra. num. 24.&
Doctor Nauarro,in.c. ſi quãdo. de re
ſcriptis.in quo loco de verbo ad ver
bũ prædictam extrauagantẽ refert.
115 ¶Trigeſimoquarto ampliat̃, nec
ſpurios in Regno, Ducatu, vel Ma-
ioricatu, legitimis filijs etiam non
exiſtentibus, ſuccedere.c.1.§.natu-
rales.vbi gloſ. ſi de feudo fuerit con-
trouer. inter domi. & agna. vaſſal.
Bal.in.l.eam quam.nu.43.C.de fidei
commi. Barba. in.l. cùm acutiſsimi.
nu.271.C.de fideicommi. Decius cõ
ſi.269.conſultus ab illuſtri.nu.19. Ti
raque. de iure primigeni. quæſt.34.
116 Ratio eſt,vt pluries dictũ eſt,quia ille
gitimi nõ dicũtur de domo, neq; de
cognatione parentũ.l.ſi ſpuriꝰ.ff.vn-
de cogna.Bar.in.l.tutelas.in prin.de
cap.dimi.& in.l.pronuntiatio.§. fa-
miliæ.de verbo.ſigni.& in.l.fi. C.eo.
tit. & in.l.humanitatis.nu. 44. C.de
impub.& alijs ſubſti. Alexan. in.l.ex
facto.§.ſi quis rogatus.num. 56.ff.ad
Trebel. Tiraque. de nobili.c. 15.nu.
12. nonnullos tñ illegitimos ac ſpu-
rios in Regnis ſucceſsiſſe legimus: vt
117 fuit Artaxerxes,& Alexander, Seue-
rus Imperator, & Alexan.à Medicis
Dux Florentiæ. & Conſtantinus Ma
gnus Imperator,& Rex Dariꝰ,& Hẽ
ricus ſecũdus Rex Caſtellæ,& Ferdi-
nãdus Rex Neapolitanus. & Io. Rex
Portugalliæ, & Ramirus primus hoc
nomine,& alij plures,quos refert Ga
briel Paleo.de filijs nothis.c.66.
118 ¶Trigeſimoquinto ampliat̃, ſpu-
rios ad legitimas tutelas non admit-
ti, neque in teſtamẽto paterno filijs
legitimis tutores dari poſſe.l.teſta-
mento tutores. ff. de teſtamentaria
tutela.vbi gloſ.& gloſ.in verbo. parẽ
tibus.in.l.1.vbi Bar.ff.eo.tit. Idẽ Bar.
in conſi.143.incip.Paulus in fi. Alex.
conſi.4.ponderatis verbis.vol.4.Rui
nus conſi. 9. incip.quæſtio prima.nu
119 me.4.volu.4. Ratio eſt,quia hi ad le-
gitimam conſanguineorum tute-
lam admittuntur,qui ad eorum ſuc-
ceſsionem à iure vocantur.l.1.l.tute
la legitima. ff. de legiti. tuto. & in.§.
vnico. inſti. de legi.patro.tute. & in
§. vnico. inſtitu. de legi.paren. tute.
Sed ſpurij ad hæreditatem conſan-
guineorum abinteſtato non vocan-
tur ( vt ſuperius abundè demonſtra-
uimus ) ergo neq; ad eorum tutelas.
120 ¶Trigeſimoſexto ampliatur,ſpu-
rios neque in ius funerandi, ſeu ſepe
liendi in ſepulchro parentum ſucce
dere. l.ſi ſepulchrum.l.ius ſepulchri.
C.de reli.& ſump.fune. Sylueſter.in
verbo ſepultura.quæſtione.8.diſt.4.
ratio eſt, quia ius ſepeliendi compe-
tit hæredibus, & his qui ſunt de co-
121 gnatione,& familia:ſed ſpurij nõ ſũt,
neque eſſe poſſunt hæredes,neque
de cognatione, & familia, vt ſuperiꝰ
pluries dictum eſt, ideo eis hoc ius ſe
peliendi non competit.
¶Trigeſimoſeptimo ampliat̃, ſpu
122 rios nõ excludere ſubſtitutũ.l.gene-
raliter.§.cũ autẽ. C.de inſti. & ſubſti.
ſub cõdi.fac.Latè Bal.in.l.cũ acutiſsi
mi.num.7.vbi Barba.num.219.C.de
fideicommi. Tiraquel.in.l.ſi vnquã.
in verbo ſuſceperit liberos. nume.





56.C.de reuocã. dona.Carolus Rui.
conſi.87.quia Matthæus.nu.13. vol.
3.& in conſi.106.nu.5.vol.3.Gabriel
Paleo.de filis nothis.c.34.
123 ¶Trigeſimooctauo ampliat̃,quòd
vſque adeo ſpuriꝰ eſt incapax ad bo-
na paterna obtinenda, quòd ea non
poterit tempore.10. annorum inter
præſentes,&.20.inter abſentes præ-
ſcribere, etiam ſi ſpurius arbitretur
ſe eſſe legitimũ. l.nemo poteſt. Vbi
optima glo. ff. de vſu cap. pro lega.
Bal.in.l.nullo iuſto.nu.4. C.de rei vẽ
di.& in.l.id quod pauperibus.nu.34.
in fi. C. de epiſ.& cler.& in.c.1.§.na-
turales,ſi de feu.fuerit contro. inter
domi. & agna. Hippo.ſingu.478.in-
ci.ſpurius gloſ.in.l.10.tit.5.lib.3.Fo-
ri. Sali.in.l.1. C.de vſucap. pro hære.
Alexã.in addi.ad Bart.in.l.1. ff. de iu.
re fiſ. idem Alex. conſi.74. circa pri-
mũ.in fin.vol.3.Fran.Bal. de vſucap.
in.4.parte quintæ partis principalis,
quæſtio.28.Gabriel Paleo.de filijs no
this.c.51.Philipp.Cor.conſi.236. nu
me.4. vol.2. Ciſuentes.in.l.9. Tauri.
124 Ratio eſt, quia præſcriptio ſine iuſto
titulo minimè ꝓcedit.l.celſus.ff.de
vſu cap.l.nullo iuſto tit.C.de rei ven
di.l.diutina.C.de præſcrip.lõgi tem.
& in prin. & in. §. error.inſti.de vſu-
cap.l.9.tit.29.par.3.Sed iuſtum titu-
lum ſpurius habere non poterit, vi-
delicet nec pro hærede,nec pro lega
to,nec pro donato titulus ei compe-
tit.& tali titulo ius reſiſtit.Ergo præ-
ſcriptio à filio ſpurio fieri nõ poteſt,
præſertim quòd expreſsè leges pro-
hibẽt hæreditatis paternæ dominiũ
in filios ſpurios transferre, vt in prin
cipio dictum eſt,per conſequens er-
go videtur prohibere vſucapionem,
125 ſeu præſcriptionem,alienationis eñ
verbum vſucapionem continet. vt
inquit.l.alienationis verbum.de ver
bo. ſign. l. vbi lex inhibet. ff. de vſu-
cap.l.3 .§. res quæ. ff. ad treb.vbi eſt
glo. ſing.in. d.l. vbi lex quod cũ pro-
126 hibita ſit alienatio rerũ minoris, per
conſequens earũ vſucapio eſt prohi-
bita.quã glo.dixit eſſe notabilẽ Bart.
ibi.& Abb.in.c.cũ nõ liceat.nu.7.de
præſcriptionibus. Nicola. Euerar.in
topicis iuris.c.52.Iaſ.in Authent. res
quæ.in prin.C.cõmunia.de lega Vn
127 de videtur dicendũ, quòd prohibita
alienatione à teſtatore,per cõſequẽs
cenſeatur ꝓhibita vſucapio.l.2.vbi
gloſ.& Bar.C.de vſucap.pro empto-
re.& Bar.in.d.l.vbi.lex.gloſ.& Ange.
in.l.1. de præſcrip.longi. tem.Iaſ.in
d.Authen.res quæ.in prin. Ideo quẽ
admodum dos nõ poteſt alienari, vt
in.l. 3. de fundo dotali.l.lex Iulia.ff.
128 eo.tit.l. 1.C.eo.tit.& in prin.inſtitu.
Quibus alienare licet,vel non:ita ne
que pręſcribi,ſi de facto à marito fue
rit alienata.l.ſi fũdũ.ff. de fũdo dota.
ibi. pertineat etiã ad huiuſmodi acq
ſitionẽ.l.in rebꝰ. C. de iure do.ibi.ſi-
ue per vſucapionẽ.&.d.l.cùm notiſ-
ſimi.§.illud.de præſcrip.30.vel.40.an
no. Iaſ. in rub.ſol.matri. ff.2.lectu.in
prin. ex quibus omnibus habemus
ſpurios bona paterna non poſſe præ
ſcribere. Contrariam verò ſenten-
tiam tenuit Ange. in. d.l.nemo po-
129 teſt. ff.de vſucap.pro legato,allegan
do.glo.fi.in.l.1.ff.de vſucap. pro do-
te. Sed hæc opinio Angeli poterit
procedere in præſcriptione.30. vel
40.annorum In qua ſaltẽ quantũ ad
ius excipiendi,non requiritur titulꝰ:
quod ſecus videtur quo ad effectum
agendi.l.ſi quis emptionis. C.de præ
ſcrip. 30.vel.40.anno.glo.& Doct.in
c.1.de pręſcriptionibꝰ ita tenuit Bal.
in. d.l.nullo iuſto.nu.4.& in. d.l.id q̧
150 pauperibus. nu. 34.& Hippo.ſingu.
478. incipit. ſpurius. à fortiori ergo
dicendum eſt de præſcriptione im-
memoriali, de qua. l.hoc iure.§.du-

ctus atque. ff. de aqua.plu.arce.c.ſu-
per quibuſdam. §. præterea. de ver-
bo. ſigni.c. dudum.de decimis. ca.1.
de præſcrip.lib.6.

131 ¶Trigeſimonono ampliat᷑, quòd
filio ſpurio de facto à patre hærede
inſtituto, non competit remedium.
l.fi. C.de edicto diui Adri. tollen.Ita
Bal.in.l.2.ff.de peti.hære.& in.l.fi.C.
fami. herci. & latè Vbertus Zucar.in
repetitione. d.l.fin. C.de edicto diui
Adri.tollen.nu.350.

132 ¶Quadrageſimo ampliatur, ſpu-
rios non ſuccedere in ius cõpromit-
tendi, quando viget ſtatutum prout
in ciuitatibus Italiæ, quod ſuper con
trouerſijs & litigijs inter conſangui-
neos ortis, fiat cõpromiſſum.ita Bal.
in. d.l. id quod pauperibus.nu.36.&
in.l.cùm acutiſsimi.nu.8.C. de fidei-
commi. Guiller.Bene.in.c. Rainũtiꝰ.
in verbo. declara.nume.23.de teſta.
Hippo.ſingu.467.incip. viget ſtatu-
tum.Feli.in.c.in præſentia. nu.22.in
fine.de proba. vbi hanc dixit eſſe cõ
munem opinionẽ. Et Petrus de Ra-
uena in Alphabeto aureo.verbo.ba-
ſtardus. Robertus Maranta de ordi-
ne iudiciorum. fol.196.nu.20.col.1.
133 Ratio eſt, quia ſpurius non eſt coniũ
ctus, vt ſæpe dictum eſt. & inter con
iunctos viget prædictum compro-
miſſum. Contra hoc expreſsè conſu
luit Carolus Rui. conſi. 9. incip.quæ-
ſtio.1.vol.4.nonnullis motiuis & ra-
tionibus motus. Quod ſanè conſiliũ
nullo modo poteſt ſuſtineri, niſi tale
compromiſſum ſit inter coniunctos
134 & cognatos ex parte matris, quo ca-
ſu bene ad compromittendum ſpu-
rius & coniuncti compelluntur: vt
concludit Alex.in.l.ex facto.§.ſi quis
rogatus.nu.50.ff.ad trebel.& in con
ſi.60.nu.8.2.volu.

135 ¶Quadrageſimoſecundo amplia
tur è conuerſo, quòd neq; pater ſuc-
cedit filio ſuo ſpurio. Azo in ſumma.
C.de hęre.inſt.Bal.in Authẽ.licet.C.
de natu.lib.dicens, quòd ex eo, quòd
inter patrẽ & filiũ nullũ ius cogna-
tionis reperitur, ideo inter eos nõ da
136 tur ſucceſsio.l.ſi ſpurius. l.hac parte.
49 Quinto ampliatur,legitimatos Prin
cipis reſcripto non ſolùm in bonis pa
ternis ſuccedere, ſed etiam in bonis
ſuorum cognatorum, & agnatorum,
tanquam ſi legitimi eſſent,etiam ſi ta
lis legitimatio abſque eorum conſen-
ſu facta ſit.tex.in Authen.quibus mo.
natu. effi. ſui. §. quapropter. colla. 7.
Bar.& Bal.in.l.communium.C.de na
tu. lib. Idem Bar. in Authen. quibus
mo.natu.effi.ſui.§. generaliter. num.
6.col.7.Præpo.in.d.c. per venerabilē.
§.quod autē.nu.110. Optimè Alexa.
con.2.viſis codicillis.n.37.vol.1.& cō
ſil.139.eleganter.nu.3.vol.1.Deci. cō
ſil.365.nu.5.Iaſ.in.d.l.ſi is qui pro em-
ptore. nu. 241. Xua.in.l. quoniam in
prioribus.limita.12.C.de inoffi. teſta.
Couarru. in.4. de ſponſa. parte.2.c.8.
§.10.nu.2.de qua re eſt.l.ſingularis.7.
titu.15.par.4.&.l.fi.titu.13.par.6.&.l.
12. Tauri. ibi. Pero en todas las otras
coſas anſi en ſucceder a los otros pa-
rientes.&c. Quod limitat Iaſ.in. d.l.ſi
is qui pro emptore. nume. 241. id lo-
cum non habere in legitimatis per
50 oblationem curiæ,qui agnatis,& cog
natis non ſuccedunt. Idem affirmat
in.l.1.§.hoc autem.1.lectu.nume.16.
&.2.lect.nume.26.ff.ad Trebe. vbi ad
id allegat. Auth.quibus mo.natu.effi.
ſui.§.filiū verò.col.7.& in Authē.qui-
bus mo.natu.effi.leg.§.1.col.6. & alia
iura,& Doctores.
51 ¶Sexto ampliatur,legitimatos pa-
rentibus & conſanguineis,vt dictum
eſt, ſuccedere, etiam ex quocunque
damnato coitu procreatos, dummo-
do qualitates ſpuritatis & defectus
exprimatur. c. per venerabilem. vbi
Abb.nume.5.filij ſint legi.Bal.in.l. eā
quam.num.36. C. de fideicommi. &
in.l.ſi qua illuſtris.nu.5. C.ad Orfi.Ol
dra.conſi. 248.incip. factum tale eſt.
Alex.conſi.27.in cauſa mota, in fine.
vol.1.& conſi.87.n.9.volu.3.vbi affir-
mat, quòd ſpurijs ex damnato coitu
52 genitis,difficilius à Principe concedi-
tur diſpenſatio.Speculator rub. qui fi
lij ſint legi.verſi.quæro ſi natus ex pa-
tre vxorato. Latè Deci. conſi.336.in
caſu propoſito.num.7.pleniſsimè Ma
nuel à Coſta,in.l. Gallus.in.§. & quid
ſi tantum.vltima parte.num.74.ff.de
lib.& poſthu. vbi affirmat ex ordina-
ria gratia & poteſtate Principis, filios
ex damnato & punibili coitu geni-
tos,non legitimari.
53 ¶Septimo ampliatur, inſtitutionē
de filio ſpurio ſub conditione,ſi legiti
metur,iure optimo valere. ita expreſ
ſe Bal.in.l.1.num.17.C.de inſti.& ſub
ſti.ſub condic.fac. Paul. Caſtr.in.l.in
tempus.ff. de hære.inſtit. Latè Deci.
in.l. ea quæ raro. numer.3.&.4. ff.

de regu.iu.Præpoſi.&Abb.in.c.ſuper
eo. de condi. appo. Neque prædictis
obſtat.l.apud Iulianum. §. conſtat.ff.
de legat. primo. nam illud cenſetur
impoſsibile, quod pendet à volunta-
re Principis,quando Princepsnon eſt
ſolitus concedere, vt probant verba.
d.§,conſtat.ibi diſtrahi non ſoleant.
vt notant ibi Imola & Iaſ.l. ſi maior
54 quinquagenaria.C.đ legi.hære.l.1.§.
ꝑmittitur.ff.de aqua quoti. & æſtiua.
55 ¶ Octauo ampliatur, filios etiam
poſt mortem parentum ſuorum poſ-
ſe legitimari,ad eorum bona obtinen
da,dummodo talis legitimatio ſit fa-
cta antequam ſit adita & acquiſita hę
reditas ab ijs,qui abinteſtato erãt ſuc
ceſſuri.gl.in.c.1.§.naturales.ſi de feu-
do fuerit contro.inter domi. & agna.
vaſſa.Bar.& Pau.in.l.Gallus.§.& quid
ſi tantum. nu.14. ff. de lib. & poſthu.
Bal.in.l.cũ filius.ff.de teſta.mili. & in.
l.1.in fine. C. de iu. aure. anu. & in.l.
reſcripta.n.10.C.de preci.impe. offe.
& in.l.2.in fine.C.de iu.&fac.igno.&
in proœmio. C.num.9. Sali.in.l. item
ſi quis.C. de natu. lib. optimè Iaſ.in.l.
qui ſe patris.nu.15.C.vnde lib. Alex.
conſi.2.viſis codicillis.n.46.vol.1.De-
ci.conſi.357.in caſu magnifici.n.4. &
in conſi.393.conſului ſuperioribus.n.
5.& conſi.425.in caſu propoſito.Præ-
po.in.d.c.per venerabilẽ.§. ꝙ autem.
nu.26.Fel.in.c.quæ in eccleſiarum.n.
49. de conſtitutionibus. Ratio huius
56 concluſionis eſt,quia facilius tollitur
ius quærendum,quam ius iam quæſi
tum.l.patre furioſo. ff. de ijs qui ſunt
ſui.vel alie.iu.l. ſi ſpõſus.§. maritus. ff.
de dona.inter vi.&vxo.l.fin.C.de ac-
qui.poſſe.latè Fel.in.d.c.quæ in Eccle
ſiarũ.n.50. Iaſ. in.l.is qui hæres. §.1.ff.
de acqui.hære.Hippo.in ſing. 194.in
57 cip.magna differentia eſt. & cùm ius
adeundi non ſit in bonis noſtris, niſi
adita hæreditate.l. pretia rerũ.ff.ad.l.
falc.ibi.non eſſe locupletiorem, ante
quam adeam.quam.l.affirmat eſſe no
tabilem.Bal.in.l.2.in fin.C.de iuris. &
fac.igno.& in.l.Deo nobis.col.fin. C.
de Epiſ.& cle.Bart.in.l.poſt emancipa
tionem.§.1.ff.de libe.lega. Iaſ.in.l. cũ
filiofamilias.nu.112.&.114. ff. de leg.
1.& in.l.1.nume.4. ff. de acqui. hære.
Decius in.l.emancipata.numer.7. C.
qui admitti.meritò illud ius adeundi,
legitimationẽ minimè impedit, præ-
58 ſertim quòd Princeps ea quæ ſunt de
iure ciuili ſine cauſa tollere poſſit. gl.
Bar.& alij.in.l. fin. C. ſi contra ius vel
vti.publi. Innocentius in cap.cùm ad
monaſterium. de ſtatu mona. Felin.
in dict.cap.quæ in Eccleſiarum.num.
25.&.32.& in.c.nonnulli. num.18. &
in cap.ad audientiam.num.4. de reſ-
criptis.Hippo.ſingu.199. incipit. po-
teſtates.ſuffragatur.l. Princeps. ff. de
legi.& l.digna.vox.C.eo.tit.c. propo-
ſuit.de conce. præbe.l.11.in fine. tit.
1.part.1.& ius adeundi eſt de iure ci-
uili.l. lege obuenire.ff. de verborum
ſignifica.glo.in.l.1.ff.de acqui.rerum
domi.gloſ.Bart.& alij. in.l.ex hoc iu-
re.ff.de iuſtitia & iure.glo.magna.in.
l.frater à fratre. ff. de condi. indebit.
Bar.& alij.in rubr. ff.de acqui. hæred.
optimè Alexand.in dict. conſi.2. viſis
codicillis.nume.46.volu.1.Ob id me-
ritò per Principem illud ius adeundi
legitimatione poſſet tolli, cùm ſit de
iure ciuili, vt dictum eſt, quamuis ea
59 quæ ſunt de iure naturali vel gentiũ
per Principem non mutentur. gloſſ.
magna. in. l. 1. de conſtitutionibus
Princi. gl.& Bar.in.d.l.fin.& in proœ-
mio.ff.veteris.nu.6.Abb. in dict. cap.
quæ in Eccleſiarum.num.11.vbi opti
mè Deci.nume.16. Felin. in ca.1. nu.
60 3. poſt Abb.& alios. de proba.neque
prædictis obſtat,quòd dominium per
aditionem hæreditatis acquiratur.l.
cùm hærede.ff.de acqui.poſſeſſio.l.1.
de bo-



de bono.poſſe.ſecũdum tabu.l. item
videndum.§.fi.ff.de peti.hære.Quod
ſanè dominium eſt de iure gentium,
vt probat.d.l.ex hoc iure. vbi Bar. idẽ
in.l.reſcripta.C.de precibus Impe.of
feren.Bal.in.l.1.in fine. C. de iure au-
re.anu.& in.l.fi.n.8.C. ſenten.reſcin.
non poſ.optima glo.in verbo. Ciuita
tis.in.l.1. ff. de acqui.re. domi. quam
magiſtralem eſſe affirmat Iaſ. in rub.
ff.de re iudi nume.16. quæ ſanè gloſ.
& concluſio intelligenda eſt, quòad
modos & formas acquirendi domi-
nium, proùt eſt vſucapio, arrogatio,
ſucceſsio,hæreditatis aditio, qui mo-
di dominium acquirendi ſunt de iu-
re ciuili.Sed ipſummet dominium eſt
62 de iure gentium. Ita omnia ſupradi-
cta intelligit & declarat Iaſ. in.d.l. ex
hoc iure.num.43.& in dict.§. & quid
ſi tantum.nume.125. & in. §. omniũ.
nume.72. inſti. de actio.ob id domi-
nium iam quæſitum per Principem
tolli nequit.l.venditor.§.ſi conſtat.ff.
commu.prædiorum.Deci.conſi.271.
in caſu tranſmiſſo.nume.6.l.2.titu.1.
63 part.2.Præſertim quòd hęreditas poſt
quam eſt adita, non dicitur ampliùs
hæreditas,neque teſtatoris bona, ſed
efficitur proprium adeuntis patrimo
nium.gloſ.in verbo.per vnum.in. l.1.
§. veteres. ff. de acqui. poſſe. gloſſ. in
verbo.partem.in.l.hæres per ſeruum.
ff.de acqui.hære.glo.in verbo. nõ po-
teſt.in.l.per hæreditarium ſeruum.ff.
de acqui.re.domi.gloſ.in verbo. hęre
ditati. in. l. eius qui in prouincia.ff.ſi
certum peta.pro quibus.l.ſed etſi plu
res.§.filio.ff.de vulgari& pupillari ſub
ſti.l.fin.in fin.C.de inoffi.teſta.§.1.in-
ſti.de hære. quali. differen. ibi. potiùs
hæredis bona,quàm ipſius teſtatoris.
& in.§.1.in fine.quibus ex cauſis. ma-
nu. non lib. Bar. in dict. l. eius qui in
Prouincia nume.31. & in.l.1. in prin-
cipio.ff.ad Tertu.Baldus. & Sali.in.l.ſi
matre.C.de ſuis & legi.lib.Iaſ. in dict.
rubr.de acqui.hære.nume.5.& in.l. ſi
quis filium.§.in omni.nume.20.ff.eo.
tit.& in dict.l.1.§.veteres.num.14. &
in.§.actionum.nu.241.inſti. de actio.
Deci.in.l. hæreditas. ff. de regu. iu. &
in conſi.433.viſa copia.num.4.& con
ſil.655.viſo eleganti conſil.nume.34.
Quæ omnia intelligenda ſunt de po-
teſtate Principis ordinaria, de pleni-
tudine verò poteſtatis, arbitror Prin-
64 cipem ſpurios poſſe legitimare poſt
hæreditatem aditam à venientibus
ab inteſtato,& quòad bona eis iam ac
quiſita.ita Bal.in.l.2.numer.39. C. de
ſerui.& aqua. Pau. Caſtren. in.l. cùm
hæredes.ff.de acqui.poſſe. Deci. in.l.
ſi qua ex fœminis. nume.22. C. de ſe-
cũ.nuptijs. Ange.in.l.item ſi verbera
tum.§.1.ff.de rei vendi.& in.l.2.C.de
quadrienna.præſcriptione,in quo lo-
co affirmat,quod mentiuntur qui di-
cunt Imperatorem non poſſe de ple-
nitudine poteſtatis auferre ius iam
quæſitum, refert. Iaſ.in.l. Barbarius.
nume.35. ff.de offi. Præto.& in.l. fin.
num.3.C.ſi contra ius vel vtili. publi.
Deci.conſi.269. conſultus ab illuſtri.
nume.7.optimè ſuffragatur.tex.in.c.
cuncta per Mundum.&.c.per princi-
palem.9.quæſti.3.gloſ.in verbo. con-
ceſſione in.c.dilectus de offi.lega. gl,
magna.in.l.fin.titu.6.lib.3.Fori,quod
ſolus Princeps poteſt aliquem re ſua
priuare, abſque cauſa, quo caſu ſunt
65 intelligenda ea quæ ſcripſit Bald. in
cap.domino guerram.in tit. hic fini-
tur lex,deinde incipiunt conſuetudi-
nes Regni.in prin.in vſibus feudo. &
in.l. cùm filius. de teſt. militis. & in.l.
66 eos.in prin.C.de appella.Quòd quan
do Princeps aliquid de plenitudine
poteſtatis facit, nihil ei opponi poſ-
ſit, quod annullet gratiam, & Prin-
cipi nullus dicere poterit (cur ita fa-
cis) quando ipſe vtitur plenitudine

poteſtatis.Idem in.l.cum in antiquio
ribus.in fine.C.de iure delibe.& in.l.
fi. num. 5.C.ſenten.recin.non poſ.&
Iaſ.in.d.l.Barbarius.nu.35. Deci.con
ſi.341.viſo puncto.nu.3.& conſi.655.
viſo eleganti.nu.21. Hippo.in practi.
crimi.§.quæritur nu.18. quo caſu in-
telligenda eſt illa vulgaris regula,
67 quòd diſputare de poteſtate Papæ
vel Imperatoris eſt ſacrilegium, vt in
quit.l. 2. C.de crimi.ſacri.Authen.vt
iudi.ſine quoquo ſuffra.§.eos autem.
col. 1.c. conſtituerētur.50.diſtin.vn-
de dicunt iura, quòd de factis Roma-
68 ni Pontificis, nemini liceat iudicare,
aut dubitare.c. nemini. c. ſi quis ſua-
dente. in fin.16.quæſt. 4.Innocen.in
cap. dudum.&.2.nume. 16.de electi.
vnde inquit Bald. in.c.cùm ſuper.de
cau.poſſe.& proprie.allegando.l.qui
in Prouincia.§. diuus. ff. de ri.nupti.
69 quòd ſummus Pontifex eſt ſuper om
nia,& contra ius,& ſupra ius,& extra
ius omnia poteſt, & factum à Papa,
cenſetur à Deo factum, cùm ſit eius
70 Vicarius, & Petri ſucceſſor.ca.quan-
to. de tranſla. præla.c.vnico.§.porrò.
vt eccleſiaſtica beneficia. optimè De
cius conſi. 137. & diligenter.nu. 2.&
dicunt Ioan.Andre.& Abb.in. c.pro-
71 poſuit. de conce.præben. quòd Papa
in omnibus diſpenſare poterit, præ-
terquam in articulis fidei,& quod di-
ctum eſt in ſummo Pōtifice, id etiam
locum habet in Imperatore in rebus
temporalibus. Bald. in.l.reſcripta.C.
de preci. Imperat. offer.refert Deci⁹
conſi.588. viſo puncto. nu.5.ſed hac
plenitudine poteſtatis, non eſt præ-
72 ſumēdum ſummum Pontificem aut
Imperatorem vti, niſi exprimatur.glo.
fi.in.c.ex multiplici.de deci.gloſ.ma-
gna. in.c.fi.de hæreti.lib.6.glo.fin.in
cle. etſi principalis. de reſcri.Inno.in
c.innotuit. nu.5.de electi.Bald.in.l ſi
teſtamentum. in prin. C. de teſta. &
in procemio feudo. & in.l.bonorum.
C.qui admitti.idem & Ange.in.l.be-
ne à Zenone. nu. 3.C.de quadri.præ-
ſcrip. & in. l.2.nu.3. C.de commu.re.
alie. Abb.in.c.ad hęc.nu.7.de reſcrip.
Fel.in.c.1.nu.27.& in.c.quæ in Eccle
ſiarum. nu.66.de cōſti.& in.c.in cau-
ſis.nume.2.de re iudi.Thomas Ferra.
73 cau. 1. nume. 5.vbi affirmat,quòd in
quauis generali conceſsione non ve-
niunt ea,quæ de plenitudine poteſta
tis fieri poſſunt. latè Fortunius Garc.
in.l. Gallus.§. idem credendum. nu.
304.ff.de lib.& poſthu. Alex.conſi.2.
viſis codicillis.nu.17.volu.1.& conſi.
60.nu.36.volu.2. Hippo.ſingu.86.in-
74 cip.Princeps. vbi refert, quòd quādo
Princeps aliquem fecit actum,qui de
poteſtate ordinaria non poterit ſuſti
neri, niſi de plenitudine poteſtatis,
quòd tunc præſumitur Princeps ple-
nitudine poteſtatis vti. Idē affirmat
in conſil. 107. poſt reditum conſiliū.
num.23.vbi ad id allegat Paulum Ca
ſtren. in. l.ex imperfecto. C. de teſta.
Alex. in.l.2.C.de teſta.mili. idem te-
nuit Petrus Raue. in. Alphabeto au-
reo. in verbo. Princeps. poſt princi-
pium. de qua re videtur caſus in. d.c.
75 propoſuit.de conce.præben. Plenitu
do autē poteſtatis eſt, vt refert Bal.in
l. 2. nu.40. C.de ſerui.& aqua. arbitrij
plenitudo nulli neceſsitati ſubiecta,
nulliſq; iuris regulis limitata.quā diſ-
finitionē Bal.refert. Abb.in.c.ad hæc
num.7.de reſcrip.Deci.in.d.c.quę in
Eccleſiarum. nu.24.Pal.Rub.in. l.12.
Tauri. nu. 5.& quod dictū eſt de ple-
nitudine poteſtatis, idem dicendum
76 eſt de clauſula ex certa ſciētia, nā hęc
clauſula habet vim & naturā clauſu-
lę plenitudinis poteſtatis.glo.& Abb.
in. d. c.ad hæc.Bal.in.l.eos. in prin.C.
de appel.optimè Deci.cōſi.271. in ca
ſu trāſmiſſo. nu.8.& clauſula ex certa
ſciētia idē operatur,quod clauſula ex
motu



77 motu proprio.gl.in verbo.literarum.
in.c. ſtatutum.§.1.de reſcri.lib.6.Iaſ.
in.l.nec damnoſa.num. 3.C.de preci.
Impe.offe. Deci.in conſi.137. & dili-
78 genter.nu.2.& ſecunda iuſsio Princi-
pis idem operatur, quod motus pro-
prius. Authen. vt nulli iudicum.§. &
hoc vero iubemus.iuncta lege prima.
C.de peti.bono.ſubla.li.10.Alexa.in.
l.3.in prin.ff. q; quiſq; iuriſ. Iaſ.in.d.l.
nec damnoſo.& Deci.in. d. cōſi.137.
79 ¶Nono ampliatur, filios ad ſucceſ-
ſionē rectè poſſe legitimari, lite etiā
pendente ſuper bonis paternis, inter
ipſos & eorum agnatos. & cognatos.
Albe.in.l. prohibere. §. illud. ff.quod
vi, aut clam. Anto.in.c.fi.vt lite pen-
dēte.Præpo.in.c.per venerabilem. §.
quod autē.nu.25.qui filij ſint legi.vbi
80 id intelligit eſſe verum, ſi in legitima
tione fiat mentio expreſſa de litis pē-
dentia.glo.in verb.ſi dicat.in.c. vt de
bitus.de appella.gl.verb. ob cauſam.
in.c.prudentiam.§.ſexta.de offi. dele
ga.gl.in.c.ſuper literis vbi.optime.Fe
li.nu.12.de reſcrip.
81 ¶Decimo ampliatur, Imperatorē
vel Regem ſuperiorem in temporali-
b⁹ nō cognoſcētē proprios ſuos filios
legitimare poſſe.tex.in.c.per venera
bilem.§.inſuper.vbi expreſsè Abb. &
ibi Præpo.n.121.qui filij ſint legi. Vbi
Rex Franciæ,qui non recognoſcit in
tēporalibus ſuperiorem,proprium fi-
lium legitimabit.Iaſ.in.l. Gallus. §. &
quid ſi tantum.num.111. ff. de lib. &
poſthu. & in.l. qui iuriſdictioni.nu.9.
& in.l.eſt receptum.n.8. ff. de iuriſdi.
omni iudi.Ioa.de Annan.conſi.29.vi
ſa Imperiali legitimatione. Anch.cō
ſil.320.incip.primum dubium.in fin.
Couar.in.4. de ſponſa.2.par. c.8.§.8.
nu.20.vbi limitat, & ſingulariter de-
clarat hunc articulum. neque prædi-
ctis obſtat.gl.in verbo.Regi gratiam.
in.d.§.inſuper.tenens opinionem cō
trariam,quòd Rex poteſt legitimare
filium alienum,nō tamen ſuum. quæ
glo.multipliciter eſt intelligenda.Pri
mò,quando in legitimatione requiri
tur aliqua cauſæ cognitio. Item & ſe-
cundò,quod intelligatur de poteſta-
te ordinaria,& nō de plenitudine po
teſtatis.vt declarat Ancha.in.d.cōſil.
320.Tertiò,ac rectiùs intelligēda eſt.
d.glo.in Principe,vel Rege,vel Comi
te Palatino,vel alio inferiore,qui ſupe
riorem recognoſcit. Ita eam intelli-
git.Iaſ.& Deci.in dict.l.qui iuriſdictio
ni.nume.9.Ex quo redditur dubium
82 dictum Bal.in.l. ſi conſul. quæſti.4.ff.
de adoptio.dicentis, Comitem ſacri
palatij proprium ſuum filium poſſe le
gitimare.Ex qua communi ſententia
facile deducitur Regem Hiſpaniæ,ac
83 Franciæ in temperalibus ſuperiorem
non cognoſcentes,neque Imperato-
ris ſubditos eſſe,ſuos filios ſpurios poſ
ſe legitimare.glo.vulgata.in.c. Adria
nus. in.2. in verbo. per ſingulas.73.
diſtinct.dict.cap.per venerabilem. §.
inſuper. vbi Abb. numer. 37. Idem
Abb.in cap.nouit. numer.6. de iudi-
cijs.& in cap.ſuper Specula.nume. 3.
de priuile.Bar.in.l. hoſtes. nu. 6. ff.de
capti.& poſt limi.reuer. Oldra. conſi.
69.conſueuit.in prin.Iaſ.in.l.cunctos
populos.1.lectu.nume.10.&.2. lectu.
nume.12. C.de ſumma trinit. & fide
catho.Feli.in cap.cùm non liceat. nu
me.10.de præſcrip. Latè Ioa. Igneus,
in ſua copioſa diſputatione, an Rex
Franciæ recognoſcat ſuperiorem De
ci.conſi.85.& diligenter.nume.9. Se-
gura in.l.Imperator.n.5. ff.ad Trebe.
& latè eius additionator in quæſti.1.
in procemio ordi.gl.magna.in.l.fi.tit.
6.lib.3.Fori.Pal.Rub.in rub.de dona.
inter vi. & vxor.3.euiden.n.19. Mon
tal.in proœ.ll.Fori, in verbo. don Alō
ſo. Huius enim rei origo ſatis colli-
gitur ex chronica Regis Ferdinandi

primi, & hiſtoria Regũ Caſtellæ, quæ
vulgo Valeriana nuncupatur. 4. parte.cap.38.

84 ¶Vndecimò ampliatur, filiũ quoque infantem poſſe legitimari.l.iube
mus,in fine. vbi Bart.in finalibus verbis inquit, quòd à quodam magno ad
uocato de Thuſcia fuit interrogatus,
an filius ſpurius infans poſsit legitimari, cùm ipſius filij legitimandi con
ſenſus in legitimatione requiratur.
vt in Authen. quibus modis natu. effi.ſui.§.Illud tamen.col.7.ipſe tamen
Bar.ibi affirmat poſſe legitimari.&in
l.fi.in.fin.ff. de ijs, qui ſũt ſui vel alie.
iu. & in.l. Imperium. nu.17.ff.de iuriſdict. omni. iudi. Romanus conſi.
194. in propoſita conſultatione. Iaſ.
in.l.eam quam.num.8. C.de fideicõmiſ.Decius cõſi.367. viſo puncto.vbi
hanc concluſionem multis modis in
telligit, & declarat.& Antoniꝰ de Roſellis in tractatu de legiti. quæſtione
62. & Martinus Lauden. de legitim.
numero.147.cum ſequentibus. Præpo. in dict. §. quod autem. d.cap. per
venerabilem. nume.49.vbi latiſsimè
85 examinat, an filius ſpurius mente captus, vel furioſus, vel inuitus, poſsit le
gitimari.

86 ¶Duodecimò ampliatur, filium il
legitimum poſſe à Principe legitima
ri, vt ſuccedat in feudo, Regno, ſeu
Maioricatu, in præiudicium agnatorum, quibus ſuccedendi ius poterat
competere. glo.ſingu.in verbo.natu
rales. in fine.vbi optimè Bal.in.c.1.§.
naturales.ſi de feudo fuerit cõtrouer
ſia inter dominum & agnatos vaſſalli. in vſibus feudorum. Ioã. Andre.in
regu.ſine culpa.de regu.iu. lib.6.Bal.
in.l.eam quam.nu.43. C.de fideicom
mi. Abb.in.c.tanta.nu. 7.qui filij ſint
legi.Barba.in.l.cùm acutiſsimi. num.
272. C. de fideicommi. Alex.conſi.2.
viſis codicillis.nu.55.vol.1.Deci. con
ſi. 279.cõſultus ab illuſtri.nu.10.Pau.
Pari.conſi.1.nu.122.vol.2.Couarru.
in.4.de ſponſa.2.parte.c.8.§.10.nu.2.
87 & in. 3.lib.reſolutio. c.6.contrariam
verò conſulendo tenuit ſententiam
Alex.ſibi contrarius.conſi. 94.conſideratis.num.5.vol.1.& Anton.de Ro
ſe.de legitima.rub. de legitimationis
effectu.nu. 24.qua de re latiſsimè ſcri
pſit Andre.Tiraquel. de iure primige
ni.quæſt.34.

88 ¶Decimotertiò ampliatur, quòd
filius ſpurius legitimatus ſubſtitutũ
excludit à ſucceſsione.Bald.in.l.cùm
acutiſsimi.nu.7.C.fideicommi. Salic.
in.l.generaliter. §.cùm autem. C. de
inſti.& ſubſti.ſubcõdi.fac. vbi Iacob.
nu. 4.allegando Ioan. de Imo.hãc affirmat eſſe communem opinionem.
& Iaſ.in.l.2.nu.243.C.de iu.emphi.&
in.l.Gallus.§.& quid ſi tantũ. nu.139.
ff.de lib.& poſthu. Alex.conſi.2.viſis
codicillis. nu.41.vol.1. Decius conſi.
425.in caſu propoſito.nu. 8.& in con
ſi.366.pro declaratione nu.4.& conſi.557.accuratè.in principio.ac latiùs
conſi.284.viſo puncto.nu.9.Caſti.in
l.12. Tauri.vbi Pala.Rube.nu.23.Couarru. in.4.de ſponſa.2. parte.cà.§.9.
89 nu.8. Quo caſu ſubſtitutus in legitimatione citandus eſt, cũ de eius præiudicio agatur. Ita conſuluit Anchar.
conſi.427.& Alexã.conſi.67.1.vol.&
eſt communis opinio, ſecundum De
ci.conſi.445.in caſu propoſito.nu.10
& conſi.85.in fin.& hanc ſimiliter cõ
munem opinionẽ eſſe affirmat Curſ.
Iuni.conſi.83.nu.10.& Couar.vbi ſupra.in.d.§.9.nu.8.

90 ¶Decimoquartò ampliatur, in ſta
tuto diſponente, quòd ſtantibus filijs
maſculis, filię excludantur, habere etiam locum, ſi filij tantùm legitimati
exiſtãt.Bal.in.d.l.cùm acutiſsimi. nu.
7.& in.l.eam quam.nume.26.C.eod.
tit.Iaſ.in.l.ſi is qui pro emptore.num.





240.ff.de vſucapi. & in.l.1.nu.5.C. de
bono.poſſe.contra tabu. Alex. conſi.
70. viſa legitimatione. nu.9. vol. 2. &
in.d.conſi.2.nu.33.vol.1.Deci. conſi.
52.viſo eleganter.& conſi.366.prode
clarationę.n.4. Hippo.ſingu.303.incip.filiorum appellatione.in fine.Ratio ea potiſsima eſt, nam ob id principaliter huiuſmodi ſtatutũ fuit condi
tum, vt ſeruetur agnatio, nomen, &
91 familia teſtatoris, quæ per filios legiti
mos conſeruatur, vt concludit Alex.
conſi.2.viſis codicilis,nume.37.volu.
1.Ex quo facilè deducitur, notandus
intellectus adpetitionem.100.Madri
tij factam, anno.1534.De cuius intellectu pleniùs ſupra.c.3. diſſeruimus.

92 ¶Decimoquinto ampliat, Authẽticam.ſi qua mulier.C.de ſacroſan. Ec
cle.& Authen.de ſancti.Epiſ.§. ſi qua
mulier. col. 9. &. c. ſi qua mulier.19.
quæſti. vltima. habere locum in filijs
legitimatis, quòd poſt ingreſſum mo
naſterij poterit pater teſtari, & legitimas integras filijs legitimatis relinquere, pro vt.d.iura in filijs ſuis & legitimis diſponũt.Ita affirmat.Iaſ.in.d.
Authẽ.ſi qua mulier.nu.45.& in.l.ſi is
qui pro emptore.n.238.ff.de vſucapi.

93 ¶Decimoſexto, ampliatur, quòd
quemadmodum pater inter ſuos legitimos & naturales teſtatur eos inſtituendo hæredes, cum ſolennitate
duorum tantùm teſtium, iuxta.l. hac
conſultiſsima.§. ex imperfecto. C. de
teſta.l.fin.C.fami.herciſ.l.7.tit. 1. par.
6.ita eodem modo cum eadem ſolen
nitate inter filios legitimatos. Ita Bal.
in.c.de cauſis.de offi. delega.Iaſ.in.d.
l.ſi is qui pro emptore. nume. 237.&
in dict.§. ex imperfecto. in princi. &
in dict. Authen. ſi qua mulier. nume.
46.Fortu.Gar.in.l.Gallus §.idem cre-
94 dendum.nu. 259.ff. de lib.& poſthu.
Quæ omnia de iure noſtro regio minimè procedunt, iuxta tenorem.l.3.
Tauri.vbi eadem ſolennitas in teſtamento inter liberos, quæ in teſtamẽto inter extraneos eſt adhibenda. Per
quam legẽ regiã ſimiliter non proce-
95 dit dictũ notabile Bal.cõſi.396.incip.
quòd ſchedula.volũ.4.quod ſequitur
Alex.conſi.105.ſuper his.n.8.volu.7.
Hippo.in rub.C.de proba.n.274.q. ſo
la ſcriptura priuata ſine teſtibus ipſiꝰ
patris inter ſuos liberos teſtantis, eſt
valida, abſque alia iuris ſolennitate.

96 ¶Decimoſexto ampliatur, in legitimatione obtenta per patrem non
requiri citationem agnatorum vel aliorum, quorum intereſt. Simili modo ſi in teſtamẽto à teſtatore dictum
fuit, quòd poſt eius mortem filius ſpu
rius legitimetur.Bal.& Iuniores.in.d.
l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.num.14.
idem per tex.ibi.in.l.3.ff. de iu. aure.
annu.Bal.in.l.fin.quibus res iudicata
non nocet.& in dict.l.nam ita Diuus.
Iaſ.in.l.2.nu.8.C.de teſta. Deci. conſi.
207.pulchrum dubium.nu.7. Carol.
Ruin.conſi.88.circa legitimationem
nume.14.vol.3.& conſil.225. num.3.
vol.5.hanc dixit eſſe communem opi
nionem.Fran. Curſius Iun.conſil.75.
vol.1.Tiraque.in.l.ſi vnquam.in verbo.ſuſceperit liberos.num.[illegible].C.de re
uocan.dona.Couarru.in.4.de ſponſa.
parte.2.c.8.§.9.numę.8.cum ſequen.
vbi ſingulariter in hoc articulo diſtin
guit, & Ferdi.à Mencha. de ſucceſsio.
97 crea.lib.3.§.26.nume.104. Ratio eſt,
quia cum Princeps in concedendis
priuilegijs ſuo iure vtatur, & in præiu
dicium alterius priuilegium poterit
concedere, à fortiori ergo eo non cita
to, cuius intereſt.l.ſi quando.C.de inoffi.teſtam.&.d.l.nam ita Diuus.c.ne
mini iniuriam facit, de reg.iu.li.6.

98 ¶Decimoſeptimo ampliatur, legitimato inſtitutionis titulo legitimam
eſſe relinquendam. gloſ. communiter recepta. in verbo competere.

in Authẽ. ſi qua mulier. C. de ſacro-
ſanct.Eccle. quam ibi ſequitur Sali-
cet.& Iaſ.nu.18. idem Iaſ. in Authẽ.
nouiſsima.nu.14.C.de inoffi.teſta.
99 ¶Decimooctauo ampliatur, legi-
timationem ritè factam non vitiari,
nec irritari per natiuitatem filiorum
legitimorum & naturalium. Bar. &
Bal.in.l.ex facto.nume.3.ff.de vul.&
pupi.ſubſti. Cynus & Sal.in.l. ſi vn-
quam. C. de reuocan.dona. vbi An-
dre.Tiraque.in verbo.donatione lar
gitus.num.229.hanc fatetur eſſe ma
gis communem opinionem. Abb.in
dict.c.per venerabilem.num.30. De
ci.conſi.307.viſo puncto.num.13.&
100 conſi.576.pro reſolutione.n.5.quod
de iure Regio arbitror non procede
re iuxta tenorem.l.12.Tauri.
101 ¶Decimonono ampliatur, legiti
matum Principis reſcripto.ad retra-
ctum ex lege regia admitti. Tenuit
Matthæ.de Affli.in tracta. iuris pro-
tomiſeos. verſi. item quæro, an con-
ſanguineis.Caro. Moline.in conſue.
Pariſi. tit. 1.§.8.in gl.1.licet cõtrariũ
videatur tenere Tiraquel.in lib.1.de
retra.§.1.glo.8.nu.12. aduerſus quẽ,
& meritò, tenuit Couarru.in.4.par-
te.2.c.8.§.10.nu.3.
102 ¶Vigeſimo ampliatur, legitima-
tionem retrò trahi, tanquam ſi talis
filius ſemper fuiſſet legitimatus.Bar.
in.l.2.nu.10. ff. de vul.& in.l. Gallus.
§. & quid ſi tantum. Anto. de Roſe.
de legitimatione.tit.de legitimatio-
nis effectu.nu.20.Pro qua concluſio
ne eſt.l.fi.ff.de nata.reſti. & cap.2.de
clandeſt.deſpon. &.l. qui in prouin-
cia.in fine.ff.de ri.nuptia.
103 ¶Tigeſimoprimo ampliatur, legi
timatos non ſolùm ad hæreditatem
admitti, ſed etiam ad honores, digni
tates, priuilegiaque paterna: quam-
uis in legitimatione nihil de ijs dictũ
ſit. Noua & ſingularis eſt deciſio.l.
12.Tauri.in fine.reiecta prorſus opi-
nione & declaratione circa hunc ar-
ticulum. Ioa. ab Otallora in tract.de
nobili.2.parte.3.partis.princi.cap.3.
num.4.
104 ¶Vigeſimoſecundo ampliatur, in
ius potronatus ſimiliter legitimatos
ſuccedere.Bal.in.l. eam quã. in fine.
C.de fideicommi.& in cõſi.323.præ-
mittendum.in prin.vol.1. Latiſsimè
Rochus de Cur. de iure patronatus.
in verbo.competens alicui.nume.8.
vbi plures pro vtraque parte ratio-
nes & fundamenta referendo affir-
mat ita fuiſſe iudicatum, legitimatũ
105 eſſe capacem iuris patronatus, cùm
ſuccedat in hæreditate, per conſe-
quens in iure patronatus, quod tran
ſit cum hæreditate.c. cũ Bertoldus.
de re iudi.c.ex literis. de iure patro.
106 ¶Vigeſimotertio ampliatur, ſpu-
rium legitimatum poſt legitimatio-
nem non deberi vocari ſpurium: pe-
rinde enim eſt cenſendus ac ſi legiti
mus conceptus fuiſſet dict.l. qui in
prouincia.§.fi.ibi.perinde ac ſi legiti
mi concepti fuiſſent. Authẽ. quibus
modis natu. effi.ſui.§. adoptionis. &
in.§.tribus.vbi Bar.num.3.col.7. idẽ
in.l.2.nume.10.ff. de vulgari. Bal.in.
l.Imperialis.nume.3. C. de nupti. &
in.l.liberos. C. de colla. Soci. in rub.
ff.de lib. & poſthu. nume.14. Deci.
conſi.207.pulchrum eſt. nu.6. Præ-
po.in dict.c. per venerabilẽ. §. quod
autem. nume.77. Abb. conſil.86.in
quæſtio.quæ vertitur. Anto.de Roſe.
de legitima.ti.de legitimationis effe
ctu.in prin. Hippo.ſingu.273.notiſsi-
mum. Xuarez in.l.quoniam in priori
bus.12.limita.co.2.C.de inoffi.teſta.
Tiraque.in.d.l.ſi vnquam.nu.52.hãc
tãdem fatetur eſſe communem opi
nionẽ Iaſ.in.l. ſi is qui pro emptore.n.
227.ff.de vſu capi.& Couarru.in.4.2.
parte.c.8.§.8.nume.3.& hæc opinio
tenen-



tenenda eſt, quicquid dicat Bald. in
l.generaliter.C.de inſti.& ſubſti.ſub
107 condi.fac. Quòd ſpurius etiam legiti
matus eſt infamis.idem in.c.fi.2.col.
de tranſla. Epiſ. quam refert Hippo.
in. d. ſingu.273. incip. notiſsimum,
quòd ſpurius legitimatꝰ aſsimilatur
homini medicato à morbo, remanẽ
108 te aliqua cicatrice.
109 ¶Vigeſimoquarto ampliatur, ſpu
rium legitimari per ingreſſum reli-
gionis.Bal.in.l.1.in lectu.nu.5. C.de
ſacroſã. Eccle.ſequitur Roma.in Au
thenti.ſimiliter.7.priuilegio. C.ad.l.
Falci. Feli.in. c.teſtimonium.nu.31.
de teſtibus. & in. c. ex tuæ.de ſimo-
nia. Hippo.ſingu. 273.notiſsimum.
& in ſingu. 501. tritum eſt, & in rub.
ff. de fide.nume.160.Anto. de Roſe.
de legitima.lib.3.in fine.vbi id limi-
110 tat, & male, habere locum in filio na
turali tantùm, & non in ſpurio, quod
falſum eſſe cenſeo, nam per ingreſ-
ſum religionis omnis macula tolli-
tur.c.non liceat. 19.quæſt.3. Authẽ.
de Mona.§.humana col.1.ex quo iu
ſtè ac iuridicè à me diebus prçteritis
fuit reſponſum coram Epiſcopo Za-
morenſi, volente monachum illegi-
timum ordinis ſancti Dominici ad
111 ordines promouere, quod prçdictus
monachus nulla diſpẽſatione ad ob-
tinendos ordines etiam presbytera-
tus egebat; quia per ingreſſum mo-
naſterij, vt dictum eſt, profeſsione ſe
quuta, factus eſt legitimꝰ. Quod eſt
notandum ad declarationem. textꝰ
in cap. dilectus, de filijs presby. & in
c.1.eo.tit.lib.6.
112 ¶Vigeſimoquinto ampliatur, Ro
manum Pontificem poſſe aliquem
legitimare, etiã quo ad bona & mu-
nera temporalia obtinẽda inter me-
ros laicos, & in terris Imperij opinio
fuit Ioannis gloſſa. in verbo.habeat.
poteſtatem. in.d.ca. per venerabilẽ.
quam opinionem ſequitur Hoſti.in
ſumma. qui filij ſint legi. §. qualiter.
quæ opinio intelligenda eſt, quãdo
113 diſpenſatio procedit à radice matri-
monij, veluti ſi diſpenſat Papa inter
conſanguineos & alios, inter quos
eſt aliquod impedimentum canoni
cum, ſuper matrimonio contracto,
vel contrahendo, per cõſequens po-
terit diſpenſare cum prole ſuſcepta,
vel ſuſcipienda quo ad temporalia,
& in terris Imperij: vt tenent Abb.
& alij communiter in. d.c.per vene
rabilem.Marti.Lauden.de legitima.
in prin. Bene. de Barzijs de filijs non
legi. na. nu.44. Couarru.in.4.2.par-
114 te.c.8.§.8.nu.4. ſæpe enim quis de a-
liqua re incidenter cognoſcit, cui
nõ permittitur principaliter cogno-
ſcere.l. ſolemus. §. latrunculator. ff.
de iudi. l.interdum. §. qui furem. ff.
de fur.c.de prudentia.de dona.inter
115 vi.& vxo.c.præterea.de offi. delega.
c.ex literis.de iu.patro.cap.cùm Ber-
thol.de re iudi. Ac ita Roman. Ponti
fex, principaliter quo ad hæreditatẽ
& bona temporalia; in terris Impe-
rij legitimare non poterit. Bart.in.l.
cunctos populos.num.41.C.de ſum
ma Trini.& fide Catho. & in Authẽ.
ex complexu.in fin.C.de inceſ.nup.
& in Authen.quibus modis natu. ef-
fi. ſui.§.tribus.nu.10.col.7.vbi ad id
allegat Innocentium. Ioan. Faber.
in.§. fina.num.4.de nup. Alexander
conſi.67.conſideratis his.nume.19.
volu.1.& conſi.3.in his quæ in the-
mate. in prin. volu.5. Decius conſi.
52.viſo eleganter.num.2.Guid.Pap.
deciſio.482.verũ legitimatus. Fran.
Mar. deciſio.841. incipi. quæritur.
circa legatum.in fine par.1. hanc fa-
tetur eſſe communem opinionem
Phili. Corne.conſi.93.primo aſpe-
ctu.volum.2.Tho.Ferra.cau.1.nu.6.
vnde inquit Guiller. Bene.in.d.Rai-
nuntius.

nũtius.verbo.vxorem nomine Ade-
laſiam.nu. 198.de teſta.ita in practi-
ca fuiſſe iudicatum, & quòd Docto-
res tenẽtes contrariam opinionem
116 ſunt Doctores, de placebo domino:
quia à tramite veritatis decedunt,
placendo Principibus. Et quod ho-
die qui Principibus vult placere am-
bulet inter laudem & Placentiam,
& non circa Veronam, vt inquit Ae-
neas Syluius, qui poſtea Papa Piꝰ fuit
nũcupatus, in quadam epiſtola, quã
ſcripſit ad Ducem Ferrarienſem. Ra-
tio dictæ concluſionis eſt, quia Ro-
manus Pontifex, exercitium iuriſdi-
ctionis temporalis in terris Imperij
non habet.c.nouit.de iudic.ca. cau-
ſamquę.in.2.qui filij ſint legi.c.cùm
ad verum.96.diſtinct.Clemẽ. Paſto-
ralis.in fine.de ſenten.re iudi.l.fin.ti
tu. 15.part.4.l.3.&.4.titu.1. lib.3.or-
di.l.7.titu.3 eod.1.lib.ordi.l.fina.tit.
6.lib.3.Fori.quemadmodum Impe-
117 rator in ſpiritualibus etiã inter ſuos
ſubditos non poterit diſpenſare, vi-
delicet quò ad ordines & beneficia
eccleſiaſtica obtinenda. gloſ. 1.in.c.
1.10.diſtinct.Bald. in procem. C. nu.
9.& in.l.cunctos populos.in prin. C.
de ſumma Trinita. & fide Catho. &
in.l.1.nu.4.C.de iu.aureo.anu. Bart.
in. l.ꝗ in prouincia.§.1.ff.de ri.nup.
& in dict. Authẽ. ex complexu.in fi-
ne.& in dict. §. tribus. nu. 10.vbi ad
id allegat glo. in.c.1.56.diſtinct. Ale
xan.in dict.conſi.67.nume.19.volu.
1.Guiller.Bene.in dict.verbo.vxorẽ
nomine Adelaſiam. eſt.l.ſingu.4.tit.
15.part.4.l.fin.titu.6.lib.3.fori.Nam
118 diuiſum Imperium cum Ioue Cæſar
habet.c.lator.c.cauſamquę.in. 2.qui
filij ſint legit.c.ſolitę.de maio.& obe
di.c.ſi duobus.§.fina.de appella. Cle
men. prima.§. porrò de re iudi. Cle-
men.paſtoralis.§.cùm etſi illa. de re
119 iudi. Formas verò legitimationum,
& qualiter in legitimationibus peti-
tio & inſtrumentum ſit conficien-
dum refert.text.quem ibi notat Bar.
nume. 3. in Authen.qui. mo.na.effi.
ſui. §. Si quis igitur.colu.7. Bald.in.l.
eam quam.num.32.C.de fideicom-
miſ.Anton.de Roſe.de legi.lib.3.nu-
me.3.caſti.in.l.12.Tauri.colum.3.in
princi.eſt.l.ſingularis.9.titu.18.part.
3.etſi aliquis aliquod legitimationis
inſtrumentum in iudicio producit,
per conſequens cenſetur fateri, ille-
120 gitimum fuiſſe natum.Bald.per tex.
ibi. in.l.2.in princi.de iu. aure. anu.
quem Paulus & Alexan.in.l.decem.
ff.de verborum obliga.vbi Iaſ.nu.18
ſequuntur.Sed Roma.in.l.1.in prin-
ci.ff.de noui ope.nuntia. affirmat di
ctum Bald.eſſe falſum. Mihi verò o-
pinio Bal.magis, quàm Roma.placet.
Id vnum pro complemento mate-
riæ omittendum non eſt, quod ex
eiſdem cauſis, quibus filius poteſt ex
hæredari, & ex eiſdem legitimatus
121 in priſtinam ſpuritatem poterit re-
uocari. Bald.in.c.1.§.fin.in fine.ſi de
feu.fue.contro.inter domi. & agna.
in vſi. feu. ſequitur Romanus ſingu.
222. incip. vltimò quæritur. Franciſ.
Cremen. ſingu. 19.incip. tu ſcis.Ge-
ral.de Petra ſancta ſing.1.Benedi.de
Barzijs de filijs non legit.num.57.in
fin.Iaſ.in.l.ex hoc iure.num.54.ff.de
iuſti. & iure.& in.l.naturalis.in prin.
ff. de præſcrip.ver.Andre.Tiraquel.
in.l.ſi vnquam.in verbo. donatione
largitus.nu.234. C.de reuocan.do-
na. Caro.Moline.de conſue.Pariſiẽ.
tit.1.§.30.num.3.Pala. Rub.in.c.per
veſtras.§.4.nu.7.fol.87. de dona.in-
ter vi.& vxo. In quo loco ſubdit, ꝙ
122 poſtquã legitimatio fuerit reuocata
non poterit ampliùs concedi, nec
filius iterum legitimari. allegat ad
id Bald. in.l.2. C.de liber.& eorum.
lib.idem tenet Iaſ.in locis modo alle
gatis



gatis, & prædictam concluſionem
de reuocatione legitimationis affir-
mat eſſe communem. Couarru. in
4. de ſponſa. 2. part. c.8.§.2.num.14.
vbi eam intelligit in legitimatione
per reſcriptum Principis, quæ ob in-
gratitudinem poſſet reuocari quo
ad bona paterna, & non quo ad alia,
& quòd aliter ſit in legitimatione
per ſubſequens matrimonium. Idem
tenuit Bene.de Barzijs in.d.tracta.de
filijs non legiti.na.nume.57.vbi ad id
allegat Bald. in dict. c. 1.§.fina.ſupe-
rius relatum.

*SVMMARIVM.*

1 *Iuris prudentia in cauendo, & non decipiendo verſatur.*
2 *Illegitimi ſæpenumero meritis ac virtutibus ſunt præditi.*
3 *Incapax propter ſocium capacem, efficitur capax.*
4 *Hæreditas ſocietati acquiritur.*
5 *Optima cautela inſtituendi ſpurios. d. l. in tempus.ff.de hære.inſti.*
6 *Paria ſunt aliquid fieri tempore permiſſo vel prohibito, dummodo eius effectus in tempus permiſſum conferatur.*
7 *Plures notandæ inſtituendi ſpurios formæ & cautelæ.*

## Cap. XXIIII.

1 QVamuis iuris pru-
dentia in cauendo,
& non decipiendo
verſetur. l.ſi quis ta
bulas.l.fin.ff.de do-
lo. lex enim dece-
ptis, & non decipientibus prouidet.
l.1.C. ſi aduerſus delic.l.2.&.3.ſi mi-
nor ſe maio.dixe.multoties tamẽ filij
2 illegitimi adeò meritis ac virtutibus
ſunt præditi, vt hæreditatem pater-
nam & alia munera habere merean-
tur. Ideo vltra prædictos modos, ſupe
riùs traditos, videlicet ratione alimẽ-
torum & legitimationis, alij plures
modi, ac variæ formæ, atque cautelæ
à iuris profeſſoribus in varijs locis ad
inſtituendos ſpurios referuntur, qua
rum vna præcipua eſt.de tex.in. l.ſi is
3 qui duos.in fin. ff.de libe.lega. Vbi in
ſocietate ſocius incapax, propter ſo-
cium capacem percipit commodum
hæreditatis & legati.ex qua lege Bar.
poſt antiquos ibi ſcripſit formam &
cautelam, vt poſſet pater filio ſuo ſpu
rio bona ſua relinquere, quòd ſpuriꝰ
contrahat ſocietatem cum aliquo a-
mico vel affine, & poſtea ſocium ami
cum vel affinem hæredem inſtituat,
quo caſu bonorum ac hæreditatis ſe-
4 mis, id eſt dimidia pars ad filium ſpu-
rium pertinebit, & alia hæreditatis
dimidia ad ſocium, quia hæredi-
tas ſocietati acquiritur. Ideo vtriuſ-
que communis eſt.l. 3. §.cùm ſpecia-
liter. l. cum duobus. §. idem Pompo-
nius.l. ſi ſocietatem. ff. pro ſocio. &
in.§.manet autem ſocietas.inſti.eod.
tit.l.9.&.10.titu.10.par.5.quam.l.ſi is
qui duos.ad prędictam cautelam alle
gat.Bar.in.l.fi.nu.6.ff.de ijs quibus vt
indig.Bal.in.l.1.nume.16.C.pro ſoci.
Alexã. in.l.3.§.incertam. ff.de acqui.
poſſe.idem & Iaſ.in.l.2.in fin.C.de hę
re.inſti. Anania, & Feli.in.c.2.in.prin
ci.de Iudæ.idem Feli.in.c.1.nume.6.
de præſcrip. Roman. conſi. 43.ad pri-
mum quęſitum.nu.7.Anto.Corſe.in
ſingu. incip. ſpurij. Gabriel Paleo.de
filijs nothis. ca.45.Hippo. ſingu. 180.
& ſingu. 500.incip.tritum.Præpo.in
c. cùm haberet.num. 3.de eo qui du.
in ma. glo. in verbo. En adulterio.in
l.10.titu.5.lib.3.Fori.Pala. Rub.in re-
5 pe.rub.de dona.inter virum & vxo.§.
65.nume.11.

¶ Alia pręterea ſumitur cautela in
ſtituẽdo filios ſpurios de.l.in tempus.
ff.de

ff. de hære. inſti. vbi inquit dicta.l.in tempus capacitatis quis hæres inſtitui poteſt, licet tempore inſtitutionis incapax exiſtat. ex qua lege communiter Doctores notant, patrē poſſe filium ſuum ſpurium inſtituere, ea lege & conditione, ſi legitimabitur, & quòd talis inſtitutio eſt valida, & facta legitimatione poſt mortem patris, legitimatus ad bona paterna eſt admittendus, legitimis filijs & naturalibus etiam exiſtentibus. prædictā l. ad hanc cautelā refert gloſ. magna, & gloſ. penultima. in.l. 1.ff. de regu. cato. Bald.in.l.1.nu. 17. C.de inſti.& ſubſti.ſub condi.fac.idem & vterque Immo.in.l. Gallus.§. inſtituens. vbi Iaſ.nu. 5. hanc affirmat eſſe communem opinionem. ff. de lib.& poſthu. idem Iaſ.in.l.idem Iulianus.§.fin.nu. 16.ff.de lega.pri.& in.l.diuortio.nu. 8.ff. de verbo. obliga. & Galiaula.in d.l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.nume. 4.idem Iaſ.conſi.117.num. 15.volu.2 Feli.in.c.in præſentia.nume. 25.in fine.de proba. Cæpola cau.38.nunc videamus.in fine. Couarru.in.4.de ſpōſali. par.2.c. 8.§.5.num.12. quia actus cenſetur validus iuxta tēpus, in quod confertur. l. ſi is qui hæres. ff. de vulga.l.ſi ſponſus.§.ſi vxor.vbi Bar.nota. 2.ff.de dona. inter vir.& vxor.l.ſi res æſtimata.ff.de iu.doti.l.ſi ſponſæ.vbi Bal. C.de dona.ante nup.c. de vxore.
6 vbi Abb. nume.4. de ſepulturis. Ideò cùm in tempus capacitatis inſtitutio facta ſit, meritò valida eſt cenſenda. Paria enim ſunt, quod aliquid fiat tēpore permiſſo, vel fiat tempore prohibito, dummodo eius effectus conferatur in tempus permiſſum per iura modo relata, &.l.ſi quis inſtituatur hæres. ff.de hæredi.inſti.vbi.l.inquit hiſce verbis, ſi quis inſtituatur hæres in diem certum vel incertum, is bonorum poſſeſsionem agnoſcere poteſt, & tanquam hæres diſtrahere hæreditatem. Vbi Bald. per tex.ibi affirmat, quòd ſpurius inſtitutus ſub conditione prędicta, pendente adhuc cōditione, poterit petere bonorū poſſeſsionem ſecundum tabulas, & eſt mittendus in poſſeſsionem, & hæreditaria bona adminiſtrare, & omnia agere poterit, quæ quilibet alius hæres inſtitutus ſub cōditione. Idē Bal. Alex.& Areti.in.d.§.inſtituens.& Pala. Rub.in rub. de dona. inter virū &
7 vxo.§.29.num.3.&.4. quòd eſt notandum. aliam cautelam inſtituendi ſpurios. ſcripſit Bal.in.l.2.per text.ibi.C. de hære. inſti. & aliam in.l.3.§.1.ff.de lib. & poſthu.& tres cautelas refert idem Bald.in conſi.146.incip. titulus Principis. num.6.&.7.vol. 1.& conſi. 131. volu. 3. quatuor cautelas refert Bar.in.l.fin.num.6. ff. de ijs qui.vt indig.Roma.conſi.43. ad primum quæſitum.in fine. Alexander in. l.etſi pepercerit. nume.3.&.4. ff. de liberis & poſthumis.& cōſi.2c2. perſpectis verbis.volu.6. Quinque alias cautelas refert gloſ. ſingu. in verbo. En adulterio.& in verbo. En parieta.&.12.cautelas in hoc cōgeſsit Cæpolla cau. 38. incip. nunc videamus. & Tho. Ferra. cau. 41.incip. Doctores conantur. & Galden.in arte teſtandi.tit.1.cau.14. fol.23. Gabriel Paleot.de filijs nothis. ca.45. de quarum veritate videndus eſt Ioan.de Plate.in.l.1.de delato.lib. 10.Albe.in.l.humanitatis.C.de natu. lib.Corſe.in ſingu.incip.Spurij.Rolā. in floribus vltimarum voluntatum. rub. 19.fol.21.Mar.Anto.in.§.hæres. inſti. de hęre.inſti.Syluester in verbo filij. quæſt.4. Carolus Rui.conſi.139. nume.9.volum.5.Ioan.Neui.in ſylua nuptiali. 6. in conue. fol. meo lib.18. Segu. in.l. cohæredi.§.cùm filiæ.nu. 122.cum ſequen.ff.de vulga.Pau.Pari.conſi.11.num.10.volu.2. Pala.Rubeus



beus in.d.rub.§. 29.nu.4.&.§.65. nu. 11. Couarru. in. 4.de ſponſa.parte.2. c.8.§.5.nu.11.Xuarez.in.l.1.tit.6. nu. 22.lib.3.Fori.Grego.Lopez in.l.19.titu.3.parte.6.&Gloſſator ordi.in.l.22. tit.3.lib.1.ordi.

*SVMMARIVM.*

1 *Propter benemerita filij ſpurij aliquid ei vltra alimenta à patre relinqui poſsit.*
2 *Merita non præſumuntur, niſi probentur*
3 *Donatio ſeu vēditio inter perſonas à iure prohibitas, eſt nimis ſuſpecta.*
4 *Merita ſint æqualia rei donatæ.*
5 *De obligationibus remuneratorijs remiſsiuè.*

# Cap. XXV.

1 IVxta prædictam materiā minimè omittendū eſt, quòd propter merita filij, vltra alimenta pater aliquid filio ſpurio in vita, aut in morte poſsit largiri. Ita inquit Bald.in conſi.406.col.2. vol.1. Carolus Rui.conſi.124.vol. 1.in principi.Gabriel Paleo.de filijs nothis.c.45. num.12 ſequitur Tiraquel.in.l.ſi vnquam.verbo.donatione largitus.nume.21.C.de reuocand.donati.allegādo Ioan. Andre. in Spe. de ſucceſsio. abinteſtato.§.1. Id ſanè intelligendū eſt, ſi de bene meritis ac beneficijs filij conſtat: neque in hoc ſtandum eſt
2 aſſertioni patris dicentis, benemerita pręciſe, vel aliquid à filio recepiſſe. nam merita debēt probari, neq; præſumuntur, etiam ſi dicantur. gloſ. Singu.in verbo. poſtulas.in.l.ſi donatione.C.de colla.quam ibi. Doctores ſe-
3 quuntur. Donatio enim facta inter perſonas à iure prohibitas, eſt nimis ſuſpecta, & præſumitur in fraudem facta, niſi de veritate conſtet.l.qui teſtamentū.ff.de proba.l.ſi fortè. vbi Barto.ff.de caſtrē. pecu.& prædicta gloſ. in.d.l.ſi donatione procedit, etiam ſi pater exprimat ſpeciem & qualitatem meritorum cum iuramento, requiritur quòd probentur merita, &
4 ſint æquiualentia & æqualia rei donatæ. tex.ſingu.in cap.relatum.in.2. de teſta. ibi. iuxta ſeruitij merita.Bal. in.l.iubemus.in.2.num.4.C.de ſacroſanct.Eccleſi.& in.l.illud.vbi Salicet. C.eod.titu.Matthæus de Afflict.deci
5 ſio. 102. incip.legatū. Quòd optimè conducit ad obligationes remuneratorias, ſeu antidotales, & earum effectus, de quibus in.l.ſed etſi lege.§.cōſuluit. ff. de peti.hære.& in.l. Attilius Regulus. ff.de dona.18. effectus ſcripſit. Iaſ.in.l.ex hoc iure.num.53.cum ſequen. ff. de iuſti. & iure. glo.& Docto.in.c.cùm in officijs.de teſta.optimè Palacius Rube.in rub. de dona. inter vir.& vxo.§.50.

*SVMMARIVM.*

1 *De ſucceſsione ſpuriorum quo ad bona materna.*
2 *Filij ſpurij etiam ex damnato coitu matribus etiam illuſtribus olim ſuccedebant.*
3 *Spurij reſpectu matris inuicem ſunt cognati.*
4 *Reges, Marchiones, & Comites dicuntur illuſtres.*
5 *Conſiliarij Principis dicuntur etiam illuſtres.*
6 *Reprehenditur conſuetudo, quæ in Hiſpania verſatur.*
7 *Illuſtres per alios ſententias proferunt.*
8 *Conſiliarius Principis, pars corporis eius eſſe cenſetur.*
9 *Qui Silentiarij vocentur.*
10 *Doctores dicuntur illuſtres.*
11 *Quando Doctor efficiatur Dux & Comes.*
12 *Maior caſtitas in mulieribus illuſtribus, quā in alijs requiritur.*
13 *Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe crimē habet, quāto qui peccat maior habetur.*

*Verus*

14 *Verus ſenſus ad.l.ſi qua illuſtris.*
15 *Iura noua, ſecundum iura antiqua ſunt intelligenda.*
16 *Iura iuribus concordanda ſunt.*
17 *Legum correctio inducenda non eſt.*
18 *Spurij de iure Authenticorum qualiter matribus ſuccedant.*
19 *Filij ex damnato coitu geniti, omni prorſus legis beneficio carent.*
20 *Lex noua Tauri ius commune corrigit.*
21 *Illegitimi de iure Regio, cum legitimis matribus non ſuccedunt.*
22 *Illegitimi ex damnato coitu, de iure etiam Regio, non ſuccedunt.*
23 *Non erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ.*
24 *Illegitimi conſanguineis maternis non ſuccedunt, legitima prole exiſtente.*
25 *Per medium inhabile impeditur acquiſitio extremorum, & nu.49.*
26 *Illegitimi an ſibi inuicem ſuccedant.*
27 *Matthæi de Afflictis opinio reprehenditur.*
28 *L.ſi qua illuſtris.per.l.9.Tauri corrigitur.*
29 *Filius adulterinus, neque ex teſtamento, neque abinteſtato, matri ſuccedit.*
30 *Pœna adulterij, reſpectu vxoris, eſt pœna mortis.*
31 *Verus ſenſus ad nonnulla iura Regia.*
32 *De iure communi adultera nõ patiebatur pœnam mortis.*
33 *Natus ex adulterio & inceſtu, ſimul de iure etiam communi, matri eſt inſucceſsibilis.*
34 *Intellectus ad.l.1.tit.15.lib.8.ordina.*
35 *Tellius Fernandez meritò reprehenditur.*
36 *De iure Regio, filij ex damnato & punibili coitu, quintæ partis bonorum patris ſunt capaces.*
37 *Filius inceſtuoſus matri non ſuccedit.*
38 *Filius ex proprio ſeruo genitus eſt inſucceſsibilis.*
39 *Relictum pro alimentis, pleno iure, ad filium pertinet.*
40 *Filij illegitimi, dummodo ex damnato & punibili coitu non ſint, ex teſtamento & abinteſtato matri ſuccedunt.*
41 *Filij illegitimi habent aduerſus teſtamentum querelam.*
42 *Præterito matris pro exhæredatione habetur.*
43 *Nepotibus & pronepotibus competit etiã prædictum remedium.*
44 *Liberorum appellatione nepotes comprehenduntur.*
45 *Filiabus etiam ſpurijs eadem competunt remedia.*
46 *Spurij ad ſucceſsionem cognatorum abinteſtato vocantur.*
47 *Excluſa radice, quicquid ex ea oritur, videtur eſſe excluſum.*
48 *Quando ſucceſsio in capite non habet principium, vlterius progredi non poteſt.*
49 *Per medium inhabile extrema non coniunguntur.*
50 *In legibus correctorijs ex identitate rationis, non fit extenſio.*
51 *Interpretatio intellectiua & virtualis nunquam cenſetur eſſe excluſa.*
52 *An ſpurius ſubſtitutum excludat.*
53 *Inſpecta lege naturali, nullum eſt inter legitimos & ſpurios diſcrimen.*
54 *Teſtator in caſu dubio videtur velle id, quod iura diſponunt.*
55 *Teſtator præſumitur diſponere, ſecundum id quod ius diſponit.*
56 *Spurij reſpectu matris dicuntur de eius genere & cognatione. & nume.68.*
57 *Soboles illegitima teſtatori, eiuſque generi eſt ignominioſa.*
58 *Maior caſtitas requiritur in fœminis, quàm in maſculis.*
59 *Natiuitate poſthumi ſpurij rumpitur teſtamẽtum maternum.*
60 *Præteritio materna pro exhæredatione habetur.*
61 *Omnia bona materna, deducto quinto filiorũ ſpuriorum, ſunt legitimæ.*
62 *Spurij bona materna in fraudem alienata reuocare poſſunt.*
63 *Spurij à matre ſunt inſtituendi.*
64 *Spurijs legitima materna ſine grauamine ac conditione debetur.*
65 *Spurijs legitima debetur, nullo etiam ab eis facto inuentario.*
66 *Mater inter ſpurios cum ſolennitate duorum tantùm teſtium teſtatur.*



67 *Spurius ad ius retractus admittitur.*
68 *Spurius matris reſpectu eſt de eius genere, cognatione, & familia.*
69 *Ius retractus ſequitur per omnia ius ſucceſsionis.*
70 *Spurius in ſucceſsione materna aſcendentes, & cognatos excludit.*
71 *Naturales tantùm matribus etiam illuſtribus ſuccedunt.*
72 *Verus ſenſus ad.d.l.ſi qua illuſtris.*
73 *Antonius Gomezius maxima cum ratione reprehenditur.*
74 *Spurius in ſucceſsione materna marito & fiſco præfertur.*
75 *Spurius ex coniugato & ſoluta matri ſuccedit.*
76 *Spurius vt matri non ſuccedat, requiritur vt ea ex eo concubitu pœnam mortis mereatur.*
77 *Spurius in ius accuſandi parentum mortem ſuccedit.*
78 *Affectio circa filios etiã naturales verſatur.*
79 *Spurios vterinos inuicem inter ſe abinteſtato ſuccedere.*
80 *Fratres ex teſtamento non ſunt legitimi hæredes.*
81 *Matres ad tutelam ſuorum filiorum admitti.*
82 *Is admittitur ad tutelam, qui ad ſucceſsionẽ.*
83 *An naturales in iudicio ſine mandato admittantur.*

# Cap. XXVI.

1 HActenus de ſucceſ-
ſione ſpuriorũ quo
ad bona paterna,
eorumque alimen
tis & legitimatio-
ne pleniſsimè tra-
ditum eſt, reliquum eſt vt de ſucceſ-
ſione materna tã ex teſtamento, quã
abinteſtato iura digeſtorum, codicis
authenticorum, & regni videamus.
De iure verò digeſtorum filij ſpurij
2 ex quocunque etiam damnato & pu
nibili coitu nati, ex teſtamento & ab
inteſtato, ſimul cum filijs legitimis &
naturalibus, matribus ſuis etiam illu-
ſtribus ſuccedebant. l. hac parte. l. ſi
ſpurius. l. modeſtinus. ff. vnde cogna.
l. 1. §. ſed & vulgo quæſiti. ff. ad ſena.
conſult. Tertu. l. ſi ſuſpecta. ff. de in-
offi. teſtamẽ. §. nouiſsimè. vbi optima
gloſ. inſti. ad Orfi. §. vulgo quæſitos.
inſti. de ſucce. cognato. ac ita prædi-
cta iura intelligit glo. in verbo. cũ le-
gitimis. in. l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfi.
glo. in. d. l. ſi ſuſpecta. Et clariùs gloſ.
in. d. §. nouiſsimè. Soci. conſi. 148. me
mini iam. vol. 1. Optimè Caſti. in. l. 9.
3 Tauri, in fine. rationem ſcripſit dicta
l. hac parte. ibi. quia ſunt inuicem ſibi
cognati. De iure verò codicis, ſpurios
matribus ſuis illuſtribus iuſtis liberis
exiſtentibus, neque ex teſtamento,
neque abinteſtato ſuccedere indubi
tatum eſt. l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfi.
l. fin. tit. 14. par. 4. l. 11. tit. 13. par. 6. per
4 ſonæ illuſtres dicuntur Reges, Mar-
chiones, Comites, aliæque perſonæ
in magna dignitate conſtitutæ: quas
refert tex. in Authẽ. vt ab illuſtribus,
& qui ſuper eam dig. ſunt. col. 5. l. qui
cunq;. C. de procu. l. vnica. C. de prę─
po. labo. lib. 12. fi. tit. 14. par. 4. & con-
5 ſiliarij Principis dicuntur illuſtres. l.
quiſquis. vbi Ange. C. ad. l. iuli. maieſ.
Iaſ. in. l. 1. num. 10. ff. de offi. eius cui
manda. eſt iu. & in. l. quidam cùm fi-
lium. num. 36. ff. de verbo. obliga. Ale
xan. conſi. 94. conſideratis his. nume.
2. volu. 1. ex quo deducere poſſumus
6 non eſſe iuridicam conſuetudinem,
quæ in tota Hiſpania verſatur, quod
conſiliarij & auditores Regij per ſe-
ipſos, & per alios ſententias proferãt,
7 cùm ad id de iure, vtpote illuſtres nõ
teneantur. l. 2. C. de ſenten. ex breui.
reci. c. fi. de ſentent. & re iudic. lib. 6.
l. 4. titu. 22. par. 3. niſi prædicta iura in
Conſiliarijs ſupremi Senatus tantùm
8 intelligantur, qui Regij Conſiliarij
partes

partes corporis Principis eſſe cenſen
tur, vt inquit.d.l.quiſquis, & alio no-
mine in iure Silentiarij vocantur, eo
9 quòd Principis ſecreta ſeruare ſunt
obnoxij, vt in rubro & nigro.C.de Si-
lentiarijs,& Decurio eorum. lib.12.l.
iuriſperitos.ff.de excuſa.tuto. gloſ.in
verbo deponere. in.l.verum. §.ex fa-
cto.ff.de mino. Doctores ſimiliter di-
10 cuntur illuſtres in rub.procemij.ff.ve
teris.vbi Barto.nume.12.idē in proœ
mio.C. nume.10. Et quando Doctor
11 tempore viginti annorum publicè
in ſcholis legiſſet, tunc efficitur Dux
& Comes.l.vnica.vbi.gloſ.& Bart.C.
de profe.qui in vr.Conſtan.lib.12.idē
Bar.in.l.ex eo tempore.nume.4.ff.de
teſtamē.mili.Ioan.Faber & Ange. in
proœ. inſtitu.Iaſ.in.l.1.num.11.ff.de
offi.eius,cui man.eſt iu.Abb. in rubr.
proœ. decreta. nume.6. & in.c.cleri-
ci.nume.3.de iudi.& in ca. propoſui-
ſti. nume. 15. de proba.& in.c.capel-
lanus.in prin.de ferijs.Andre.Sicu.in
c.fi.col.fin.de offi.delega.Paris de Pu
tur, vel diminuitur. Authen. nouiſsi-
ma. C. eo. titu. Autenti. de trien. & ſe-
5 mi. §. 1. colu. 3. l. 17. tit. 1. par. 6. & de iu
re recentiori regio omnia bona pa-
rentum, præter quintum in ſucceſ-
ſionẽ ex teſtamento ſunt filiorum le
gitimæ. l. 9. titu. 5. libr. 3. Fori. l. 7. titu.
12. libr. 3. Fori. Quæ leges hodie ſunt
approbatæ per legẽ. 28. Tauri. Quod
aliter eſt in legitima parentum, quæ
de iure Authenticorũ eſt tertia pars
bonorum filij. Authenti. de trien. &
ſemi. §. 1. gloſ. vbi Bald. & alij. in dicta
Authenti. nouiſsima. glo. in. l. Panto-
nius. ff. ſi quis à paren. fue. manu. l. 8.
tit. 13. part. 6. ac de iure nouiſsimo re-
gio omnia filiorũ bona, ſunt parentũ
6 legitimæ, præter tertiũ. l. 6. Tauri. de
qua latiùs à me ſupra. c. 3. ſcriptũ eſt.
ex quibus omnibus apertè cõſtat di-
uerſitatem de vtroq; iure communi,
& regio inter has ſucceſsiones eſſe.

¶Secunda differentia eſt, filijs le-
7 gitimam eſſe debitam de iure natu-
rali. l. cum ratio. ff. de bo. damna. l. fi-
na. C. quorum bono. l. ſcripto hære-
de. in fine. ff. vnde libe. l. fina. §. ipſum
autem. C. de bon. quæ libe. cap. Rai-
nuntius, de teſta. l. 2. tit. 1. par. 1. l. 2. ti-
tu. 19. par. 4. l. 17. tit. 1 par. 6. cum alijs.
plenius à me ſupra cap. 7. relatis. Sed
legitima parentum in bonis filiorum
non de iure naturali, ſed de iure ciui-
li debetur: vt inquit Bald. in. l. de emã
cipatis. C. de legi. hæred. & in. l. quam
uis, in fine. C. de fideicommi. Bart. in
l. Si quis à liberis. §. parens. ff. de libr.
agno. glo. in verbo. Padre. in. l. 1. titu.
6. lib. 3. Fori.

¶Tertia differentia eſt, filijs legiti
8 mam inſtitutionis titulo, & non alio
quouis titulo eſſe relinquendam. Au
then. vt cum. de appella. cogno. §. il-
lud quoque capitulum. colu. 8. glo. &
Docto. in dict. Authent. nouiſsima. l.
5. titu. 8. part. 6. & eſt communis opi-
nio, vt conſtat per ea, quæ diffuſè à
me ſupra cap. 8. ſcripta ſunt. Quod ſe
cus eſt in parentum legitima, vt affir-
mat Bar. in. d. Authen. nouiſsima. nu.
4. & in. l. Siue libertus. §. excluditur.
ff. de iure patro. glo. in. l. 1. §. 1. ff. Si qs
à paren. fue. manu. Sed in hoc Barto.
9 communiter reprehenditur, vt affir-
mant Bald. & Alexan. in. l. 1. C. de bo-
no. poſſe. cõtra tabu. & Iaſ. in dict. Au
then. nouiſsima. nu. 37. Barba. in. l. cũ
acutiſsimi. nu. 51. C. de fideicommiſ.
Xua. in. l. quoniam in prioribus. 16.
amplia. C. de inoffic. teſta. Pala. Rub.
in. l. 6. Tauri. nu. 3. & ſupra à me latiùs
dictum eſt. cap. 29. amplia. 9.

10 ¶Quarta differentia eſt, filiorum
legitimam ſtatuto, lege, conſuetudi-
neve tolli non poſſe. Dinus in regu.
indultum. de regu. iur. lib. 6. Bar. in. l.
Titio centum. §. Titio genero. nu. 6.
ff. de condi. & demonſtra. Abb. in. c.
fi. nu. 23. de conſue. cõmuniorẽ opi-
nionẽ eſſe affirmat Iaſ. in. d. Auth. no
uiſsima. nu. 56. Pala. Rub. in. c. per ve-
ſtras. §. 4. num. 3. fol. 87. de dona. inter
vi. & vxo. q; ſecus eſt legitima paren-
tũ. Quæ legitima lege, conſuetudine,
vel ſtatuto in totũ tollitur. Bal. in. l. 1.
§. ius naturale. ff. de iuſti. & iure. Ang.
cõſi. 103. hanc affirmat eſſe cõmunẽ
opinionẽ. Cor. cõſi. 107. hac cõſulta-
tione. in prin. vol. 2. pro qua aſſertio-
ne communi eſt. d. l. 6. Tauri, quæ fo-
rum municipalem de Sepulueda ex-
cludentem aſcendentes à ſucceſsio-
ne deſcendentiũ expreſsè approbat.

11 ¶Quinta differentia eſt, quod fi-
lius in vita patris dicitur dominus re-
rum patris. l. in ſuis. ff. de libe. & po-
ſthum. §. Sui. inſtitu. de hære. quali. &
diffe.



diffe. l. 21. titu. 3. par. 6. Bart. in rub. nu
me. 5. ff. de peculio. Vnde inquit glo.
& ibi. Archi. in cap. fina. 24. quæſt. 1.
Bald. & Iaſ. in. d. l. in ſuis. num. 9. quod
filius Regis, viuente, patre vocatur
Rex, & filius Comitis eo viuente di-
citur Comes. Sed pater non dicitur
dominus bonorum filiorũ, vt inquit
expreſsè Bald. in. l. fina. nume. 5. C. de
pact. eſt. l. nam etſi parentibus. ff. de
inoffi. teſta.

12 ¶Sexta differentia eſt, teſtamen-
tum, in quo filij hæredes ſunt inſtitu-
ti cum ſolennitate duorum tantùm
teſtium eſſe validum. l. hac conſultiſ-
ſima. §. ex imperfecto. C. de teſta. l. fi-
na. C. fami. herciſ. l. 7. titu. 1. part. 6.
Quod ſecus eſt in teſtamentis à filijs
factis, in quibus eorum patres hære-
des ſunt ſcripti. Quod ſolennitas ſe-
ptem teſtium in eis eſt neceſſaria, vt
in dict. l. hac cõſultiſsima. §. Si quis au
tem. Vbi Bald in princi. idem & Salic.
in dict. l. fina. Idem Bald. in. l. Si qua il-
luſtris. nu. 7. C. ad Orfi. Iaſ. in dict. § ex
imperfecto. nume. 4. & in. d. Authen.
nouiſsima. nume. 40. Idem Iaſ. in. l. Si
qua mulier. nu. 34. C. de ſacroſan. ec-
cle. & in. l. Si emancipati. num. 27. C.
de col. & in. l. filium quem habentẽ.
nume. 9. C. fami. herciſ. Xua. in dict. l.
Quoniam in priorib⁹. amplia. 16. nu.
13 6. Sed hodie quo ad prædictam ſolen
nitatem nullum eſt in teſtamento in
ter liberos, & extraneos, diſcrimẽ per
l. 3. Tauri.

14 ¶Septima differentia eſt, quo ad
ſucceſsionem deſcendentium ſoli li-
beri, & non collaterales, nullaque in-
terpoſita perſona admittuntur. Au-
then. de hære. abinteſta. veni. §. 1. col.
9. Authent. In ſucceſsione. C. de ſuis,
& legi. lib. l. inter cætera. ff. de libe. &
poſthum. l. 3. titu. 13. part. 6. l. 5. titu.
6. par. 1. Quod longe aliter eſt, quan-
do agitur de ſucceſsione deſcenden-
tium, quod de iure communi paren-
tes ſimul cum fratribus & ſororibus
filij mortui ſuccedũt. Authen. defun-
15 cto. C. ad Tertul. & in. d. Authent. de
hære. abinteſta. veni. §. conſequens. l.
4. titu. 13. part. 6. l. 6. titu. 6. libr. 3. Fori.
Quæ omnia de iure recentiori regio
ſunt correcta per. l. 6. & . 7. Tauri.

16 ¶Octaua differentia eſt, quod fili⁹
fideicommiſſo grauatus vltra ſuam
legitimam quartam Trebellianicam
detrahere poteſt, cap. Rainuntius. in
fin. Vbi gloſ. in verbo. legitimã. de te
ſta. gloſ. in verbo. Trebellianicæ, in. c.
Si pater. eod. titu. lib. 6. Bald. & Ange.
in. l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de in
offici. teſta. Idem Bald. in. d. l. filium
quem habentem. nu. 27. & in. l. quan
quam in prin. C. ad. l. falci. dicẽs, quod
filius legitimam detrahit, vt ſuus. Et
Trebellianicam, vt quilibet alius ex-
traneus hæres. Iaſ. in Authen. res quę
nume. 3. C. commu. de lega. Vbi tri-
pliciter id limitat. Idem Iaſ. in dict. l.
filium quem habentẽ. nu. 9. in fi. Vbi
hanc teſtatur eſſe communem opi-
nionem. Sed pater alijque aſcenden-
tes vnam tantùm partem detrahũt.
Bald in. l. Si à milite. §. fi. ff. de teſta. ſe-
quitur Iaſ. in dict. l. filium quem habẽ
tem. nu. 9. & in. d. l. Si qua mulier. nu.
35. & in. d. Authen. nouiſsima. nu. 39.
& in. l. qui ſe patris. nu. 62. C. vnde lib.
Alexand. in. l. in ratione. §. quod vul-
go. ff. ad. l. Falci. Xua. in. d. l. Quoniam
in prioribus. 16. amplia. nu. 6. contra
Cuma. & Ange. in. d. l. ſi à milite. §. fin.

17 ¶Nona differentia eſt, filios pro-
pter. 14. cauſas à iure expreſſas, à parẽ
tibus iuſtè exhæredari poſſe. Authen
ti. vt cum. de appella. cogno. §. cauſas
autem iuſtas, col. 8. Authẽ. non licet.
C. de lib. præte. vel exhęre. gloſ. fin. in
§. fin. inſti. de inoffi. teſta. glo. magna.
in cap. Quintauallis. de iureiu. l. 4. 5. &
6. tit. 7. par. 6. Sed parentes propter. 7.
tantum

tantum cauſas à filijs exhæredantur.
Authen.vt cum de appella. cogno.§.
& hoc quidem.col.8.Authenti. inte-
ſtato.C.ad Tertu.glo.in.d.Authenti.
non licet,alia in.d.§.fin.inſti.de inof-
fi.teſta.l.11.tit.7.par.6.

18 ¶Decima differentia eſt in caſu.l.
fina.C.de repudi.hæredi.ſecundum
Bal.ibi.nu.5.dicentem, deciſionem il
lius legis locum non habere in aſcen
dentibus repudiantibus, quod ſecus
eſt in filijs: quibus delata eſt hæredi-
tas, quod intra annum eſt locus pœ-
nitentiæ ſecundum diſtinctionẽ præ
dictæ legis finalis. Idẽ tenet ipſemet
Bald.in.l.nõ iuſtam.in fine.C.ad Tre
bel.Sequitur Xua.in dict.l.Quoniam
in prioribus.16.ampli.nu.6.

19 ¶Vndecima differentia eſt, quod
quando filij ſunt à parentibus graua-
ti, vt poſt mortem alicui hæreditatẽ
reſtituant, intelligantur grauati,etiã
ſi id non exprimatur, ſi ſine filijs de-
ceſſerint.Quia non eſt veriſsimile te-
ſtatorẽ voluiſſe alienas ſucceſsiones
proprijs anteponere.l.cum auus.ff.
de condi.& demonſtra.l.cum acutiſ-
ſimi.C.de fideicommi.l.generaliter.
§.cum autem.C.de inſti.& ſubſti.ſub
condi.fac.l.10.titu.4.par.6. quod ali-
ter eſt in parentibus à filijs inſtitutis,
vt poſt mortem,parentes alicui reſti-
tuant hæreditatem.glo.in.l.ex facto.
§.Si quis rogatus,in primo.ff.ad Tre-
bel.Bart. in dict.l.cum auus.nume.2.
vbi Ioan.de Imola. & Socin.nume.7.
Fulgo. in dict.§.cum autem.Alexan.
in.d.§.Si quis rogatus.glo.in.l.10.tit.
4.part.6.hanc fatetur eſſe communẽ
opinionem Barba.in dict.l.cnm acu-
tiſsimi. nu.45.Quamuis ipſe nitatur
tenere contra communem,quam cõ
munem ſequitur Xua.in.d.l.Quoniã
in prioribus.16.ampli.nu.4.

20 ¶Duodecima differentia eſt, col-
lationem locum habere in ſucceſsio-
ne filiorum. Videlicet quando inter
ſe filij ſuccedunt.Authen.ex teſtamẽ
to.C.de col.l.filiæ dotem.C.eo.titu.l.
4.&.5.titul.15.part.6.l.29.Tauri. Sed
quando parentes filijs ſuccedunt, in-
ter eos collationi locus non eſt.Bald.
.in.l.Si emancipati.num.3.C.de col-
la.& in rubr.in fine.C. eo.titu.& in.l.
quoniam nouella.nu.4.C.de inoffic.
teſta.Pau.Roma. Alexan.& commu-
niter alij in.d.l. Si emancipati.Iaſ.in
dict. Authent.nouiſsima.nu.41.& in
Authen.Si qua mulier,nu.39.C.de ſa
croſan.eccle.& in.l. filium quem ha-
bentem.nu.10.C.fami.herciſ.Xua.
in.d.l. Quoniam in prioribus.nu.7.&
21 iſta eſt communis opinio contra An-
ge.in.l.vt liberis. in fine.C.de colla.
Qui communiter reprehenditur ſe-
cundum Alexan.& alios ſuperius re-
latos.

22 ¶Decimatertia differentia eſt, q;
filij in Falcidiam ſeu Trebellianicam
fructus non computant.l.Iubemus.
C.ad Trebel.l. Scimus.in fine.C.de
inoffi.teſta.l.quod de bonis.§.quod
auus.ff.ad.l.Fal.glo.1.in.l.in fideicõ-
miſſariam.ff.ad Trebel. Quod ſecus
eſt in parentibus. Bart.in.l.filiusfami
lias in fine.Quem ibi Ange.& vterq;
Imola ſequũtur.ff.ad.l.Falci.Alex.in
d.l.in fideicommiſſariam. Iaſ.in.l.qui
ſe patris.in fi.C.vnde lib. Barba.in.d.
l.cum acutiſsimi.num.44.Xua.in.d.l.
quoniam in prioribus.16.amplia.nu
mero.5.

23 ¶Decimaquarta differentia eſt,
quo ad alimenta, ius enim alendi fi-
lios à iure naturali deriuatur.l.1.§.ius
naturale.ff.de iuſti.& iur.in prin.in-
ſti.eo.titu.l.Scripto hærede.ff.vnde
lib.l.eas obligationes.ff.de cap.dimi.
24 l.2.titu.7.par.2.Educatio verò paren
tum non eſt de iure naturali.Bar.in.l.
Si quis à liberis.§.parens.ff.de lib.a-
gno.Bald.in.l.de emancipatis.C.de





legi.hære.Roma.conſi.32.incip.viſa
municipali.Deci.in.l.Iura ſanguinis.
in fine.Gabri.Paleo.de lib.nothis.ca.
46.Vnde ſi aliquis pauper patrẽ & fi-
liũ habet diuites,potiùs à patre,quàm
25 à filio eſt alendus.Bart.in.l.nam quẽ-
admodũ.de lib.agno.Petrus de Ra-
uen.in alphabeto aureo.in verbo.ali
mẽta,colum.4.& olim lege Solonis
ſancitum erat, filium non debere pa-
tri alimẽta,neq; alia vitę neceſſaria, ſi
à patre nullã viuẽdi artẽ filius accepiſ
ſet.refert Iaſ.in.l.quidam cũ filium.
num.33.ff.de verbo.obligatio.Fortu.
Garcia.in.l.1.§.ius naturale.nu.105.
ff.de iuſti.& iur.Ratio huius differen
tiæ eſt, quia educatio circa parentes
alijs animalibus non cõuenit, quem-
admodũ educatio erga filios. Plinius
verò in lib.10.de naturali hiſtoria,ca.
26 23.refert, quod Ciconiarum filij pa-
rentes ſenes alũt, & eos inter omnia
animalia cognoſcunt, & volandi im-
potentes humeris ſuis geſtant.

27 ¶Decimaquinta differentia eſt, fi
lium hæreditati paternæ renunciare
non poſſe.l.Si quando.§.illud.C.de
inoffi.teſta.l.pactũ dotali.C.de colla.
ca.quamuis pactum.de pact.lib.6. Pa
ter verò hæreditati filij optimè renũ-
ciare poterit.l.1.§.Si vel parens.ff.Si-
quis à parẽ.fue.manu.glo.magna.in.
d.l.pactum dotali.glo.in verbo.lex ci
uilis.in.d.c.quamuis pactum.Bal.in.
l.quamuis.in fine.C.de fideicommiſ.
Paulus Caſtren.in.l.2.in prin.& in.l.
28 in ratione.ff.ad.l.falcid.Et hanc arbi-
tror eſſe veram opinionem, contra
quam cõſuluit Xuar.vt ipſe affirmat
in.dict.l.quoniam in prioribus,in.16.
amplia.num.3.&.10.

29 ¶Decimaſexta differentia eſt, fi-
lios iniuſtè exhęredatos querelã non
præparatam tranſmittere.l.ſi pater.
in,1.l.ſcimus, in fine.l.ſi quis filium.
C.de inoffi.teſt.glo.& Doct.in.l.cùm
mota.C.de tranſa.Sed parẽtes exhæ-
redati querelam ad ſuos non traſmit-
tunt.Et affirmat Ange.in.l.nam ex
his.ff.de inoffi.teſta.Iaſ.in.d.l.ſi quis
filium.Xua.in.d.amplia.16.nu.8.Ca
ſti.in.l.24.Tauri.Bernar.diez de Lu-
co,in regu.635.incip.querela etiam
non præparata.limi.2.

30 ¶Decimaſeptima differentia eſt,
quòd filij,ſeu nepotes, & alij deſcen-
dẽtes ad hæreditatẽ ſuorũ aſcenden-
tium in locum ſuorum parẽtum per
repræſentationẽ vocantur.l.ſed etſi
cõditioni.§.nepotes.ff.de hęred.inſti
tu.l.1.§.ſciendum.ff.de ſuis & legi.hę
red.l.2.C.de legi.hęre.§.cum filius.§.
fin.de hæred.quæ ab inteſ.defe.l.2.&
3.tit.13.par.6.l.9.tit.5.lib.3.fori.l.1.&
7.tit.6.eodem lib.3.fori. Sed patres &
alij aſcendentes in ſucceſsione deſcẽ
dentium ſecundum gradus proximi
tatem ſuccedunt,nulla habita repræ
ſentatione.Ideo pater excludit auũ
maternum, & auus proauum. Itaq;
31 proximior in gradu remotiorem ex-
cludit.Authe.defuncto.vbi gloſſa
in verbo.gradus. Authen.de hæ-
redi.ab inteſt.veni.§.conſequẽs.coll.
9.l.4.tit.13.par.6.Alex.in cõſi.80.vol.
1.& in conſi.115.circa dubitationẽ.
in prin.vol.2. Mattheſi.de ſucceſsi.
ab inteſt.2.ar.principa.nu.4.Caſſane.
in cõſue.Burgun.rub.7.§.6.nu.8.Ro-
landi.Bononiẽſis de ſucceſ.ab inteſta.
nu.8.&.9.Tellius Fernan.in.l.6.Tau
ri.num.16.Et ibi Gome.nu.5.& Xua.
in dict.amplia.16.nu.6.in fine.

32 ¶Decimaoctaua differentia eſt,
quòd filius bona à patre in fraudem
alienata vſque ad ſuam legitimam
reuocat.Bar.in.l.non vſque,& in.l.
hæreditarium.ff.ſi quis à parent.
fue.manu.Abb.in.c.Rainũtius nu.
23.de teſta.Iaſ.in.l.qui ſe patris.num.
62.C.vnde li.& in.l.ait Prętor.§.ſed
etſi quis iureiurando.in prin.ff.de iu-

reiu.& in.l. filium quem habentem.
num.9.C.famil.herciſ. & in Authen.
nouiſsima.num.40.C.de inoffi.teſta
Cepola cau.22.incip.pater volẽs. Ale
xan.conſi.47.circa primum.vol.1.De
ci.conſi.231.viſo caſu.num.7.Soci.re
gu.& tres fallentias in hoc ſcripſit, in
regu.350.incip. pater. Ioan. Nico-
la.in.l. generaliter nume.226. C. de
ſecun.nup. Paul. de Monte pico in
Authen. præterea.nume.36.C.vnde
vir & vxor.ſed pater bona à filio alie-
nata etiam in fraudem minimè vſq;
ad ſuam legitimam reuocat. Bar. in.
dict.l.non vſque.per tex.ibi Iaſ.in.d.
l.filium quem habentem.nume.9.&
in.dict.Authen. nouiſsima.num.40.
& in.l. qui ſe patris.nume.62.C. vnde
lib.Barba.in.l.cum acutiſsimi.nu.47.
C.de fideicommi.Xua. in. d. amplia.
16.num.9.vbi latiùs de hac reſcripſit.
33 ¶Decimanona differentia eſt, in
ſubſtitutione exemplari, quæ fit à pa
tre filio mente capto, & non contra.
l.ex facto.ff. de vulga. & pupi. ſubſti.
l.humanitatis. C. de impub. & alijs
ſubſtitu. §. qua ratione.inſtit.de pu
pil.ſubſtitu.l.11.titul.5.part.6. hanc
in ſpecie differentiam ſcripſit Bald.
in. dict.l. humanitatis. num. 42. &
Bart.in.d.l. ex facto.nume.8.vbi Ale-
xand.num.30.hãc eſſe communem
opinionem affirmat.
34 Vigeſima differentia eſt, teſtamen
tum in quo filius eſt præteritus, & nõ
inſtitutus, vel nominatim exhæreda
tus, nullum ipſo iure eſſe.l.vnica.§.fi.
ff.ſi tabulę teſta.nullę exta.l.fi.ff.de li.
& poſthu.& in prin. inſti de exhære.
libe.Quod aliter in præteritione pa-
tris eſt dicendum: quamuis querela,
& contra tabulandi remedium patri
competat.l.filioque.§.1.ff de inof-
fi.teſta.l.illud.§. ad teſtamentum.
ff.de bono.poſſe. contra tabu.Soci.
in.l.cùm auus.num.7.ff. de condi.&
demonſtra. Ratio eſt, quia non ita
hæreditas aſcendentibus ſicut deſcẽ-
dentibus eſt debita.
35 Vigeſimaprima differentia eſt,
quòd filius ad dotãdam matrem etiã
pauperem ad ſecundum matrimo-
nium tranſeũtem compellendus nõ
eſt.Baldus in.l.1.in fine. C. de inoffi-
cio. doti. &. in.l. qui liberos.ff. de ri.
nup.& in.l.1.§.pręterea.ff.de tute.Iaſ.
in.§.fuerat.nu.121.inſti.de actio.Gui
lier.Bene.in ca.Rainũtius, verbo do-
tẽ quã ei dederat.nu.70. de teſta.hãc
eſſe cõmunẽ opinionẽ affirmat & ei⁹
rationẽ refert Tiraquel.in.ll.cõnubia
lib⁹.lege.2.nu.6.quod lõgè aliter eſt
in parẽtibus, qui ad dotãdas filias cõ-
pellũtur.l.qui liberos.ff. de ritu.nup.
l.dotẽ dedit.de colla.bono.l.fi. C. de
dotis promi.l.8.&.9.titu.11.par.4.&
ſuperiùs à me cap.5.latiùs dictũ eſt.
36 Vigeſimaſecunda differentia eſt,
in caſu quẽ ſcripſit Ludo. à Sardis, de
natu.li.rub. de obligatione inter pa-
trẽ & filiũ.nu.4.dicẽs, quòd ad alẽdos
patres ſpurios filij ſpurij nõ ſunt cõpel
lẽdi.Idẽ tenuit Anto.Ca.deciſio.164.
in cauſa Ioãnis.in fine, dicẽs non eſſe
eandẽ rationẽ in alẽdis parẽtibus quę
eſt in alendis liberis ſpurijs, & quia id
in iure nõ reperitur expreſſum, & ꝙ
in educatiõe filiorũ ſpuriorũ ſtatutũ
fuit, vt latiùs ſupra ca.21. à me dictum
eſt, extẽdendũ ad educationẽ parẽtũ
minimè eſt.Quod ſanè nimis durũ eſ
ſe arbitror, niſi prędicta cõcluſio in ne
farijs, & inceſtuoſis filijs intelligatur.
37 ¶Vigeſimatertia differentia eſt,
quod fili⁹ illegitimus beneficiũ ſui pa
tris abſq; legitima diſpẽſatione habe
re nõ poterit.c.præſentiũ.c. ex tranſ-
miſſa.c.Michael.de filijs presby. per
ratiões à me plenius ſupra ca.20.nu.
109.relatas, ſed pater beneficium ſui
filij citra diſpenſationem habere po
terit, vt concludit Petrus Reb.
in pra-



in praxi beneficiali.titu. de diſpenſa-
tione ſuper defect.nata.nu.29. dicẽs,
38 quòd ob id permittitur, quia non in-
uenitur expreſſe prohibitum, & cum
ſit id odioſum, iuxta notiſsimam iu-
ris regulam reſtringendum eſt.
39 ¶Vigeſimaquarta differentia eſt
in bonis feudalibus, in quibus aſcen
dẽtes deſcẽdentibus nõ ſuccedũt.ca.
1.in prin.de natu.ſuc. feu. in vſi. feu.
Chaſſane.in cõſue.Burgun.rub.7.§.
6.Matt.de Afflict.in cõſue.Neapoli.
lib.3.rub.24.num.28.
40 ¶Vigeſimaquinta differẽtia eſt,
in bonis, quæ ſecundum vſum & con
ſuetudinem municipalem fori de Se
pulueda & de Molina ad truncum &
radicem redeunt, vt pleniſsimè à me
ſupra cap.30.expoſitum eſt.
41 ¶Vigeſimaſexta differentia eſt,
quod ad omnes effectus ſuitatis, de
quibus in.l.ſi emancipati. C.de colla.
& in.l. apud hoſtes. C. de ſuis & legi.
li.& in.l.vnica.C.de ijs qui ante aper.
tab.pro vt latiſsimè ſuprà.cap.4. à me
ſcriptum eſt.

*SVMMARIVM.*

1 *De ſucceßione collateralium.*
2 *Aſcendentibus, & deſcendentibus non exi-*
*ſtentibus extranei & penitus ignoti hæredes*
*poſſunt inſtitui, & nu.3.*
4 *Qui extraneos hæredes inſtituit, omißis con-*
*ſanguineis indigentibus, peccat mortaliter.*
5 *Potiùs conſanguineis, quàm extraneis ſubue-*
*niendum eſt.*
6 *Fratrem pauperem frater tenetur alere.*
7 *Clericus de reditibus eccleſiæ dotare ſororem*
*tenetur*
8 *Conſanguinei in gradu proximiores ad hære-*
*ditatem conſanguineorum vocantur.*
9 *Nullũ agnationis & cognationis eſt diſcrimẽ.*
10 *Proximior in gradu remotiorem excludit.*
11 *Conſanguineis ſimpliciter inſtitutis, cẽſen-*
*tur inſtituti ij, qui gradu proximiores ſunt.*
12 *De cauſa & opulenta hæreditate Cordubẽſi.*
13 *Teſtator videtur id velle quod lex diſponit.*
14 *Proximiores in gradu dicuntur reſpectu te-*
*ſtatoris.*
15 *Verba dubia potiùs ad teſtatorem quàm ad hæ*
*redem ſunt referenda.*
16 *Teſtator maiorem dilectionẽ erga proximio-*
*res cenſetur habere.*
17 *Quomodo filij duorum fratrum inter ſe abin*
*teſtato ſuccedant.*
18 *Opinio contraria refertur.*
19 *Tot ſunt partes in ſucceßione, quot ſunt perſo-*
*næ ſuccedentes.*
20 *Lex.9.Tauri ius commune non corrigit.*
21 *Antonius Gomezius ſua opinione fuit dece*
*ptus, ideo meritò reprehenditur.*
22 *Quando proximitas gradus non attenditur.*
23 *Conſanguinei vſque decimum gradum inclu*
*ſiue admittuntur.*
24 *Verus ſenſus ad.l.6.titul.13.par.6.*
25 *Conſanguinei vſque ad centeſimum ac mille*
*ſimum gradum ad ſucceßionẽ regni vel Maio*
*ricatus admittuntur.*
26 *De computatione graduum.*

# Cap. XXXII.

1 PRo noſtri inſtituti
complemento ſuc-
ceſsio collateraliũ,
ſeu conſanguineo-
rum explicãda eſt,
ex teſtamento aſcẽ
dentibus, ac deſcendentibus nõ exi-
ſtentibus extranei, & penitus igno-
ti inſtitui poſſunt, & conſanguinei
ſeu collaterales præteriri & cum cau
ſa,, vel ſine ea exhæredari, ſi exhære
dationis nomẽ hoc habere meretur.
2 l.extraneum.C.de hære.inſti.l.fra-
tres.C.de inoffi.teſta.l.12.titu.7.par.
6.l.2.&.3.tit.8.par.6.de quadam ta-
men æquitate nimis graue eſſe vi-
detur, bona venientibus abinteſtato
auferri: vt inquit.l.fi.C.de teſta.mili.
Quã ad hoc allegat Bald.in.l.humani

tatis.nu.7.C.de impub.& alijs ſubſti.
& in.l.fi.per tex.ibi.C.quo.bono.Vbi
inquit, non ſtantibus, aſcendẽtibus
neq; deſcendẽtibus ſucceſsio conſan
3 guineis eſt quaſi debita de iure natu-
rali.gloſ. in verbo.debita.in.l.fi.C.de
codi.latè.Fortu. Garci.in.l.Gallus.§.
idẽ credendũ.ff.de libe.& poſth & le
gitur in lib.numerorum. cap.27. Da-
4 bitur hæreditas ijs, qui proximi ſunt.
Vnde meritò inquit Ioan Faber.in.§.
1.in fine inſti.de hære.quę abinteſta.
defe.allegando textum in.c.ſi quis re
liquerit.30.diſtin.Quod qui inſtituit
extraneos hęredes,omiſsis cõſangui-
neis indigentibus, facit contra offi-
cium pietatis,& mortaliter peccat.&
Petrus Ancha.in regu.poſſeſſor.quæ
ſtio.1.de regu.iu.lib.6.Quod qui mo
riens relinquit fratres, vel conſangui
neos indigentes & extraneum diui-
tem hæredem inſtituit, inſtitutus bo
na conſcientia hæreditatem nõ poſsi
det.gloſ.in.l.13.tit.6.lib.3.Fori.Pala.
5 Rub.in.l.7.Tauri,in fin.Potiùs enim
conſanguineis, quàm extraneis ſub-
ueniendum eſt.c.1.Vbi Abb.nu.4.de
cohabi.cleri.& muli.& in.c.Vt ſuper.
in fi.de rebus eccle. non alie.c.non ſa
tis.86.diſt. c.quieſcamus. vbi glo.42.
diſt.S.Tho.2.2.q.32.art.9.hinc eſt,ꝙ
frater compellendus eſt alere fratrẽ,
ſeu ſororem inopem etiam vterinã.
6 tex.ſingu.vbi glo.fi.& Bal.ibi.in.l.qui
filiũ.ff.vbi pupi.edu.debe.glo.in ver-
bo.iuſtè.in.l.ſi quis à liberis.§.idẽ ſcri
pſit.ff.de lib.agno.glo.in.l.1.C.eo.tit.
glo.fi.in.l.nõ omni.C.de adminiſ.tu-
to.glo.in verbo. alio patre. in.l.cùm
plures.§.cũ tutor.ff.eo.ti.l.1.§.1.ff.de
tute.& ratio.diſtra.ibi,matri aut ſoro
ri, quæ aliter ſe tueri non poſſunt.l.
quamuis.ff.ſolu.matri.ibi, aut fratri-
bus, aut parentibus conſulere.l.8.tit.
16.par.6.Bal.in.l.fi.nu.7.C.dotis pro-
mi.& in Authẽ.res quæ.nu.18.C.cõ-
mu.de lega.Bar.in.l.quæſitum.ff.vbi
pupi.edu.debe.& in rub.procœmij.ff.
vete.nu.14.& in tracta.de ali.nu.15.
Iaſ.in.d.Authen.res quæ.nu.10.& in
l.1.nu.29.ff.ſolu.matri.& in.§.fuerat.
nu.105.inſtit.de actio.Ancha.conſi.
434.ex narratis.nu.3.Soci.conſi.57.
nu.4.Xua.in.d.l.quoniam. in priori-
bus limitatio.2.Pala.Rub.in.c.per ve
ſtras.§.20.nu.6.in fin.fol.92.de dona.
inter vi.& vxo.vbi allegat Antoni.de
7 Bu.& Abb. quòd frater clericꝰ de red
ditibus etiam eccleſię ſororem dota-
re tenetur, ſi illa non habet vnde ſe
dotet,quia clericus magis tenetur ex
ercere actum charitatis circa conſan
guineos & proximos, quam alius.ca.
relatũ. ne clerici, vel monachi.Opti-
mè Stepha. Aufre. in aditio. ad cape.
Tolo.deciſio.289.in fine.
8 ¶Hactenus dictum eſt in ſucceſ-
ſione ex teſtamento: abinteſtato ve-
rò aſcendentibus,& deſcendentibus
deficientibus, collaterales vt puta a-
gnati, vel cognati in gradu proximio
res ad hæreditatem ſuorum conſan-
guineorum vocantur.l.1.l.cõſangui-
nitatis.Authen.ceſſante.Authẽ.poſt
fratres.C.de legi.hære.l.2.ff.eo.tit.&
in prin.inſt.de legi.agna.ſucce.l.5.&
6.tit.13.par.6.l.10.tit.6.lib.3.fori.nul-
lo habito diſcrimine agnatiõis, & co-
9 gnationis.in.d.Authẽ.ceſſante.in fi.
Authen.de hæredi.abinteſta. veni.§.
nullam. colla.9.l.fi.C.vnde legi.& in
prin.inſti.de ſucc.cogn. quod etiam
in ſucceſsione ex teſtamento proce-
dit, proximiorẽ in gradu potiorẽ eſſe
in ſucceſsione,& alios remotiores ex
10 cludere. veluti ſi auus inſtituat filiũ
& nepotẽ hæredes, primo loco cenſe
tur vocatus pater, poſtea vero nepos.
l.peto.§.fratre.ff.de lega.ſecũ.l.fi.C.
de verbo.ſigni.d.Authẽ.poſt fratres.
Iaſ.hanc fatetur eſſe cõmunem in.l.
Gallus.§. quidam rectè.ff.de lib.&
poſthu.



poſthu.Alex.conſi.14.ſuper quæſtio
ne propoſita.nu.4.vol.4.Ideo ſi teſta-
tor ſimpliciter inſtituit vel ſubſtituit
11 conſanguineos,intelliguntur inſtitu
ti cõſanguinei qui proximiores ſunt,
& qui abinteſtato erant ſucceſſuri.
Bald.in.l.1.nume.7.per tex.ibi.C.de
ſecun.nup.Iaſ.in.d.§.quidam rectè.
num.18.ob id meritò in Senatu Gra-
12 natenſi ſuper pingui & opulenta hæ-
reditate fuit iudicatum:quod merca
tor quidam Cordubenſis interroga-
tus tempore mortis in teſtamento,
quos hæredes habere voluiſſet,dixit,
quod fratres ſuos, & teſtatores erant
fratres vtrinque coniuncti, & alij fra
tres vterini tãtum. Fratres vtrinque
coniunctos hæredes eſſe, & non vte-
rinos.vt affirmat Telli.Fernan.in.l.8.
13 Tauri, quia teſtator videtur id velle,
quod.l. diſponit.l. cum quidam.§.
quemadmodum.de verbo.ſigni.Bal.
in.l.precibus.nu.44.C.de impub.&
alijs ſubſtitu.& in.l. quidam elogio.
nu.3.in fine.C.de iure delib. Alexan.
conſi.55.nu.17.volu.4.Decius conſi.
133.in effectu quæritur.nu.4.vbi ad
id allegat Pau.Caſtren.in Authenti.
defuncto.C.ad Tertul.& quia in du-
14 bio teſtator præſumitur diſponere ſe
cundum quod ius diſponit, vt inquit
Bald.in.l.2.C.de condi.inſer.& opti-
mè Decius in dict.conſi.153.nu.4.&
hæc proximitas conſideratur reſpe-
ctu teſtatoris & non reſpectu hære-
dis. Veluti,ſi quiſpiam in ſuo teſtamẽ
to dixerit, deficiente prole legitima,
vel in alio caſu,bona vel Maioricatus
ad hæredes, vel conſanguineos per-
ueniant, id intelligendum eſt de pro
ximioribus teſtatoris, & nõ hæredis.
glo.eſt ſingu.quam pluries in praxi
vidi, in.l.ex facto, in verbo, ſua,ibi,id
eſt rogantis.ff.ad Trebel. Bart.in.l.cũ
in teſtamento.per text.ibi.ff.de auro
& argento legato. Ioan.de Imola.in
d.l.ex facto. Ripa.in.l.filijsfamilias.§.
Diui.num.31.ff.de lega.pri. Iaſ.in.l.ſi
pecuniam. in fine.ff. Si cer.peta.Ale-
xan.conſi.56.conſideratis in prin.vo
lu.1.& conſi.23.col.1.volu.2.Hippo.
Sing.21.Couarru.in quæſt.practi.ca.
fin.nu.4.Telli.Fernan.in.l.27.Tauri.
nu.7.Idem dicendum eſt, quãdo ver
15 ba dubia referri poſſunt ad teſtatorẽ
& ad hęredem,potiùs referenda ſunt
ad teſtatorem, quàm ad hæredem.
Bart.in.d.l.ex facto.& Iaſ.in.d.l.Si pe-
cuniam. Ratio omnium prædictorũ
eſſe poterit, quia maiorem dilectio-
nem & affectionem præſumitur de-
functus circa proximiores, quàm er-
16 ga remotiores habere.l.hęredes mei.
§.fi.ff.ad Trebel.l.3.§.ſi duo.ff.de le-
gi.tuto.§.ſi plures.inſti.de legi.agna.
tute. quæ regula locum non habet,
quando datur in ſucceſsione repræ-
ſentatio & vnus in locũ alterius ſuc-
cedit, vt puta in fratribus legitimis &
naturalibus vtrinq; coniunctis,quan
do filij fratris præmortui ad hæredita
tem patrui ſimul cum patruo ſuper-
ſtite in ſtirpes,& non in capita vocan
tur,& eam portionem habebũt, quã
eorum pater ſi viueret habiturꝰ fuiſ-
ſet.Authen.ceſſante.Vbi glo.Bart.&
alij.C.de legi.hære.Authen.de hære.
abinteſt.veni.§.reliquum.colla.9.&
in.d.Authen.poſt fratres.l.5.titu.13.
par.6.l.8.Tauri.Ratio eſt,propter re-
præſentationem, & quia in locum &
perſonam ſui patris ſuccedunt, ideo
eodem iure vtuntur.l.1.§.Si quis per
cepto fundo.ff.ad Trebel.l.qui in ius.
17 ff.de regu.iu.Idemque de iure com-
muni dicendum eſt,quando filij duo
rum, vel trium fratrum inter ſe abin-
teſtato ſuccedunt,ꝙ in ſtirpes & non
in capita ſuccedant.glo.Bart.& Ang.
& cõmuniter alij,in.d.Authẽ.ceſſan
te.Idem Bar.in.l.1.§.interdũ.in fi.ff.ſi
pars hære.petat.& in.l.poſt conſan-

guineos.§.hæreditas.ff.de ſuis & legi.
hære.Auth.de hære.abinteſt.venien.
§.reliquum.Vbi Ang. Colla.9. Dinus
de ſucce.abinteſta.num.5.Mattheſi.
de ſucce.abinteſt.art.3.principa. nu.
12.Rolã.Bononien. de ſucce. abinte-
ſto.nu.17.Guido. Papæ, deciſio.134.
incip.Sed qualiter,vbi inquit ita fuiſ-
ſe iudicatum,hanc affirmat eſſe com
munem opinionem. Alex.conſil.29.
perſpectis,num.2. volu.5.& conſi.55.
vol.4.num.5. Chaſſane.conſi.47. nu.
29.Boeri.in quodam conſilio poſito
poſt lecturam Dini, de regu.iu.lib.6.
eſt glo.in verb.vt puta & alia.in verb.
hæreditatis.& alia in verb. vendica-
tionem,in.l.1.§.fi.ff.ſi pars hære.peta.
gloſ.in verbo.ſi autem,in dict. Auth.
de hæredi.abinteſta.veni.§. Si igitur.
18 ¶ Contrariam vero ſententiam,
quod filij fratrum inter ſe ſuccedant
in capita,& non in ſtirpes,tenuit glo.
in verb.ſuperſtites.in.§.hoc etiam.in
ſti. de legi. agna. ſucce. Bald. in dict.
Authen.ceſſante.nume.2.Vbi Salice.
& Ang.in.§.cum filius.inſti. de hære.
quæ abinteſt.defe. & hanc opinionẽ
approbat.l.15.titul.13.part.6.&.l.13.
titul.6.lib.3.Fori.Ratio eſt, quia om-
nes in pari ſunt gradu,eodemque gra
du à defuncto diſtant, meritò inter
eos æqualis ſeruatur ſucceſſio.l.2.§.
hæreditas.ff.de ſuis & legi.hære.l. cõ-
ſanguinitatis.C.eodem titul.Authẽ.
de herede.abinteſt.ven[illegible]§.ſi vero ne-
que fratres.colla.9.§.ſi plures,inſti.de
19 legi.agna.ſucce. Ideo tot erunt par-
tes in ſucceſſione, quot ſunt perſonæ
ſuccedentes, & vnuſquiſque ſucce-
dit ex perſona ſua, & nulla datur in-
ter eos repræſentatio. Anto.verò Go-
me. cum ſit ſuapte natura nouitatis
amator,tenuit in.l.8.num.10.Tauri,
prædictam legem.8.corrigere hanc
opinionem; & dictam l.15.titul.13.
par.6. Quam opinionem nimis erro-
neam & falſam eſſe cenſeo, quia præ-
dicta.l.8.Tauri tantũ loquitur in ſuc-
ceſſione patruorum, quod conſobri-
ni ſuccedant cum patruo ſuperſtite
in ſtirpes,& non in capita,cũ ſint in di
ſpari gradu. Quo caſu datur repręſen
tatio vlterioribus cum proximiori-
bus.Sed quãdo ſucceſſio eſt inter eoſ
20 dem eiuſdem gradus,vt in noſtro ca-
ſu,nihil prorſus de hoc diſponit. dict.
21 l.8.Tauri.Ideo ius commune ſeruan-
dum eſt. & Anto. Gom. reprehendi
meretur,vt eum merito reprehendit
Telli.Fernan.in.l.8.Tauri.nu.3.
22 ¶Sed quando nepotes, pronepo-
tes,alijvè deſcendentes ad hæredita-
tem aui, vel aliorum aſcẽdentium cũ
patruis concurrunt propter repręſen
tationem proximitas gradus non at-
tenditur.l.vt inteſtato. C.de ſuis & le
gi.hære.l.2.&.3.C.de ſuis& legi.lib.&
in dict.§.cum filius.l.3.titu.13.part.6.
l.7.titu.6.lib.3.Fori. & quando agitur
de ſucceſſione patrui,non conſidera-
tur proximitas graduum, ſed repræ-
ſentatio.Ideo conſobrini in locũ ſuo-
rum parentum ſuccedunt.d. Authẽ.
poſt fratres. Vbi Bart. Bald. & Salice.
Ange.in dict.§.reliquum.Iaſ.in.l.ſi ipſo
teſt.num.53. ff. de acqui.hære. Alex.
conſi.44.videtur prima facie.nu.15.
vol.5.Deci.conſi.1.& conſi.217.in ca
ſu propoſito.nu.2.& conſi.484.æqui-
tate.nume.7.& conſi.527.in ciuitate
Rauenæ.num.9.& conſi.553.in ciui-
tate Lucana.in princi. Vbi plures ra-
tiones & iura ad id allegat, denique
quando agitur de ſucceſſione aſcen-
dentium,& de ſucceſſione patrui, in
his duobus tantum caſibus datur re-
pręſentatio,& non in alijs,vt conclu-
dit Deci.in locis ſuperius allegatis, &
nulla data repręſentatione, qui proxi
mior eſt in gradu ex agnatis, ſeu cog-
natis potentior eſt in ſucceſsione, &
alios remotiores excludit.dict.l. con-
ſangui-



ſanguinitatis. dict. Authen. poſt fra-
tres in.2.l.6.titul.13.par.6.& numer.
cap.27.habetur,dabitur hæreditas ijs
qui proximiores ſunt,& agnati& cog
nati,nullo inter eos diſcrimine quòad
ſexus,habito.vſque ad decimum gra-
23 dum incluſiuè abinteſtato ſuccedũt.
§.fin.inſti. de ſucce.cogna.§.ſunt au-
tem.inſti.de bono. poſſe. Bart. in.l.fi.
C.vnde.legi.gloſſ.Abb.& alij, in cap.
poſtremo. de appella. latè Mattheſi.
de ſucce.abinteſt.3.arti.principa.nu.
30.l.6.titul.13.part.6.in qua impreſſo
rum vitio poſitum eſt, haſta el doze-
24 no grado. Et legendum eſt ſecũdum
verum ſenſum; haſta el dezeno gra-
do,& ita cum iure communi concor-
dat.dict.l.partitæ.
25 ¶In ſucceſsione verò Regni, Du-
catùs, Baroniæ,ſeu Maioricatus etiã
ſi in centenſimo vel milleſimo gradu
conſanguinei diſtent, non ob id ab
his ſucceſsionibus ſunt repellẽdi, ſed
admittendi. Ita egregiè inquit Bald.
in ca.1.§.Capitanei.verſi.Item oppo-
nitur de feudo marchiæ in vſi. feu.
quem ibi in fine ſequitur Iaco. Alua.
& Iaſ.in.l.fin.numer.3. C. vnde legi.
Deci.conſi.85.diligenter.nume.3.&.
4. Guillier. à Monſerrat de ſucce.re-
gum.nume.39.vbi plenè de hoc Hip
po.Singu.422.incip.agnati.Couarru.
lib.3.reſolu.cap.5,nume.4. verſi. 5.&
26 graduum cõputatio qualiter fiat, ha
betur in.l.Iuris Conſultus. Vbi gloſſ.
magna.ff.de gradi.gloſſ. & ſcri.in.l.fi.
C.de ſucceſſorio edicto.Rolan.Bono
nien. de ſucceſ. abinteſta.numer.22.
Mattheſi. de ſucceſ. abinteſta.3. arti.
principa.nume.32.

*S V M M A R I V M.*

1 *Maritus & vxor ſibi inuicẽ abinteſtato ſuc-
cedunt excluſo fiſco.*
2 *Quotidiana memoriæ potiùs ſunt cõmittẽda.*
3 *Omnia priuilegia dotis.*
4 *Vxor ſoluto matrimonio viginti duo commo-
da ex bonis mariti conſequi poteſt.*
5 *Vxori ſua dos integra reſtituenda eſt.*
6 *Dotis cauſa eſt ſummaria, & omni breuitate
eſt terminanda.*
7 *Dotis cauſa dicitur pia.*
8 *An & quando cauſa dotis cenſeatur eſſe pia.*
9 *Quilibet hæres inſolidum pro dote ab vxore
conueniendus eſt.*
10 *Doctores contrarium aſſertionem tenentes.*
11 *Declaratio ad.l.cum ab vno.ff.de lega.ſecun.*
12 *Vxor an propria ſua auctoritate dotem capere
poßit.*
13 *Vxori ſumptus & expenſæ ad conſequendam
dotem ſunt miniſtrandæ.*
14 *Idem dicendum eſt in priuato litigante ſuper
re communi.*
15 *Et in paupere litigante aduerſus diuitem.*
16 *Medietas lucrorum; quæ conſtante matrimo-
nio fuerunt acquiſita ad vxorem pertinet.*
17 *Maritus & vxor ſunt ſocij diuinæ & huma-
næ ſocietatis.*
18 *Leonina eſt ſocietas ſi lucra inuicem non com
municantur.*
19 *Differentia inter ius commune & regium.*
20 *Alphonſus à Montaluo meritò reprehẽditur.*
21 *Bona potiùs præſumuntur eſſe mariti; quàm
vxoris.*
22 *Lex.203.ſtyli,eſt in vſu & obſeruantia.*
23 *Declaratio ad quædam iura regia.*
24 *Donare nihil aliud eſſe,quàm perdere.*
25 *Antonius Gome.maxima cum ratione repre-
henditur.*
26 *Quædam concordia ad conciliandas opiniones
contrarias.*
27 *Vxor an intereſſe rerum dotalium propter mo
ram petere poßit.*
28 *Vxor propter dotem non ſolutam vſuras non
lucratur.*
29 *Quod aliter eſt in marito.*
30 *Mulier indotata à ſuo contemnitur viro.*
31 *Maritus vxorem expellere poteſt, ſi dos ſibi
promiſſa non ſoluatur.*
32 *Vxor fructus rerum dotalium à die ſoluti ma-
trimonij perceptos conſequitur.*

33 *Vxor iuxta forum Valentinum dotis augmentum lucratur, vulgo el creix.*
34 *Vxor etiam conſequitur arras datas ſeu promiſſas.*
35 *Arræ in præmium pudicitiæ & virginitatis conceduntur.*
36 *Diſcrimina inter arras, & donationes propter nuptias.*
37 *Arrarum promiſsio eſt hodie limitata.*
38 *Vxor anulos lucratur.*
39 *An anuli quotidiani tantùm ad vxorem pertineant.*
40 *Donatiões propter nuptias ad vxorẽ pertinẽt.*
41 *Iocalia ad vxorem pertinent.*
42 *Petitio.101. Mãtuæ Carpẽtanæ anno. 1534.*
43 *Vxor bona paraphernalia lucratur.*
45 *Quæ dicantur bona paraphernalia.*
45 *An ad vxorem bona aduentitia pertineant.*
46 *Sponſalitia largitas an ſit vxoris.*
47 *Vxor etiam conſequitur veſtes quotidianas.*
48 *Lectum etiam quotidianũ vxor conſequitur.*
49 *Vxor veſtes lugubres petere poteſt.*
50 *Alenda eſt vxor ab hæredibus viri intra annum luctus.*
51 *Si dos ſtatim reſtituitur minimè vxor eſt alenda.*
52 *Vxor lucratur etiam omnes donationes à marito in vita factas.*
53 *Vxor conſequitur etiam omnia legata à marito relicta.*
54 *Vxor marito ſuccedit iuxta Authen. præterea C. vnde vir & vxor.*
55 *Prædia empta ex pecunia dotali vxoris efficiuntur.*
56 *Ventri alimenta ſunt præſtanda.*

# Cap. XXXIII.

1 DEficientibus agnatis & cognatis vſq; ad decimum gradum, maritus & vxor abinteſtato inuicem ſibi inſolidũ fiſco excluſo, ſuccedunt. l. vnica. ff. vnde vir & vxor. l. 1. C. eo. titu. §. aliã.
inſti. de bono. poſſe. l. 6. in fine. tit. 13.
par. 6. de qua ſucceſsione quamplurima ſcripſit Mattheſi. de ſucceſ. abinteſta. 4. arti. principa. & Nicolaus de Vbaldis de ſucceſ. abinteſta. in. 4. parte. Decius conſi. 24. per totum. Segura in. l. cohæredi. §. cum filiæ. nu. 210. ff. de vulga. Caſti. in. l. 30. Tauri. Iaſ. latiſsimè omnium, in. l. 1. col. 1. &. 2. C. vnde vir & vxor. Vbi regulam & ſeptem fallentias in hoc refert. Hæc ſanè ſucceſsio, quod poſt agnatos & cognatos admittatur vxor, raró in iudicijs agitatur. Ob id opportunè nimis vtile ac neceſſarium hoc in loco mihi viſum fuit omnia referre, quæ ſoluto matrimonio, mulier ex bonis mariti conſequi poſsit, quæ alibi ſcripta non reperiuntur: & frequẽter ac paſſim in forenſibus cõtrouerſijs verſantur, meritò tanquam quotidiana ſilentio relinquẽda non ſunt, ſed memoriæ tradenda, vt inquit Paulus iuriſconſultus in. l. legaui. in princip. ff.
2 de libe. lega. hiſce verbis. Plenius rogo quæ ad hæc ſpectãt attingas, quo-
3 tidiana enim ſunt. &c. Meum tamen inſtitutum non eſt, priuilegia dotis enumerare, quæ ſcripſit Specu. in tit. de dote poſt diuortium reſtituẽ. glo. Bart. Bald. Pau. & vterque Imola in. l. 1. ff. ſolut. matri. Bald. & Salice. in rub. C. de priui. dotis. Pala. Rub. in rub. de dona. inter vi. & vxo. §. 13. cũ ſequen. Nicolaus Euerar. in locis argumen. de dote ad argumenta. fol. 307. & Iaco. Butri. de dote. Baptiſ. de ſancto Blaſio, in ſingu. ſuo tractatu de priuilegijs dotalibus. Et Ioan. Campe. de dote. ac latiſsimè omnium Bal. Noue in tract. de dote. vbi. 355. priuilegia dotis congeſsit. Volumus hoc in loco tã
4 tantùm referre, omnia quæ vxor ſoluto matrimonio ex bonis mariti petere poſsit, quæ ſunt. 22. ſequentia.
5 ¶Primo vxor dotem ſuam petere poteſt



poteſt ſibi integram reſtitui. l. 1. &. 2. C. ſolu. matri. l. iure ſuccurſum eſt. ff. de iure dotium. c. 1. de dona. inter vi. & vxorem. l. 23. &. 26. &. 30. &. 31. tit. 11. part. 4. l. 17. Tauri. Et quando dos in rebus immobilibus cõſiſtit ſtatim vxori eſt reſtituẽda. Si verò in rebus mobilibus intra annum. l. vnica. §. ex contrario. C. de rei vxo. actio. l. 31. tit.
6 11. par. 4. l. 3. titu. 2. lib. 3. fori. & cauſa dotis eſt ſummaria, & omni breuitate terminanda. & in ea dilationes & termini debent abbreuiari per iudicem. Bar. in. l. 1. ff. ſolu. matri. & in. l. 2. ff. de re iudi. Pala. Rub. in cap. per veſtras. 1. parte. §. 15. nume. 6. de dona. inter vir. & vxor. De qua re latè ſcripſi in meis ſingularibus. ſingu. 14. nu.
7 11. cum cauſa dotis dicatur cauſa pia. l. cum ijs. §. ſi mulier. ibi. pietatis cauſa, ex qua ſolutum repeti nõ poterit. ff. de condi. indebi. glo. in. §. is quoq;. in verbo. cepiſſet. inſti. quibus mo. re cõtra. obliga. & alia glo. in verbo. per errorem. inſti. de obliga. quæ ex quaſi contra. naſ. l. 35. tit. 14. par. 5. Bar. in l. ſi conſtante. nume. 42. & 45. ff. ſolu. matri. & in. l. ſi ego. in prin. & in. §. 1. ff. de iure do. & in. l. 2. §. Titio. ff. de dona. Quod intelligendum eſt, quando
8 dos relinquitur mulieri pauperi pro ea maritanda, quia tunc reſpectu diuini nominis cenſetur relicta. quod aliter eſt in alia dote, vel in ea quæ cauſa amicitiæ, vel affinitatis relinquitur. text. in. l. Mela. ibi. pietatis intuitu. ff. de alimen. & ciba. lega. Bal. in l. poſt mortem. in fine. C. de fideicommiſ. Bart. vbi plenè Iaſ. in. d. §. ſi mulier. in fine. Ludo. Roma. in repe. Authen. ſimiliter. colu. 3. C. ad. l. falcidiã. Guiller. Bene. in. d. ca. Rainuntius, in verbo. & ſoboles, quam geſtabat in vtero. num. 5. Pala. Rub. in repe. rubr. de dona. inter vir. & vxor. §. 49. & ſu-
9 per. c. per veſtras. §. 12. fol. 90. col. 3. &
aduerſus quemlibet hæredem inſolidum pro ſua dote poteſt mulier agere. Bar. in. l. cùm ab vno. in princip. ff. de lega. 2. per text. ibi, allegando Dinum & Cynum idem tenentes. & Alberi. ibi ſuper glo. 3. & Ioan de Imola. ibi. nota. 2. allegando ad id. l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. ff. de lega. 1. & Pau. de Caſ. in. d. l. cùm ab vno. in fin. affirmat hanc opinionem tenere omnes Doctores. & in. l. debitorum poſt principium. C. de pac. Petrus de Rauena in Alphabeto aureo. fol. 77. colu. 2. & Euerar. in Topicis iuris, loco. 25.
10 ¶Contrariam verò opinionem tenuit Bal. in. d. l. cùm ab vno. in pri. oppo. & in. l. pro hæreditarijs. num. 6. C. de hære. actio. vbi reprehendit tenẽtes contrariam opinionem. pro qua eſt gloſ. magna in. d. l. pro hæreditarijs. & glo. in verbo. ſuo iure. alia glo. in verbo. actiones. in. l. vnica. §. videamus. C. de rei. vxo. actio. Et hanc arbitror eſſe veram & iuridicam opinionem. cui non obſtat. d. l. cùm ab
11 vno, ſuper qua Bart. principaliter fundatur, quia ibi de voluntate teſtatoris contra vnum hęredem inſolidum actum fuit, quod iure fieri poteſt, per l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. Et ne dentur tot ſpecialitates cõtra. l. 1. C. de dotis promi. Bar. in. l. repeti. ff. de quæſt. Abb. in. c. 1. nume. 7. C. de conſe. optimè Alex. conſi. 117. nu. 3. vol. 5.
12 ¶Atque vxor propria authoritate abſque iudicis mandato, res dotales capere poteſt, dummodo vacua ſit poſſeſsio. Bal. in. l. cum tibi. C. qui potiores in pig. habe. & in. l. penultima. in prin. C. de non nume. pecu. & in. l. 1. nume. 4. C. de ſeruo pign. dato manu. & in. l. penultima. num. 2. C. de pigno. actio. Vbi inquit, quòd mortuo marito poteſt vxor ſua propria auctoritate abſque aliqua iudicis licentia remanere in detentione domus, quã

cum marito viuente habitabat iure
familiaritatis, tanquam vxor & eam
propria authoritate poteſt pro dote
ſua retinere & poſsidere.Bald. Noue.
ſequitur in tracta.de dote.6.priui.13.
limita.Iaſ.in.§.Item Seruiana,nume.
72.inſtitu.de actio.Socin.conſil.131.
nume.7.volum.1.Decius conſi.232.
nume.2.Iaſ.conſi.85.in fine.volu.3.
optimè Pala.Rub.in rub.de dona.in-
ter vir.& vxor.§.59.Xua.in.l.8.tit.de
las herencias.lib.3.Fori.

13 ¶Secundò, poteſt vxor petere à
marito, vel eius hæredibus ſumptus
& expenſas neceſſarias ad conſequẽ-
dam dotem, cum vxor nulla alia bo-
na niſi dotalia obtineat. Ita ſingulari
ter Alb.affirmat in.l.Vbi adhuc.fina.
col.verſi.ſed cuius expenſis.C.de iu-
re do.allegando ad id.l.fin.in fi.C.de
ordi.cog. pro qua cõcluſione eſt tex.
in.l.ſi inſtituta.§.de inofficioſo.ff.de
inoffici.teſtamen.& cap.ex parte.ca.
olim.de accuſa.De qua re Specu.in ti
tu.de inquiſitione.§.fina.Hoſtien.in
ſumma de accuſa.§.1.Franciſ.Areti.
in cap.Si qui teſtium.penul.col.de te
ſti.Præpo.in.c.ex parte.nume.11.de
ſpõſa.Caſti.in.l.81.Tauri.in fin.opti-
mè Pala.Rub.in repet.c.per veſtras.1.
part.§.39.fol.75.3.&.4.colum.de do-
na.inter virum & vxor. Vbi conclu-
dit, quod idem eſt quando priuatus
14 litigat ſuper bonis, quæ prætẽdit eſſe
communia, vel ad ſe pertinere ſi ali-
qua præſumptio eſt pro ipſo, debent
ſibi miniſtrari expenſæ litis de illis
bonis, vt puta ſi lata fuit ſententia
in eius fauorem, à qua fuit appella-
tum. Et quod idem dicendum eſt,
quando diues litigat cum paupere,
15 quod cogendus eſt diues dare expen
ſas neceſſarias litis pauperi propter
eius paupertatem & inopiam, vt ibi
latiùs concludit Pala.Rub.

16 ¶Tertiò, vxor lucratur medietatẽ
omnium fructuum, qui durante ma-
trimonio fuerunt acquiſiti.c.2.de do
na.inter vir.& vxo.l.1.tit.3.de las ga-
nancias.lib.3.Fori.l.11.tit.4.de las la-
uores y particiones.libr.3.Fori.l.3.&
4.tit.4.de las ganancias del marido, e
de la muger.libr.5.ordi.l.203.&.205.
Styli.l.14.&.l.16.&.l.53.in legibus
17 Tauri.Ratio eſt, quia vxor & maritus
ſunt ſocij diuinæ & humanæ ſocieta-
tis.l.aduerſus.C.de cri.expila.hære-
di.l.1.ff.rerum amo.cap.2.de ſponſa.
ibi, inſtar eorum qui matrimonium
contraxerunt, & de natura ſocietatis
eſt, vt ad inuicem lucra communicẽ-
18 tur. aliàs eſſet leonina ſocietas.l.1.l.
communicari.l.ſi nõ fuerit.ff.pro ſo-
cio. Quę ſanè concluſio de iure regio
procedit, & non de iure communi.
nam bona conſtante matrimonio ac
quiſita inter virum & vxorem non
erant diuidenda, vt ſcripſit Pala.Rub.
19 in repe.rub.de dona.inter vir.& vxo.
§.62.nu.5. quod arbitror eſſe verum
contra opinionem Alphonſi de Mõ-
20 taluo,in.l.1.in verbo.de conſuno.tit.
3.de las ganancias.libr.3.Fori.Vbi af-
firmat prædicta iura regia non eſſe
contraria iuri communi, allegando
tex.in.d.c.2.de dona.inter.vi.& vxo.
Qui ſanè text.ſecundum verum ſen-
ſum gloſſæ, & Doctorũ, ibi intelligen
dus eſt de conſuetudine, & non de iu
re. Et omnia bona, quæ in domo ma-
riti, & vxoris ſimul habitantium repe
21 riuntur, præſumuntur potiùs mariti,
quàm vxoris, niſi contrarium probe-
tur.tex.& ibi glo.in.l.ob maritorum.
C.ne vxor pro marito.l.ſi ego.§.do-
tis.ff.de iure do.l.etiã.C.de dona.in-
ter vi.& vxo.l.Quintus Mutius.ff.eo.
tit.quod quidquid, durãte matrimo-
nio acquiritur de bonis mariti, præſu
mitur eſſe quæſitum. De iure verò re
gio prędicta bona nõ prẹſumunt eſſe
mariti. ſed communia vxoris & viri,
niſi



niſi probet vnuſquiſque coniugum
ſua eſſe.l.eſt ſingula.ſtyli.203.in or
22 din. quæ ita in vſu & practica in iudi-
cijs verſatur, vt affirmat gloſ.in.d.l.1.
in verbo.de conſuno.tit.3.lib.3.fori.
& Pala.Rub.in.d.rub.de dona.inter
vir.& vxor.§.7.nume.21.Et quamuis
maritus conſtante matrimonio bo-
na acquiſita in eodem matrimonio
alienare poſsit, citra dolum & fraudẽ.
l.4.titu.4.de las ganancias.lib.5.ordi.
&.l.205.ſtyli, non tamen donare po-
terit quo ad medietatem mulieris,
23 quia donare nihil aliud eſt, quàm per
dere.l.filiusfamilias.in prin.ff.de do-
na.l.contra iuris ciuilis regulas.§.ſi fi-
lius.ff.de pactis. Et donare non eſt ad
miniſtrare patrimonium, ſed illud di
24 lapidare.l.creditor.§.Lucius.ff.man-
dati.l.Imperator.ff.ad Trebel.ita bal.
conſi.235.libr.2.Xua.in.l.1.titu.3.de
las ganancias.num.52.lib.3.Fori.Co
uarru.in libr.3.reſolutionum cap.19.
nu.2. Tellius Fernan.in.l.19.Tauri.
nu.3.cum ſequen.

25 ¶Contrariam verò opinionem te
nuit Antonius Gome.in.l.51.Tauri.
num.73.vbi affirmat maritum poſſe
donare bona acquiſita conſtante ma
trimonio, & quod iſta eſt veritas quæ
ſequenda eſt in conſulendo & iudi-
cando. Chaſſane. huic opinioni adhę
ret in conſtitu.Burgun.rub.4.§.3.di-
cens, quòd ſtante lege, quod bona ac
quiſita conſtante matrimonio ſint
communia & alia inſuper lege exiſtẽ
te, qua permiſſum eſt marito prædi-
cta bona alienare, quod maritus præ-
dicta bona acquiſita poſsit donare.
Idem videtur tenere Nicolaus Boeri.
in conſuetu.Bituricen.tit.des coſtu-
mes concernens les mariages.§.2.
Quam opinionem erroneam & fal-
ſam eſſe cenſeo, per iura & rationes
ſuperius relatas. nam prędicta iura re
gia, in quib' Gome. principaliter fun
datur, non probant ſuam concluſio-
nem, ſed potius cõtrariam, in his ver-
bis, ſaluo ſi ſe prouare que lo hizo cau
teloſamente. quia ſi donare poterat
nulla prorſus in donatione adeſt cau
tela, cùm maritus donando ſuo iure
ex legis permiſsione vtatur, ac ita
hanc opinionem contra Gome.& ſe-
quaces, vltra Doctores ſuperius rela-
tos tenuêre Pala.Rub.in rub.de do-
na.inter vir.& vxor.§.66.num.29.&
Didacus de Segura in tracta.de bo.lu
26 cra.conſtan.matri.nume.44.cum ſe-
quen. Quæ opinio tenenda eſt quic-
quid Gome.& cæteri contrariam opi
nionem tenentes dixerint, qui in
hoc iure optimo merentur reprehen
di, niſi eorum concluſio intelligatur,
quando in donatione aliqua ſubeſt
cauſa, vt puta, quia facta fuit beneme
rito, vel ob aliquam cauſam per.l.v-
nius.ff.ſi quid in frau.patro.l.ſi pater.
ff.quæ in frau.cred.

27 ¶Quartò, vxor intereſſe rerũ do-
talium ab hæredibus viri petere pote
rit, quãdo hæredes ſunt in mora reſti
tuendi dotem.l.in inſulam.§.vſuras.
& ibi Bart.ff.ſolu.matri.l.2.§.fina.ff.
de eo quod certo loco. Paulus de Ca-
ſtro in.l.diuortio.ff.ſolut.matri.Iaſ.in
§.fuerat.nume.16.inſti.de actio. Mat
thæ.de Afflict.deciſio.93.&.284.opti
me Thom.Gra.deciſio.103.num.92.
Pala.Rub.in repet.c.per veſtras.in.6.
notabili.num.8.vbi hãc affirmat eſſe
communem opinionẽ, & quampluri
28 ma de hac reſcripſit, quãuis regulari-
ter vxor pro dote non ſoluta, intereſ-
ſe, aut vſuras conſequi non poſsit: vt
tenent Innocen.Cardi.in.c.ſalubri-
ter, de vſuris.& ibi Anto.de Butri.&
Ancha.nume.4.Ange.in.l.Titia.nu-
me.3.ff.de ſolu.vbi concludit nõ va-
lere ſtatutum Patauinum diſponens
mortuo viro præſtari vſuras vxori, do
29 nec dos reſtituatur. Quod aliter eſt
in

in marito,qui vſuras poteſt conſequi
pro dote ſibi non ſoluta. c.ſalubriter.
vbi Innocen. in prin. & Abb.num.3.
& Anto. de Butrio. nu.4. &.8.de vſu-
ris.Bar.in.l.in inſulam.§.vſuras. nu.3.
& ibi Pau.num.4.& Alexan.& alij.ff.
ſolu.matri.Bal.noue.de dote. 7.part.
& in. 3.priuilegio dotis.Roma.conſi.
417. nume. 4.&.5.cum ſequen. Hip-
po.ſingu.360.incip.ſcribitur.Latiſsi-
mè omnium Caro. Moli.de vſuris.q.
74.nu.495.&.523.Ratio eſt de.l. pro
oneribus.C.de iure do.& de.l. Si cùm
dotem.§. ſin autem. ff. ſolu.matri.&
quia mulier indotata à ſuo contem-
30 nitur viro.l.fina. C. ad Velleia.l.ſeruo
legato.§.ſi teſtator.in fine. ff.de lega.
pri.& ne maritus vxorē expellat pro-
31 pter dotem non ſolutam, quod iuſtè
facere poteſt. c. per tuas.de dona.in-
ter virum & vxo. ibi ne occaſione do
tis detentę vxor à viro dimiſſa.Bald.
noue.de dote parte.6.43.priui. col.2.
Xua.in.l.1.num.39.titu.3.libr.3.fori.
Pala. Rub.in.d.ca.per veſtras. vltimo
nota.§.1.fol.84.col.2.& latè. Couar-
ru.in.4.2.par.c.7.nu.2.

32 ¶Quintò,ſimili modo cōſequi po-
teſt vxor fructus rerum dotaliū à die
ſoluti matrimonij perceptos, quādo
dos fuit inæſtimata.l. de diuiſione.l.
fructus.l.diuortio.l.impendia.§.fina.
ff.ſolu.matri.l.26.titu.11. part.4.quæ
lex ſcripſit formam diuidendi fruct⁹
inter vxorem & hæredes viri.

33 ¶Sextò, poteſt cōſequi vxor iuxta
foros Valentinos vltra dotem dotis
augmentum, quod vulgo creix nun-
cupatur, quod eſt dimidiū totius do-
tis. Eſt forus ſecundus & quartus re-
gis Iacobi primi, ſub titu. de arris, &
ſponſa. qui forus locum habebat, ſiue
mulier eſſet vidua, ſiue virgo. poſtea
verò per forum legis Alphonſi primi,
ſub titulo ſolut.matrimo. diſpoſitum
eſt prædictum augmentum dotis in
virgine tantùm habere locum, & nō
in vidua. quo augmento vxores vtū-
tur ac fruuntur earum vita durante.
Poſt mortem verò proprietatem hę-
redibus viri reſtituere tenentur. qui
forus Valentinus de iure procedit, &
illum approbat. l. 23.tit.11,part.4.de
quo Xuarez in.l.1.tit. 3.de las ganan-
cias.nu.43.lib.3.fori.

34 ¶Septimò, conſequitur etiā vxor
arras datas ſeu promiſſas. l. arris.l.fin.
C.de ſponſa.l.1.titu. 2.de las arras.lib.
3.fori.l.1.titu.11.part.4.l.50.&.51.in
legibus Tauri. Et arræ vxori dantur
35 in præmium ſuæ pudicitiæ & virgini
tatis. l. res vxoris. ibi, pudicitiæ præ-
mio.C. de dona.inter vir.& vxor.l.cū
multæ. C. de donat.ante nup. Sed de
iure regio huiuſmodi arræ dari, vel
promitti poſſunt mulieri corruptæ,
vel viduæ.l.1.tit.2.lib.3.fori. De quo
iure arræ dicuntur donationes pro-
pter nuptias, vt in.d.l.1.tit.11.4.part.
Couarru.in.4.2.parte.c.3.§.7. nu.12.
36 vbi diſcrimen inter arras & donatio-
nes propter nuptias ſcripſit. Et Xua.
in.d.l.1.num.30.tit.2.de las arras. lib.
3.fori.Et Pal.Rub.in repe.rub.de do-
na.inter vi.& vxo.§.24.&.25.vbi tres
notandas differētias inter arras & do
nationes propter nuptias refert.Et vl
tra decimam ſuorum bonorum par-
tem quis pro arris promittere nō po-
teſt per dictam.l.1.fori legum. &.l.50
37 Tauri.de quib⁹ legib⁹ optimè Xua.in
d.l.1.fori.nu.4. 10.&.23.& Pala. Rub.
in.d.§.24.ne coniuges mutuo amore
ſe inuicem ſpolient, vt inquit.l.1.ff.
de dona.inter vi.& vxo.

38 ¶Octauò, mulier conſequitur &
lucratur anulos, quos dedit maritus.
l. ſi donatæ res. §. 1. ff. de dona. inter
vi.& vxo.l.cùm veterum.l.ſi à ſponſo.
C.de donat.ante nupt.Roma.conſil.
146.in prin.Pala.Rub.in.d.repetitio-
ne, de dona.inter vi. & vxo. §.4.nu.3.
&.§.



&.§.11.num. 9. vbi id limitat in anu-
39 lis quotidianis tantùm locum habe-
re, & non in alijs, allegando Sali.in.l.
ſicut, in fi. C.de dona.inter vi. & vxo.

40 ¶Nonò, conſequitur etiam vxor
donationes propter nuptias ab hære
dibus viri, ſi interueniſſet inter vxo-
rem & eius virum carnalis copula.l.ſi
à ſponſo. C. de dona.ante nup.l.5.tit.
2.de las arras.lib.3.fori.&.l.3.titu.6.4.
par.&.l.5. tit.1.lib.3.in foro iuzgo. ꝙ
nouiſsimè limitatū eſt per. l.52.Tau-
ri. de qua vltra gloſſatores ibi. Pala-
cius Rub.in dict.repeti.rub.§.4.&.17.
cum ſequen.

41 ¶Decimò, vxor conſequitur om-
nia iocalia, & ornamenta, quæ à ſuo
ſponſo fuerunt donata.l.penul.§.ſer-
uis. ff. ſolut. matri. l.cum te.&.l.cum
veterem. C. de dona. ante nup.l. 52.
Tauri. quod hodie eſt limitatum per
l. regiam factam Mantuæ Carpenta-
42 næ, vulgo Madrid. cap. 101. in ordi-
ne, anno Virginei partus. 1534. quæ
diſponit, neminem poſſe vltra octa-
uam partem dotis, quam à ſua vxore
recepit ornamenta, ſeu iocalia dare.

43 ¶Vndecimò, vxor ſimili modo lu-
cratur bona paraphernalia. l. hac le-
ge. l. vltima. C.de pac.conuē.l.ſi ego.
§.dotis.ff.de iure dotium.l.17. tit.11.
par.4.l.3.tit.de las ganancias. lib.5.or
di.& dicuntur bona paraphernalia, à
para, quod eſt iuxta, & pherna, dos,
44 quaſi iuxta dotem, ſcilicet quæ bona
vxor prę ter dotem ſecum ducit. vt in
d.l.hac lege.l.fina. in princ. C de do-
na. ante nup. & in.d.l.17. Campe. de
dote.7.quæſt.in princ. latè.Tiraquel.
in.ll.Connubialibus, in glo.7.ſuper le
ge vltima Connubiali. vbi concludit
plurima referendo, fructus prædicta-
rum rerum paraphernalium ad mari
tum pertinere. Hanc fatetur eſſe cō-
munem opinionem Couarru. in.4.in
2.parte. cap.7.§.1.nu. 2.pro qua com
muni opinione eſt.l.2.tit.4. de las ga-
nancias.lib.5.ordi.

45 ¶Duodecimò, conſequitur etiam
vxor bona aduentitia, quæ titulo hę-
reditario vel legati ad eam peruene-
runt.l.hac lege.&.l.fi. C. de pac.con-
uen.l.2.titu.3.de las ganancias. lib.3.
fori.l.2.tit.4.lib.5.ordi.

46 ¶Decimotertiò, vxor cōſequitur
ſponſalitiam largitatem iuxta diſtin-
ctionem legis, ſi à ſponſo.C.de dona.
ante nup.l.5.titu.2.lib.3.fori.l.3.titu.
11.par. 4.quod intelligendum eſt ſe-
cundum legem.52.Tauri, de qua per
Pala.Rub.in repe. rub.de dona. inter
vi.& vxo.§.11.vbi optimè.

47 ¶Decimoquartò, vxor conſequi
poteſt veſtes quotidianas. glo. Bart.
Bal.Ange.& Pau.in.l.penul.§.ſeruus.
ff.ſolu.matri. vbi Bar.nu. 3.affirmat ſe
pluries conſuluiſſe, quod veſtes quo-
tidianæ datæ vxori, ſunt vxoris: pre-
cioſæ verò & feſtiuæ ſunt hæredis vi-
ri. idem tenuit Bal.in.l.cum te. in fin.
C.de dona.ante nup.Roma.cōſi.251.
Alexan.conſi.21.in fine.4. volu.opti-
mè in deciſione capellæ Tholoſonæ.
336. vbi additionator hanc affirmat
eſſe communem opinionem. Pala.
Rub.in repe.rub.de dona. inter vi.&
vxo.§ 11.nume.3.pro qua communi
eſt.l. 23.in fine, quæ incipit, paños, o
veſtiduras.tit.11.part.4.& ſingu.glo.
magna, in.l.6.tit.6.lib.3.fori.

48 ¶Decimoquintò, poteſt petere v-
xor lectum quotidianum, ſiue pretio
ſum, ſiue non pretioſum.l. 6.tit.6.lib.
3.fori. quem etiam lucratur maritus
mortua vxore. Caſti.in.l.15.Tauri.in
prin.& in.l.30.in verbo, è gaſtos. Gloſ
ſator ordi. in.l.7.in verbo, veſtir por
luto.titu.1.lib.1.ordi.Pala. Rub.in re
pe. rub.de dona.inter vi.& vxo.§.11.
nu.9.In quo loco illud intelligit pro-
cedere in lecto, qui viduæ conuenit,
& non in eo qui habet culcitram ſeri
ceam.

ceam. Illa enim cum viduæ non conueniat, ad eam non pertinebit. allegat Bal. & Ange. in. l. plenum. §. equitij. ff. de vſu. & habita.

49 ¶Decimoſextò, conſequitur vxor veſtes viduales lugubres de bonis mariti. l. ſi ex re domini. §. illud quæſitũ, iuncta gloſſa, ibi, in verbo, funeſta. ff. de ope. liber. Bal. in. l. 1. C. de ſecund. nup. & Bart. & Ange. in. l. decreto. C. de ijs, qui nota. infa. Alexand. in. l. ſi is qui quadraginta. §. fina. nume. 5. ff. ad l. falci. glo. magna. in. l. 6. tit. 6. lib. 3. fori. l. 3. tit. 2. par. 4. Capi. deciſio. 26. Caſti. in. d. l. 30. Tauri, in verbo, gaſtos. Pala. Rub. in. d. §. 11. nu. 8. & glo. ordi. in. d. l. 7. in verbo, veſtir por luto.

50 ¶Decimoſeptimò, poteſt vxor ab hæredibus viri intra annum luctus alimenta conſequi. glo. in. l. vnica. §. exactio. C. de rei vxo. actio. l. diuortio. ff. ſolu. matri. Iaſ. in. l. de alimentis. C. de tranſact. nu. 6. & in. §. fuerat. nu. 13. & nu. 23. inſti. de actio. Capi. deciſio. 24. in cauſa Lucẽtis. & deciſio. 65. Quod intelligendum & limitandum
51 eſt, niſi hæredes viri ſtatim & in continenti reſtituãt dotem in rebus mobilibus conſiſtentem vxori non expectato anno. Quo caſu vxor non eſt alenda etiam intra annum. Ita inquit Bal. in Authen. Et qui iurat. nu. 39. C. de bo. autho. iudi. poſ. Sequitur Alex. in. l. diuortio. poſt principium. ff. ſolu. matri. Iaſ. in. l. qui Romæ. num. 6. ff. de verbo. obliga. Fran. Aretin. conſi. 98. in prin.

52 ¶Decimooctauò, vxor lucratur etiam omnes donationes à marito ſibi factas, traditas, ac morte confirmatas. l. Papinianus. ff. de dona. inter vi. & vxo. cap. fin. eo. tit. l. 1. & 3. C. eo. titu. l. 4. tit. 11. par. 4. Latè Pala. Rub. in d. rub. §. 69. 1. & 2. col.

53 ¶Decimononò, conſequitur vxor omnia legata à marito ſuo relicta vltra dotem. l. vnica, §. primum itaque. C. de rei vxo. actio. l. creditorem. ff. de lega. ſecun. Alexan. in. l. ſi cum dotem. §. ſi pater. nume. 6. ff. ſolu. matri. Plenè Iaſ. in Authen. præterea. nu. 26. C. vnde vir & vxor. Vbi Corne. num. 12. Abb. in. c. officij. vbi latiùs Couarru. num. 7. de teſtamen. Xua. in. l. 1. titu. de las ganancias. lib. 3. fori nouiſsimè eſt. l. ſingu. 6. Tauri. vbi latiſsimè interpretes.

54 ¶Vigeſimò, vxor conſequi poteſt quartam partem bonorũ mariti iuxta Authenti. præterea. C. vnde vir. & vxor. Authenti. de exhiben. & introdu. reis. §. quoniam verò. colla. 5. l. 7. titu. 13. par. 6. de qua latè Segu. in. l. cohæredi. §. cum filię. num. 210. cum ſequen. ff. de vul. & pupi. ſubſti. Decius conſil. 24. Caſti. in. l. 30. Tauri. Palaci⁹ Rub. in rep. rubr. de donatione inter virũ & vxorem. §. 55. nu. 5.

55 ¶Vigeſimoprimò, conſequitur vxor prædia empta ex pecunia dotali, quæ efficiuntur dotalia, licet à principio nihil fuerit cõuentum. l. ſi ex pecunia. l. ſi inter virum. C. de iure do. l. vxor viro. ff. de dona. inter vi. & vxo. Bal. Noue. in tracta. de dote. par. 7. priui. 15. Pala. Rub. in repe. d. c. de dona. inter vi. & vxo. part. 1. §. 22. & melius §. 36. vbi optimè diſtinguit. & in rub. eiuſdem repe. §. 62. nu. 4.

56 ¶Vigeſimoſecundò, vxor ſi remanet prægnans poterit alimenta ventri petere. l. curator ventris. ff. de ventre in poſſe. mitten. l. 1. ff. ſi ventris nomine mulier in poſſeſ. miſſa. quia partus iuxta regulam iuris quo ad ſuum commodum pro nato habetur. l. qui in vtero. ff. de ſta. homi. quod intelligendum eſt iuxta diſtinctionem. glo. in. l. in extraneo. ff. de ven. in poſſe. mitten. & glo. in dict. §. exactio.

SVMMA-



*SVMMARIVM.*

1 *Fiſcus poſt agnatos & cognatos ac vxorem ſuccedit.*
2 *Defuncti plurimum intereſt hæredem habere.*
3 *In fiſcum tranſeunt omnes actiones actiuæ & paſſiuæ.*
4 *Fiſcus non faciens inuentarium vltra vires hæreditarias non tenetur.*
5 *Tres notandæ differentiæ inter fiſcum & hæredem.*
6 *Bona vacantia ſunt iura regalia.*
7 *Imperator dicitur mundi dominus.*
8 *Reditus regni, quos Rex in ſuo regno obtinet, inſtituti ſunt, vt iuſtitiam faciat, & pacem conſtituat.*
9 *Regum officium proprium, eſt facere iuſtitiã, & liberare de manu calumniantium vi oppreſſos.*
10 *Iuſtitia regnantis vtilior eſt ſubiectis, quàm fertilitas temporis.*
11 *Illuſtriſsimi Cardinalis D. Didaci à Spinoſa laus.*
12 *Inuictiſsimus Rex noſter Philippus noctes ducit inſomnes, vt ſui ſubditi in omni pace & tranquillitate viuant.*
13 *Nihil eſt in Principe quod luce clariore præfulgeat, quam catholica fides.*
14 *Rex in quibus bonis fundatam intentionem de iure communi habeat.*
15 *Optima occupandi bona vacantia practica.*
16 *Hæres abſens an contra fiſcum ſit audiendus.*
17 *Regula cum. 12. fallentijs, quod fiſcus decedẽtibus abinteſtato ſuccedat.*
18 *Collegium excludit fiſcum.*
19 *Tutor fiſco præfertur.*
20 *Vniuerſitas, ſcholaribus abinteſtato ſuccedit, & non fiſcus.*
21 *Nauicularij & fabricenſes ſibi mutuo ſuccedunt fiſco excluſo.*
22 *Fiſcus peregrinis non ſuccedit.*
23 *Nobiles vaſſallis ſuis ſuccedunt, & nõ fiſcus.*
24 *In feudalibus fiſcus non ſuccedit.*
25 *In bonis præſcriptis ſimili modo non ſuccedit, & nu. 29.*
26 *Neque in nauibus naufragio fractis.*
27 *Actione furti tenetur qui occupat res in littore maris inuentas.*
28 *In vnoquoque portu maris Hiſpaniæ, depoſitarij à Rege ſunt conſtituti pro ſeruãdis bonis naufragio deductis.*
29 *An aduerſus fiſcum præſcriptio procedat.*
30 *Bona regalia non præſcribuntur.*
31 *Quæ ſunt reſeruata in ſignum dominij vniuerſalis non præſcribuntur.*
32 *An ſcientia officialium Regis in præſcriptione ſufficiat.*
33 *Succeſſor in regno alienationem iurium regalium reuocare poterit.*
34 *Regalia alienare, eſt Regiam maieſtatem minuere.*
35 *Salinaria ſunt iura regalia, ob id merito à Rege annis præteritis fuerunt reuocata.*
36 *Regularibus ſuccedit monaſterium, & non fiſcis.*
37 *Clericus non ſuccedit fiſcus regius, ſed Epiſcopus.*
38 *Clerico beneficiato ſua eccleſia, & non Epiſcopus ſuccedit.*
39 *An ſit valida conſuetudo Hiſpaniæ, quòd clerici de bonis eccleſiaſticis teſtari poſsint, & abinteſtato eis conſanguinei ſuccedere.*
40 *Doctores qui præfatã conſuetudinẽ approbãt.*
41 *Iura pro hac conſuetudine.*
42 *Iura etiam regia hãc conſuetudinẽ approbãt.*
43 *Omnes ſucceſsiones ſunt de iure poſitiuo.*

# Cap. XXXIIII.

1 POſt aſcendentes ac deſcendentes in infinitum & agnatos & cognatos vſque ad decimum gradũ ac poſt vxorẽ fiſcus decedentibus abinteſtato ſuccedit. l. 1. C. vnde vir. & vxor. l. 1. & l. vacantia. C. de bo. vacan. lib. 10. c. vnico. in verbo, bona vacantia, quæ ſunt regalia in vſibus feudorum. l. 6. in fine. titul. 13. part. 6. ibi, herede todos los

bienes

bienes la camara del Rey. Ratio eſt,
quia fiſcus in ſubſidium ſuccedit præ
2 dictis perſonis deficientibus, quia de
functi plurimum intereſt hæredem
habere.l.&quia hoc defunctorum in
tereſt.ff.de inte.actio.l.1.in princi.ff.
de ſucce. edic. & in. §.1.in fine inſtit.
qui.ex cau. manu. non li. & in fiſcum
3 tranſeunt omnes actiones actiuæ &
paſsiuæ. l. 2. §. cum ex cauſa. ff. de iu.
fiſ.l.quoties.in fine.&.l.nouatio.ff.de
noua. Alexand.in.l.3.§.illud.ff.quod
quiſque iuris.& in.l.ſi marito.1 .&. 2.
colum. ff. ſolut. matri. vbi id limitat.
Ioannes de Pla. in.l. 1.in princi. C.de
bo.vacan.lib.10.Matthæ.de afflict.in
d.c.vnico.§.vacantia. Ægidius Boſsi⁹
de fiſco & eius priuilegijs. nu.78.vbi
nu.74.concludit quod fiſcus qui non
confecit inuentarium, non tenetur
vltra vires hæreditarias. allegat Bart.
4 in.l. 1. §. an bona. ff. de iu. fiſ.& Mat-
thæ. de Afflict. in.d.ca.vnico.§.bona
vacantia.num.20.& plate.in.d.l.1.C.
5 de bo.vacan. vbi tres notandas diffe-
rentias ſcripſit inter fiſcum hęredem
& priuatum.

6 ¶Alia etiam ratio eſt, quia prædi-
cta bona vacantia ſunt iura regalia,
ob id meritò ad fiſcum regium perti-
nent, vt in.d.c.vnico.§.bona vacan-
tia. tit. quæ ſunt regalia.l. bene à Ze-
none.C.de quadri.præſcrip.ibi, cum
omnia Principis eſſe intelligantur.l.
deprecatio. ff. ad. l. Rhodiam. de ia-
ctu.ibi, ego quidem mūdi dominus.
in extrauagante ad reprimendum.in
7 prin. Quomodo in læſæ maieſta.cri-
mi.proce.nam vt refert Lucas de Pen
na in.l.neminem.C.de ſuſcepto.&Ar
cha.lib.11.quem allegat Matthæ. de
Afflict.in rub.de pace tenenda, & ei⁹
viola.nu.10.prędicta bona ac reditus
8 regni ſunt regis ſtipendia, vt iuſtitiā
faciat,& pacem conſtituat,vt legitur
ſecūdo lib.Regum. c.10.princeps po
ſitus eſt vt faciat iuſtitiam & iuſtum
9 iudicium. ca. regum. 23.quæſt. 5.vbi
Hieronymus hiſce verbis inquit:Re-
gum proprium officium eſt,facere iu
dicium atq; iuſtitiam, & liberare de
manu calumniantium vi oppreſſos.
l.5.tit.1.libr. 2.ordi. & Ariſtoteles ad
10 Alexandrum, ſcripſit,iuſtitia regnan
tis, vtilior eſt ſubiectis, quàm fertili-
tas temporis. quam profectò noſtra
tempeſtate proprijs oculis, ab inui-
ctiſsimo Rege noſtro Philippo. II.ſer
uari perſpicimus, conſilio, induſtria,
11 ac prudentia Illuſtriſsimi Cardinalis
D.Didaci à Spinoſa,de quo meritò di
ci poſſunt Maronis verſus lib.8.Ænei
dos, Aureus hanc vitam in terris Sa-
turnus agebat, Aureaq; (vt perhibēt)
illo ſub rege fuêre Secula ſic placida
populos in pace regebat.Cui rectè e-
tiam conueniunt verba Imperatoris
12 Iuſtiniani, in Authen. vt iudices ſine
quoquo ſuffragio, in prin. colla.2.di-
centis, noctes ducimus inſomnes, vt
noſtri ſubditi in pace & tranquillita-
te viuant,atq; ſummi Pontificis Ioan
nis.2.ad eundem Iuſtinianum Impe-
ratorem in epiſtola, Inter claras. C.
de ſumma Trini.& fide Catho. ibi,ni
13 hil eſt quod lumine clariore præful-
geat,quàm recta fides in Principe.

¶Quod ſuperius dictum eſt om-
nia bona Regis ac Principis cenſeri,
vt in. d.l.deprecatio.& in. d.l.bene.à
Zenone, id intelligendum eſt in ijs
bonis vacātibus,vel fiſcalibus,ſeu pa-
trimonialibus Regis, in quibus Rex
habet intentionem fundatam de iu-
re communi, & non in bonis priua-
tis ſeu particularibus. Illa enim bona
14 ciuitatum vel ciuiū ſunt, penes quos
eſt poſſeſsio dictorum bonorum.l.in
tantum. in prin. ff. de rerum diui.l.1.
§.per hanc.ff.de rei vendi. §.ſingulo-
rum.inſtitu.de re.diui. & regula iuris
notiſsima, Princeps vel Imperator
eſt



eſt dominus mundi, vt in. d. l.depre-
catio,intelligenda eſt in vniuerſo,nō
tamen in particulari. & quò ad prote
ctionem & iuriſdictionē, & non quo
ad bona particularia.gl.ſingu.1.in or
dine.vbi Albe.& Bar.num.3.in proœ
mio.ff.veteris.& in.l.1.§. per hanc. ff.
de rei vendi.& in extrauagante ad re
primendū in verbo,totius orbis, quo
modo in crimine læſę maieſtatis pro
cedatur.glo.in verbo, omnia princi-
pis,in. d.l.bene à Zenone. Bal. & alij
in.l.1.C.de ſumma Trini. & fide ca-
tho.Abb.in.c.nimis.in prin. de iure-
iu.& in.cap.ſi diligēti.num.2. de prę-
ſcrip.Matthæ.de Afflic. deciſio. 267.
incip.vidi in conſilio. nu.5.Deci.con
ſi.528.pro reſolutione.nu. 9. Stepha-
nus Bertrandus conſi.37.in prin. vol.
1.Nicolaus Bellonus conſi. 10.in cau
ſa Caſtren.num.9. cum ſequentibus.
Petrus Belluga in ſpeculo principū.
rub.46.§.donū appellatur.&latiſſimè
omnium frater Domini. à Soto de Iu
ſti.& iu.li.4.q.4.ar.2.per totum.

15 ¶Optima verò ac iuridica occupā
di bona vacantia practica eſt, quòd
ante apprehenſionem per fiſcū, pro-
ponatur edictum ſeu proclama cum
termino competente, vt ſi quis ſit hę
res compareat, facta prius bonorum
deſcriptione,ac nemine comparen-
te fiſcus apprehendat bona ſcripta.l.
ſi eo tempore.C.de remi. pigno. l. dif
famari.C.de inge.& manumi. Hanc
procedendi formam ſcripſit Bart.in.
l.ſancimus.§.cum autem.nu. 2. C.ad
Trebel. Ægidius Boſsius in practica.
criminali.titu. de bonis vacantibus.
num.4.&.12. & Matthæ. de Afflictis.
in dict.§.bona vacantia. num.12. Ia-
cobi.in.l.ſi vacantia,in prin.C.de bo.
16 vacanti.lib.10.vbi inquit, quòd tem-
pore etiam tranſacto, ſi adhuc bona
per fiſcum non fuerint occupata, eſt
audiēdus hæres.allegat.l. mancipio-
rum.ff.de alimen.lega. quod expreſ-
ſe probat. dict. l. ſi eo tempore. vbi
qui non apparet in termino ſtatuto,
ſi res adhuc eſt integra auditur poſt
terminum.de qua re optimè Iaſ.in.l.
decem.num.41. ff. de verbo. obliga.
& in.l.nec quicquam. num.33.de of-
17 fi.procon. & lega. & Guilier. Bene-
dict.in cap.Raynuntius, in verbo. &
vxorem nomine Adelaſiam. nu.942.
de teſta.Prædicta vero regula, quòd
fiſcus decedentibus abinteſtato ſuc-
cedat.12.fallētias & exceptiōes patit̄

18 Primò fallit, quòd collegiū in hac
ſucceſsione excludit fiſcum & ei præ
fertur.l.1.vbi Bar. & Bal.C.de hæredi-
ta.decurio.dicentes, quòd collegiū
doctorū ſuccedit doctori collegiato,
ſi moriatur abinteſtato ſine legitimo
hęrede.Bar.in.l.ſi quis á filio.§. ei⁹ qui
ff.de iniuſto rupto irri.teſta. vbi ipſe
& Ang.tenēt,ꝙ ſi vnus de vna arte ſi-
ne agnatis & cognatis vſque ad deci-
mū gradum abinteſtato decedat, col
legiū illius artis prefertur fiſco.Bal.in
l.Receptitia.num.1.in fine.C.de cōſti.
pecu.ꝙ ſi decedat mercator ſine hæ-
rede,collegiū illius mercātiæ ei ſucce
dit excluſo fiſco, quod ſequitur Iaſ.
quamuis corruptè allegat Bal. in.l. 1.
nu.10.C.vnde vir & vxo. Alex. in ad-
ditionibus ad Bar.in.l.1.num.2.C. de
bo.vacā.li.10.Nicola.de Vbal. de ſuc
ce.abinteſt.vltima parte. nu.3. Ægi-
dius Boſsi.in practica criminali.tit.de
bonis vacan.nu.5.Matt. de Afflic. in.
d.c.vnico.§.bona vacātia.nu.6.&. 10
vbi.nu.15.affirmat per tex. ibi, quod
ſi collegiū aliquod diſſoluatur bona
illius collegij pertinēt ad fiſcū, ſi fue-
rit ſeculare,ſin autem eccleſiaſticum
ad ſummum Pontificem.in quo loco
nonnulla iura ad id allegat.

19 ¶Secundo fallit,in pupillo decedē
te cū tutore, qui ſanè tutor ei ſucce-
dit excluſo fiſco.glo.eſt ſingu.1.in or
O dine

dine in illis verbis, ibi, ſi nullꝰ ſit agna
tus datiuus, vel teſtamẽtarius admit-
titur ad hæreditatem in l. quo tutela.
ff. de regu. iu. Quæ glo. non reperitur
alibi ſecundum Dinum, ibi, & Albe.
in.l.1.C. vnde vir. & vxor. eam ſequi-
tur Bal. in.l.fi.num.14.C. vnde legi. &
in.l. ſi quis filio. §. eius qui. ff. de iniuſ.
rupto. & in.l. ſi qua illuſtris. num.6.C.
ad Orfi. Matthæ. de Afflict. in.d.§. bo
na vacantia. nu.7. Iaſ. in.l.1.nu.10.C.
vnde vir. & vxor. vbi nonnullos iuris
interpretes contrariam opinionem
tenentes refert.

20 ¶Tertiò fallit, in ſcholaribus abin-
teſtato decedentibus, quibus vniuer
ſitas & non fiſcus ſuccedit. l.1. vbi ex-
preſsè Guiller. de Cu. C. de hæredi. de
curio. glo. & ibi Ange. in.l. ſi quando.
C. de bonis vacantibus. Marti. Laudẽ.
de fiſco. q.239. optimè Bald. in. d.l. ſi
qua illuſtris. nu.7. vbi inquit quod ex
poſitis apud hoſpitale miſericordiæ
ſuccedit hoſpitale fiſco excluſo. opti-
mè Guiller. bene. in. d. verbo, vxorem
nomine Adelaſiam. nu.818.

21 ¶Quartò fallit, in nauicularijs,
choartalibus, & fabricenſibus, qui ſi-
bi inuicem ſuccedunt fiſco excluſo. l.
1. & .2. C. de hæredi. de curio. Angel.
in.l. nutritoribus. & in Auth. oẽs pere
grini. C. cõmu. de ſucce. Marti. Lau.
fiſco. in.d.q.239. Fran. Lucas de fi-
ſco & eius priuilegijs.2. par. nu.18.

22 ¶Quintò fallit in caſu Authenti-
cæ, omnes peregrini. C. commu. de
ſucceſ. vbi dicitur, quòd ſi peregrinꝰ
abinteſtato in peregrinatione deceſ-
ſerit, hæredibus abinteſtato non exi-
ſtentibus, bona eius per Epiſcopum
in pias cauſas diſtribuantur. cum præ
dicta Authentica concordat. l.31. tit.
1. part.6. & l.4. tit.25. par.1. & l.3. titu.
24. lib.4. fori. & l.2. & .3. tit.2. lib.5. or-
di. de qua re Nicola. de Vbal. de ſucce.
abinteſta. vltima parte. nu.3. & Mat-
thæ. de ſucce. abinteſta.4. art. princi-
pa. num.31. cum ſequent. Guiller. Be
ne. in. d.c. Rainuntius. in verbo. & v-
xorem nomine Adelaſiam. nu.819.

23 ¶Sextò fallit, quòd nobiles ſucce-
dunt hominibus ſuis decedentibus
ſine ſucceſſore & fiſcum excludunt.
Bal. in.l.1.C. de hæredi. decurio. Ale-
xan. in additionibꝰ ad Bar. in.l.1.n.13
C. de bo. vacan. libr.10. Guido Papæ
deciſio.361. dicens, ita eſſe de conſue
tudine & vſu in Delphinato, quòd do
minus ſuccedat pageſio ſuo abinte-
ſtato decedenti. Sequitur Guil. Bene.
in. d.c. Rainuntius. §. vxorem nomi-
ne Adelaſiam. nu.953. & Matthæ. de
Afflict. in. d. §. bona vacantia. nu.9.

24 ¶Septimò fallit, in feudalibus &
emphyteoticarijs bonis, in quibꝰ do-
mini vtiles fiſco in ſucceſsione præfe
runtur, & dominium dictorum bo-
norum vtile ſuo directo cõſolidatur.
Bal. in. d.l.1. Alex. in. d.l.1. nu.2. in ad-
ditio. ad Bar. C. de bo. vacan. libr.10.
optimè Guil. Bene. in. d. verbo, vxo-
rem nomine Adelaſiam. nu.948.

25 ¶Octauò fallit, quando filius, vel
proximus defuncti abinteſtato mo-
rientis, tempore eius mortis erat ab-
ſens, & bona fuerunt à fiſco occupa-
ta, quòd adhuc filius, vel proximus
audiendus eſt ſecundum diſtinctio-
nẽ. l.1. & .l. omnes. C. de quadri. præ-
ſcrip. Maſue. de empti. & vendi. §. itẽ
ſi bona mobilia. Guiller. Bene. in dict.
verbo, vxorem nomine Adelaſiam.
nume.942. vbi examinat, an ſi hæres
qui erat abinteſtato ſucceſſurus ad-
uerſus fiſcum eſſet reſtituẽdus. Quod
inferius in materia præſcriptionis bo
norum vacantium aduerſus fiſcum
latiùs erit diſſerendum.

26 ¶Nonò fallit, in nauibꝰ naufragio
fractis, & in alijs bonis ad littus ma-
ris delatis, quæ ad fiſcum non perti-
nent, ſed ad eum qui naufragium
paſſus



paſſus eſt. l.2. in fine. C. ad. l. Rhodi.
de iact. Authen. nauigia. C. de furtis.
l.1.C. de naufra. lib.11. §. fi. inſti. de re
rum diui. l.7. & .11. titul.9. par.5. l.2.
& .3. & .9. tit.12. lib.6. ordi. l.1. & .2. ti-
tu.25. lib.4. fori. & tenetur actione
furti, qui occupat res inuentas in lit-
27 tore iacẽtes. l.2. & .3. ff. de incen. rui.
& naufra. l. in eũ qui. C. de fur. l.7. tit.
9. par.5. niſi eas capiat eo animo vt ei,
cuius fuit reſtituat. Ideo libellum pu
blicè, vt appareat verus dominus pro
ponere tenetur. l. falſus. §. ſi alienũ.
ff. de fur. & in. d. §. fi. inſti. de rerũ di-
ui. Ideo Ioã. de Plate. inquit, in. d. l.1.
C. de naufra. lib.11. quòd male faciũt
reges Hiſpaniæ qui naues fractas oc-
cupant. ad id allegat glo. in. c. diſpen-
ſationes.1. q.7. Idẽ tenuit Gui. Bene.
28 in. d. verbo, vxorẽ nomine Adelaſiã.
nu.936. Sed gloſſa in. d. cap. diſpenſa-
tiones, & eius ſequaces in hoc fue-
rũt decepti. nã in vno quoque portu
maris Hiſpaniæ, depoſitarij à regia
maieſtate conſtituti ſunt, vt naues
fractas & merces naufragio ad littus
maris delatas ſub fideli cuſtodia reci
piant atq; veris dominis reſtituant.

29 ¶Decimò fallit quando hæreditas
fiſco delata, ab aliquo tẽpore quadriẽ
nij à die denũciationis eſſet præſcri-
pta, quo caſu quadriẽnio lapſo poſ-
ſeſſorẽ minimè moleſtare poterit. l.1
vbi Bal. C. de quadri. præſcrip. l. in-
tra quatuor in prin. & in. §.1. ff. de di
uer. & tempora. præſcrip. l.1. §. diuus.
& §. fin. vbi glo. & Bar. ff. de iu. fiſ. glo.
vbi Bar. & Plate. in. l.1. C. de bonis va-
can. li.10. Quod intelligendum eſt
niſi præſcribens habeat titulum, quo
caſu abſq; aliqua denunciatione de
cem annis inter præſentes, & viginti
inter abſentes præſcribit iuxta ſingu
larem theoricam Bar. in.l. in omnibꝰ.
ff. de diuer. & tempora. præſcrip. glo.
vbi Doct. in. §. res fiſci. inſti. de vſu ca
pi. Abb. in. c. cum nobis. num.11. de
præſcrip. Fran. Bal. de præſcrip.2. par.
5. par. princi. num.4. Ægidi. Boci. de
fiſco & eius priuilegijs. nu.51. & .61.
Iaco, Rebu. in. d.l.1. num.3. C. de bo.
vacan. lib.10. Guil. Bene. in dict. ver-
bo, & vxorem nomine Adelaſiã. nu.
942. Matthę de Afflic. in. d. §. bona va
canti. num.14. Nec prædictis obſtat,
30 ſi quiſpiam dixerit prædicta bona prę
ſcribi non poſſe, cum ſint regalia, vt
in. d.c.1. quæ ſunt Regalia in vſibus
feudorum, vbi bona regalia, nec prin-
cipi reſeruata nõ præſcribuntur. Bar.
in. l. licitatio alias locatio. §. earum re-
rum. ff. de publi. & vectigal. num.3. l.
comperit. vbi Bar. & Bal. C. de præ-
ſcrip.30. anno. Iaſ. in. l. imperium. nu-
me.20. ff. de iuriſdic. omni. iudi. Abb.
in. dict. c. cum nobis. num.11. & in. c.
cum non liceat. num.6. de præſcrip.
Ex quibus omnibus facile colligitur
31 ſolutio ad prædictam obiectionem,
quòd prædicta bona vacãtia nõ ſunt
principi reſeruata in ſignum ſubie-
ctionis & dominij vniuerſalis, & hæc
etiam præſcribuntur tempore cuius
initij memoria non exiſtat. ca. ſuper
quibuſdam. §. præterea. de verbo. ſi-
32 gni. data ſcientia & tolerantia princi
pis, vel ſaltem eius officialium. Bar. in
l. publicanus. § in vectigalibus. num.
2. ff. de publi. & vectiga. & in. l.1. nu.
50. C. de ſumma Trinit. & fide catho.
Alex. conſi.16. num.23. vol.5. & con-
ſi.13. vol.6. & conſi.60. vol.1. Abb. in.
cap. ad audientiam. in prin. de præ-
ſcrip. latiſsime Feli. in. c. cum non li-
ceat. eo. tit. Decius. conſi.272. incip.
Superiori anno. num.15. & huiuſmo
di regalia alicui priuato à principe cõ
ceſſa facile ab eodem principe reuo-
cantur. Inno. in. cap. intellecto. de
iureiur. Andre. de Iſernia in rub. quæ
ſunt rega. vbi optime Matthæus de
Afflictis. nu.71. & .74. cum ſeq. Ægi.

Boci.in practica criminali.tit.de rega
lijs. num. 27. & ſucceſſor in Regno
alienationem iurium regalium reuo
care poterit. Albe.in.l.digna vox. C.
33 de legi.& in.d.l.bene à Zenone. Mat
thæ.de Afflictis.in.d.rub.quæ ſunt re
galia.num.66.& Ægidi. Boci. de prin
cipe,& eius priuilegijs in fine. num.
384 quia regalia alienare, eſt regiam
maieſtatem minuere: vt concludunt
34 Afflictus & Ægidi. Boci. in locis mo-
dò citatis. pro vt in emptione ac recu
peratione ſalinarum in regno Caſtel
læ annis præteritis ab officialibus re-
gis, iuſto pro eis pretio ſoluto, iuridi-
ce factum fuit, cum ſalinaria ſint iura
35 regalia, vt in.d.c.vnico, in verbo, &
ſalinarum. vbi Matthæ. de Afflict. in
prin. ſcripſit, quod priuatus non po-
teſt alicui vendere ſalem ſine ex-
preſſa licentia regia. & quod ita eſt de
antiqua conſuetudine in regno Nea
politano à tempore Federici Impe-
ratoris.

36 ¶Vndecimo, Fallit, in monachis
& regularibus, quibus ſuccedit mona
ſterium & non fiſcus. Authen.ingreſ
ſi.& Authent.ſi qua mulier. C. de ſa-
croſancta eccleſia, capitul. quia in-
gredientibus. de teſta.cap. in præſen
tia. de proba.l.2.tit.7.par.1.latè Nico
la.de Vbal.de ſucce.abinteſt.in.5.par
te.& Anto.de Roſe.de ſucce.abinteſ.
num. 198. cum ſequen. Deci.conſi.
330.incip.conclu num.4.

37 ¶Duodecimo, Fallit, in clerico ſi-
ne agnatis & cognatis abinteſtato de
cedente, cui in bonis eius patrimo-
nialibus non ſuccedit fiſcus, ſed Epi-
copus.glo.eſt ſingu.in verbo. præter
eius.in.cap.quia diuerſitatem. de cõ-
ceſſio.præbẽ. Inno. in. c. inſinuante,
qui clerici, vel vouẽtes. Bar.in.l.1.nu.
2.C.de bo.vacan. lib.10. Federic.de
Se.conſi.20.Matthæ. de Afflic.in.d.
c.vnico.§.bona vacantia.tit.quæ ſint
regalia.nu.11. in vſibus feudo. Co-
38 uar.in.lib.2.reſolu.c.9. nu.11. Quod
intelligendũ eſt, ſi clericus non habe
ret eccleſiã propriã in tit. alias ipſa ec
cleſia ſuccederet, & nõ Epiſcopus.c.
1.de ſucce.abinteſta.c.vlti.12.q.ſi.Au
thẽ.de eccle.tit.§.ſi quis Epiſcopo col
la.9. Abb.in.d.c.quia diuerſitate. Bal.
in.l.1. C. de hære. decurio. & in.l.ſi
quis presbyter.C.de Epiſc.& cle.Mat.
de Afflic.in.d.§.bona vacanti.nu.11.
& Nico.de Vbal. in.d.tract. de ſucce.
abinteſtato.in.5.par. in prin. & hoc
in bonis patrimonialibus intelligen-
dũ eſt, & non in acquiſitis intuitu ec-
cleſiæ, quæ diuidẽda ſunt iuxta diſtin
ctionẽ tex.in.c.2.de ſucce. abinteſta.
neq; de his bonis clericus teſtari pote
rit.c.1. c.cũ in officijs.c.ad hæc.c.rela
tũ.in.2.de teſt.l.53.tit.6.par.1. In qua
re à pleriſque non immeritò ſolet du
39 bitari de validitate conſuetudinis,
quæ in tota ferè Hiſpania verſatur,
clericos de reditibus eccleſiarum te-
ſtari poſſe, & abinteſtato conſangui-
neos proximiores, & non Epiſcopum
vel eccleſiam ſuccedere. Hanc con-
ſuetudinem reprobat glo.ſingu.cum
diſtinctione ibi poſita in. c. præſenti,
in verbo, reſeruari, de officio Ordina
rij.lib.6. Archi. in ſumma. 12. quæſt.
5. Francus in Rub.de teſta. in. 6. nu.
55. Abb.in.cap.cùm eſſes, in repe.nu.
21.de teſta.& in.c. cæterum, per tex.
ibi.num.3.de dona. & in.c. cum in of
ficijs, de teſta. nu. 5. & in. c.cùm tibi.
nu.2.de verbo.ſigni. & in. c.ſi.de pe-
cu.cleri.& in.c.ſi.nu.5.de pigno. Ro-
chus de Curtie.in.c.ſi.de conſue.nu.
540.cum ſequen. Barba. de præſtan-
tia Cardi.1.par.q.4. Sylueſter in ver-
bo, clericus.4.q.2.& Ang. in verbo,
clericus.2.§.13. Menchaca de ſucce.
crea.§.22.nu.57. Quorũ opinio magis
cõmunis eſt, vt ex pręmiſſis Doctori
bus apertè cõſtat, cui cõmunis ſuffra-
gatur



40 gatur text.in.cap.relatum. in.2.de te
ſta. vbi approbatur illa conſuetudo
tantùm, quæ permittit clericis in
pios vſus teſtari. Nonnulli tamen iu-
ris interpretes præfatam conſuetudi
nem approbant, videlicet Ioan. An-
dre.in regu.nemo plus. de regu. iu.
lib.16. Fran.in.d.cap.præſenti. de of-
fi.ordi.lib.6. Guido Papæ deciſio.115.
Hoſtien.in.cap.fin.de pecu. cleri. &
Nicola. de Vbal. in tracta. de ſucceſſ.
clericorum, part.vlti.nume.22.in fin.
Vnde Guido Papæ, deciſi. 110.incip.
an clerici poſsint teſtari, inquit, quòd
in regno Franciæ de fructibus ſuorũ
beneficiorum clerici teſtari poterũt.
& quòd opinio Hoſtien. ſeruatur de
conſuetudine. Idem affirmat Guil.
Bene.in.d.cap. Raynuncius, in ver-
bo, & vxorẽ nomine Adelaſiam. nu.
265.cum ſequen. Quæ opinio egre-
gio Doctori à Couarr. non diſplicet,
& eam defendit in. cap. cum in offi-
cijs.nu.9.de teſta. Pro qua opinione
eſt tex.in.c.quia ſæpe. de præben.lib.
6.& cap.ſi propter.de reſcriptis. eo.li.
&.cap.1.de conſue.eo.lib. &. cap. ex
41 parte Aſtenſis. in fine. de conceſsio.
præben. & extrauagans. Ioan. 22. in
cip.ſuſcepti. de electio. diſponens, cõ
ſuetudinem valere, qua inductum ſit
fructus beneficij vacãtis, per aliquod
42 tempus ad defunctum pertinere, &
hanc conſuetudinem iura Regia ap-
probant, vt patet in petitione. 47. fa-
cta Pinciæ, anno. 1523. &. 19. facta
Mantuæ Carpentanæ, vulgò, Ma-
drid, anno. 1534. & in l.2. tit. 1. lib. 1.
in ordi. nouo. Præſertim quòd om-
43 nes ſucceſsiones ſunt de iure poſiti-
uo, & ob id legibus, conſuetudinibùs
ue mutari poſſunt.l.2. &.3.ff.de peti.
hære.l.1.C.de natu.lib. notat Bal. in.
l.meminimus.C.de legi.hære.Bar. in
l.ex hoc iure.num.5.ff.de iu. & iu.op
timè Nico.de Vbal. de ſucce. abinte-
ſta.parte.1.num.39. cum ſequen. &.
Guil.in.d.verbo. & vxorem nomine
Adelaſiam.num.949. Quæ opinio tã
quam verior ſemper mihi pla-
cuit contra diſtinctio. gloſſ.
in dicto. capitu. præſen-
ti, & eius ſequa-
ces.



Finis.

# DE HAERETICIS, EORVMQVE IMPIA INTENTIONE, ET CREDVLItate, cum quinquaginta Analyticis aſſertionibus, quibus vniuerſæ fidei cauſæ facilè definiri valeant.

Authore Domino Ioanne à Rojas Iuris vtriuſque Licenciato, Inquiſitore hæreticæ prauitatis Valentino.

1 IPSIS rerum ex-
perimentis cogno-
uimus (vt verbis di-
ui Marci Imperato-
ris in.l.2.C.vt in poſ-
ſeſs.legat.vtar.) quã
plurimos in carceribus ſancti officij
Inquiſitionis hæreticæ prauitatis de-
tentos, facta ac verba hæretica inge-
nuè confiteri, credulitatem verò pra
uamque intentionem prorſus abne-
gare. Et quoniam in cauſis fidei defi-
2 niendis, an iſti ſint cenſendi hæreti-
ci, & qua pœna puniendi, varia ac di-
uerſa,& ex diametro oppoſita Inqui-
ſitorum & Conſultorum ſuffragia ſæ
pe vidimus. Ideo hunc articulum ni-
mis ambiguum atque difficilem, & à
noſtris iuris profeſſoribus (ni fallor)
non rectè intellectum, radicitus (an-
nuente Deo) explicare mira breuita-
te conabor. Primo pro parte negati-
ua, iura & rationes referam, deinceps
pro parte affirmatiua veras conclu-
ſiones ſubijciam: poſtremò nonnul-
las quæſtiones vtiles ac neceſſarias
notatuque dignas annectam, cum
quinquaginta Analyticis aſſertioni-
bus: quibus facilè vniuerſæ fidei cau-
ſæ definiri valeant.

3 ¶Quicquid dixero cenſuræ ſan-
ctæ matris Eccleſiæ libēter ſubmitto,
& proteſtor me firmiter credere, ac
ſemper habere quod tenet, prædicat
& docet ſacroſancta Romana Eccle-
ſia mater omnium fidelium, & ma-
giſtra. Et vt omnia clariùs & faciliùs
percipi valeant, nonnulla præſentis
controuerſię exempla non dedigna-
bor referre. Veluti ſi quiſpiam confi-
teatur dixiſſe (vt pluries in examinã-
dis fidei cauſis vidi) quemlibet poſſe
ſaluari in ſua ſecta, ſeu opinione: Iu-
dæum, in lege Iudaica: Sarracenum,
in ſecta Mahometica: & Lutheranũ,
4 in ſecta Lutherana. Nã aliquãdo reus
eodem contextu fatetur inaduerten
ter, & lapſu linguæ prædicta verba
protuliſſe: & interdum ab Inquiſito-
ribus hæreticæ prauitatis interroga-
tus, an talia credit, dicit quòd nun-
quam talia credidit: ſed ſemper te-
nuit, quod ſancta Romana Eccleſia
prædicat & docet. Denique negat in
tentionem, & ſolùm verba confite-
tur, quæ eſſe hæretica non eſt dubiũ.
c. firmiter. de ſumma Tri. & fide ca-
tho. ibi. Vna verò eſt fidelium vniuer
ſalis Eccleſia, extra quam nullus om-
nino ſaluatur. ca. Eccleſia, de conſec.

5 diſt.4.Et in Symbolo Athanaſij, Qui
cunq; vult ſaluus eſſe, ante omnia
opus eſt vt teneat catholicam fidem.
Et Paulus Apoſt.Doctor Gentium ad
Ephe.ca.4. Vnus dominus,vna fides,
vnum baptiſma, vnus Deus & pater
omnium,&c. Id etiam multis ratio-
nibus explicat Card. de poteſtate Pa-
pæ lib.1.cap.21.& S.Tho.2.2.quæſt.
4.articu.6. dicens quòd impoſsibile
eſt plures eſſe fides, ſed vnam tãtum
6 fidem, cùm fides ſit quidam habitus,
& habitus diſtinguatur ſecundum di
uerſa obiecta, vnde neceſſe eſt quòd
vbi vnum eſt obiectum, ibi ſit vnus
habitus, Sed obiectum formale fidei
eſt veritas prima, ſeu diuina, ſub qua
conſtituuntur multi fidei Catholicæ
articuli: ergo cùm vna ſit ratio forma
lis fidei, conſequens eſt vnam eſſe fi-
dem, vt optimè declarat Alberti. de
agnoſ.aſſer.c.22.num.4. & latius in
rep.rub.de hæreti.li.6,q.2.nu.61.
7 Præterea eſt aliud exemplum de
eo qui confitetur ſe dixiſſe ſimplicẽ
fornicationem non eſſe peccatum
mortale, & credulitatem & errorem
in intellectu negat, aſſerens cauſa la-
ſciuiæ loquẽdo cum mulierculis ver-
ba prædicta protuliſſe. Quæ ſanè ver-
ba hæretica ſunt, cùm ſint contra
præceptum Dei, Non mœchaberis,
Exo.ca.20.Cle. ad noſtram de hæret.
Vbi damnantur octo errores Begar-
8 dorum & Beguinarũ Alemaniæ, quo
rum vnus erat, oſculum mulieris eſſe
peccatum, actum autem carnalem
nõ. Cõtra quos inquit Paulus Apoſt.
1.Cor.cap.6. fugite fornicationem,
qui autem fornicatur, in corpus ſuũ
peccat. Et in Deut.c.23.habetur. Nõ
erit meretrix de filiabus Iſrael. c. me-
retrices.32.q.4.S.Tho.2.2.q.154.art.
4.Cardi.in ſumm de Eccle.lib.4.par.
2.cap.7. Aufrerius, deciſ.346.Alberti.
de agnoſcen.aſſer.quæſt.22.nu.36.&
quæſt.fin.in fine.Franciſc. Squilacẽ.
9 de fide catho.cap.18.Iulius Clarus.in
prac.crim.§.hæreſis,in prin.dicens eſ
ſe communem opinionem, eſſe hære
ticum dicere periurium non eſſe pec
catum mortale, allegando Bellonum
conſ.78.nu.8.
10 ¶ Exemplum de facto hæretico,
erit de eo qui cum baptizatus ſit, po-
ſtea fuit circunciſus & ieiunium vul-
gò *del ramadan* & Paſchata modo Ma-
hometico obſeruauit, atq; zalã in do
11 mo ſua, vel Meſquitis, loto prius cor-
pore, maximè partibus pudẽdis, geni
bus flexis humiliando & extollendo
caput fecit, & carnibus *al Achible* oc-
12 ciſis veſcitur. Multos alios ritus ſacri-
legos & nefandos neophyti in his
Regnis Valentiæ, Aragoniæ, & Gra-
natæ publicè obſeruant, in offenſam
diuini nominis, & opprobrium fidei
Chriſtianæ, quod ſine lachrymis mi-
nime hic erat referendum. Neque
erit temerarium, ſed potius iuri & ra
13 tioni conſonum, aſſerere Prælatos ac
dominos temporales non eſſe in con
ſcientijs tutos, qui in diœceſibus, ter
ris, & dominijs ſibi ſubiectis talia pu-
blicè perpetrari patiuntur, quod aſſe
rit Ioan.And.& Archid.in.c.2.num.
6.de hæret.lib.6.tex.in.l.2.&.l.pla-
cuit.&.l.pen.C.de Paga. Cle. vni. de
Iudæ.& Sarra.c. excommunicamus.
1.§.adijcimus de hæret.ibi, Epiſcopo
rum munus eſt fidem plantare, & hæ
reſes à ſuis diœceſibus extirpare.cap.
pen.de reg.iur.in antiq. De prædictis
& alijs falſis cæremonijs & erroribus
Sarracenorum, & quòd anno.615.ha
14 buit principium hæc maledicta ſecta
ſcripſit.S.Tho.lib.1.c.6.contra Gen-
tiles. Vincentius in Specu. hiſtor.lib.
24.Archi.Floren.2.par.hiſto titu. 14.
cap.5.& in.4.par.ſum.titu.11.c.6.§.1.
Iac.de Voragi.in hiſto.5. Pelagij Pa-
pæ plenius Paulus Burgen. ſuper
Apo-



Apocaly.c.13.Paulus Æmilius in hi-
ſto.Francorum.libr.7.Pe.de la Caua-
lleria contra Iudæos. c.de repro.ſect.
Mahomet. Hoſtien. in rub.de Sarra-
cenis.Card.in Clemen.vni.eo.tit.Al-
bert.de agnoſ.aſſer.c.13.num. 31. La
tius in rub.de hæret.lib.6.q.2.nu.52.
cum ſequen.Iac.Septi.in inſti.catho.
ca.35.& directorium Inquiſitorum,
par.2.c.45.
15 ¶ Aliud quoque exemplum omit-
tendum non eſt de eo, præſertim ſi
eſt de genere Iudæorum, qui Sabba-
tum celebrat ceſſando ab omni ope-
re, vt Exod.c.35.& Leuit.c.23.taliter
quòd in Sabbato non colligat ligna,
vt Num.c.15. neque ambulet in Sab
16 bato vltra mille paſsꝰ, vt eſt glo.inter-
linealis in.c.1.in Acti. Apoſtolorũ, in
verbis Sabbati habens iter, quę cuius
ſit authoris ignoratur, vt ibi, & Alber
17 ti.de agnoſ.aſſer.q.32.num.3.&.4.ac
etiam ventrem non purget in Sabba
to, vt refert Alber.in rub.de hęreti.q.
11.num.11.quæ ſanè erat celebris Iu
18 dæorũ cæremonia, vt ibi dicit. Quòd
Sabbatum datum fuit in lege in me-
moriam creationis rerum. Ac etiam
alia feſta & ieiunia legis Moyſi obſer-
uat, videlicet illa tria feſta, quæ Deus
in lege veteri præcepit Iudæis cele-
19 brare, vt Leuit.c.23.in menſe Septem
bri, qui apud Hebræos dicitur Betha
nim vel Ethanim, vt.3.Regum.c.8.a-
liâs Tiſri, & eſt ſeptimus menſis anni,
incipiendo à menſe Martio, qui erat
primus in menſibus anni, vt Exod.c.
20 12.& apud Hebræos dicitur Niſan,
vt in lib. Eſther.ca.1. Et erat primum
feſtum primus dies menſis Septem-
bris Sabbatum memoriale clangen-
tibus tubis, dicebatur feſtum clango
ris ſiue tubarum, Hebraice Teruach,
vulgo *del cuerno*, in memoriam libera-
tionis Iſaac de ſacrificio, pro quo aries
21 fuit immolatus, vt Gene.c.22. Et iſte
menſis September apud Iudæos in
computatione vulgari negotiorum
ſecularium, & in ipſa etiam annorũ
computatione dicitur primus anni
menſis, & ſic alio nomine feſtum tu-
barum, apud Hebræos vocabatur
Rosha ſana, id eſt, caput anni Iubilei:
& iſte menſis magna ex parte con-
currit cùm noſtro Septembri: incipit
enim à nouilunio propinquiori ęqui
noctio autũnali, ſiue præcedat ipſum
22 æquinoctium ſiue ſequatur. Secun-
dum feſtũ erat, expiationis ſiue pro-
pitiationis, Hebraicè Cipurim, quod
celebrabatur decima die eiuſdẽ men
ſis Septembris, propter propitiationẽ
filiorum Iſrael, quando Deus propi-
tiatus eſt pro peccato vituli confla-
tilis, vt Exod.cap.32.quod alio nomi-
ne inter Hebræos dicitur *Thaum*, vel
23 *Cenquipur*. Tertium feſtum nimis ce-
lebre Iudæorum erat feſtum Taber-
naculorum apud Hebræos Succoth,
& alio nomine Cimhatora, id eſt, ma
gna lætitia, vulgo *de las Cabanillas*, quod
celebrabatur quinta decima die di-
cti menſis Septembris, in memoriam
Tabernaculorum, in quibus habita-
uerant quadraginta annis in deſer-
to, vt num.cap.29, & alio nomine
iſtud feſtum appellabatur *Scenophegia*
à figendis Tabernaculis, ac ita totus
iſte menſis September Iudæis erat
valdè feſtiuus, & vocabatur menſis
quietis & lætitiæ, ratione illarum fe-
ſtiuitatum.
24 ¶ Aliud quoque feſtũ in quinta de
cima die lunæ mẽſis Martij, quod vo-
catur nomine Hebræo *peſach*, aliâs pa
ſcha, vulgo, *del pan cenceño*, in memoriã
exitus de Ægypto, vt Exod.cap.12.&
Deuterono.cap.23. Qui menſis con-
currit magna ex parte cum noſtro
Martio. Incipit enĩ à nouilunio pro-
pinquiori Æquinoctio verno, ſiue pre
cedat, ſiue ſequat̃ ipſum Æquinoctiũ

25 Alias autem feſtiuitates, præter da-
tas in lege, tractu temporis addide-
runt Iudæi, propter varios caſus & e-
uentus, vt fuit feſtum Phurim, vel Pu
rim: & alio nomine feſtum Reginæ
Eſther, ex eo quòd tempore regis Aſ-
ſueri per reginam Eſther à morte fue
runt liberati, in cuius memoriam Iu-
dæi ieiunabant, & vocatur ieiunium
reginæ Eſther, vt in libro Eſther. c. 3.
&. 4. in fine. & c. 9. Quod feſtum erat
decimatertia die Lunæ menſis Apri-
lis: & ſecundum alios interpretes de-
cimaquarta die mẽſis Februarij. Aliæ
verò plurima ieiunia celebrabant Iu
dæi, non ex præcepto legis Moyſi da-
tæ: ſed potiùs ex eorum voto, vt ha-
bentur in directo. Inquiſito. loco ſu-
26 pra citato. Aliud feſtum reperi à Do-
ctoribus non relatum, quod ſerua-
bant Iudæi, & dicebatur feſtum Lu-
minum, propter memoriam reædifi-
cationis templi, vel propter lampa-
das ibidẽ exiſtentes. Celebrabatur à
Iudæis per octo dies, in viceſimaquin
ta die menſis Nouembris, atque in
quolibet die ac nocte vnica tantùm
lucerna erat incenſa prope limina do
mus: ac vltimo & octauo die omnes
octo lucernæ, vt lib. 2. Macha. ca. 1. &
27 10. habetur. Et multa prohibebãtur
in lege Moſayca Iudęis comedere, vt
caro cum ſanguine & pinguedine, &
alia: vt Gene. c. 9. & Leui. c. 7. &. 11. &
12. & Deutero. c. 14. Et Iudæi hac no-
ſtra tempeſtate ſcindunt fœmur arie
tis, vel alterius animalis, cuius carni-
bus veſci volunt, & eijciunt parũ car
nis in modum auellanæ ibi repertæ,
vt illam carnem non comedant, quæ
dicitur vulgo *la landrezilla*, & apud He
bræos *Gid hanaſſe*, aliâs *dinarnaxe*, vt ha
betur Gene. ca. 32. in fine, ibi. Quã ob
cauſam non comedunt neruum filij
Iſraël, qui emarcuit in fœmore Ia-
cob, vſque in præſentẽ diẽ. Multę alię
cerimoniæ celebrabantur à Iudæis,
quæ in quinque libris Moyſi ſcriptæ
29 ſunt. Et plures aliæ etiam celebrabã-
tur ex eorum traditionibus: vt mulie
res poſtquam piſtauerũt, antequam
panes faciãt, accipere ſolent de maſ-
ſa illa aliquã particulam, & proijcere
in ignẽ: vt habetur Num. c. 27. & ora-
re apertis feneſtris tribus horis ver-
29 ſus Orientem: vt lib. 3. Reg. ca. 8. Vſq;
adeò autem execrabilis eſt Iudæorũ
perfidia, vt inquit tex. in. c. Etſi Iudæ-
os. de Iud. quòd filiorum ſuorum nu-
trices Chriſtianas in die reſurrectio-
nis Dominicæ, quando ipſe corpus &
ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chri-
ſti recipiebãt, per triduum ante quã
pueros lactarent lac effundere Iudæi
30 faciebant in latrinam. Meritò ſancta
Romana Eccleſia in die Veneris ſan-
cta, quamuis orat pro Paganis, hæreti
cis, & ſchiſmaticis genu flexo, non ta
men pro Iudæis genua flectit, vt ha-
betur in Miſſali & cæremoniali Ro-
mano. & tradit Oldr. conſi. 51. incip.
Iudæus tranſiuit. & Albert. de agnoſ.
aſſer. quæſt. 23. nu. 57. nam eſt gene-
ratio praua & adultera, vt in Euange
lio legitur.

31 ¶ Iudæorum verò errores, in qui-
bus præcipuè ſua perfidia & pertina-
cia verſatur, ſunt octo. Primus, quòd
credunt legem Moyſi fuiſſe datã gra
tia ſui, & nõ propter alium finem. Se-
cundus error, quòd putant ipſam in
æternum duraturam. Tertius error,
quòd non credunt Chriſtum Ieſum
fuiſſe Meſsiam in lege promiſſum.
Quartus error, quòd nõ credunt Sab
batum & otia ceſſare, & loco illius ce
lebrandam eſſe diem Dominicam.
Quintus error, quòd arbitrantur ter-
ram illam Chanaan, & Ieruſalem eſſe
eis promiſſam, cum omnibus fructi-
bus, in præmium obſeruationis legis
Moyſi. Sextus error, quòd non pu-
tant



tant tempus Meſsiæ adhuc veniſſe.
Septimus error, quòd credunt Meſ-
ſiam eos liberaturum ab omni capti-
uitate, & reducturum eos in terram
Chanaam. Octauus error, quòd cre-
dunt legem Euangelicam eſſe imper
32 fectam & falſam. Plures alij ſunt eorũ
errores, qui ex prædictis deducũtur:
de quibus, atque eorum feſtiuitati-
bus, ieiunijs, & cæremonijs latè ſcri-
pſit Ioſephus de antiquitat. Iudai. lib.
12. cap. 10. latiùs Hugo Card. & Bur-
geñ. & Nicol. de Lyra in Leuit. c. 12.
& Deutero. cap. 14. Idem Burgeñ. in
ſuo ſcrutinio ſcripturarum, diſtin. 3.
S. Thom. 1. 2. q. 102. art. 4. Turr. Crem.
in. c. 1. de conſecr. diſtin. 3. Tertull. ad
uerſus Iudæos. Archi. Flor. 2. parte
ſumm. tit. 12. cap. 7. §. 4. Optimè Ia. de
Valentia in ſuis quinque quæſtioni-
bus contra Iudęos: & in Pſalm. 80. in-
cip. Exultate Deo. Et ſuper Pſalm. 83.
Quàm dilecta tabernacula tua. Vide
ri. Zaz. de Iudæis. q. 1. & 2. & Archie-
piſcopus Hiſpaleñ. in tractatu contra
Iudæos, & Petrus de la Caualleria, in
ſuo libello contra Iudæos. latiſsimè
omnium Alberti. in rub. de hæreti. li-
bro. 6. q. 12. vbi quàm vberrimè, & de
agnoſ. aſſer. q. 25. & melius. q. 32. & in
repet. Inquiſitorum, in verb. cæremo
niæ, & in verb. Iudæi, ac melius & la-
tius in verb. nomina, & in direct. in-
quiſit. parte. 2. q. 44. & omnia ſupra di
cta plenius habentur apud Hebræos
in ſuo magno libro vocato Thal-
muth.

33 ¶ Et ne quæſtio ſuperius propoſi-
ta, in exemplis explicandis differa-
tur, videlicet, an is qui verba hæreti-
ca ac ritus & cæremonias modo rela
tas dixiſſe & feciſſe fatetur, credulita
tem verò & intentionem atque erro
rem in intellectu prorſus negat, di-
cens, inaduertenter ac ignoranter id
dixiſſe, vel feciſſe, & ſe eſſe paratum
ad correctionem Eccleſiæ, hæreticus
ſit cenſendus? etiam ſi legitimis teſti-
bus non ſit conuictus.

34 ¶ Primò, videtur quòd non ſit hæ-
reticus ille qui confitetur ſe verba hę
retica dixiſſe, & prauam intẽtionem
erroremq; in intellectu, & malã cre-
dulitatem abnegat, neque pœna hæ-
reticorum ſit plectendus. Nam hære
ticus eſt qui circa ea quæ ſunt fidei er
35 rat per intellectũ, & pertinaciter ad-
hæret errori per voluntatem appro-
bans falſa pro veris, & vera pro falſis,
certa pro incertis, aut incerta pro cer
tis. Itaque nullum opus exterius, quã
36 tumuis horrendum, eſt hæreſis abſq;
errore in intellectu, ſiue abſolutè er-
ror ſit in intellectu, ſiue in eo, vt mo-
to à voluntate eligente; taliter quod
in hæretico requiritur falſa creduli-
37 tas ex parte rationis, & peruerſa volũ
tas ex parte concupiſcibili. cap. dixit
Apoſto. 24 q. 3. ibi, qui errant & para-
ti ſunt corrigi nequaquam inter hæ-
reticos ſunt computandi. c. excom-
municamus. 1. §. credentes. de hęret.
Archi. & alij. c. quicunque. de hæret.
in. 6. Ioan. An. Inno. & Anto. in. c. fir-
miter. in fin. de ſumma. Trini. & fide
Catho. Bal. & Paul. in rub. C. eo. titu.
Caſtro. de Iuſt. hæret. pun. lib. 1. ca. 1.
prope finem, &. c 7. & aduerſus hære
ſes libr. 1. ca. 1. in fine. Fran. Squilla. de
fide Catho. c. 4. & S. Thom. 2. 2. q. 11.
artic. 1. Alexan. de Ales. 2. part q. 181.
memb. 1. Archiepiſcopus Flo. 2. par.
ſum. titu. 12. ca. 4. in princi. Syluest. in
verb. hæreſis. 1. Conradus Brunus de
hæret. lib. 1. c. 2. Pala. Rub. in alleg. hæ
reſis. §. 3. & 4. Alphon. Aluar Guerre-
ro, in theſauro religionis Chriſtianæ.
tit. de hæret. nume. 20. & hanc dixit
eſſe communem opinionem Iulius
Clarus in pract. Crimi. §. hęreſis. verſ.
ad hoc autem, Albert. de agnoſ. aſſer-
tio. q. 6. nu. 8. & q. 23. num. 52. & idem

q.2.nume.12.allegans.conſil.Oldra.
210.incip. Regularis habet traditio.
quod crimen hæreſis habet princi-
38 pium & complemētum, principium
in errore in intellectu, complemen-
tum in pertinacia in volūtate. Idem
Albert.in repe.rubr.de hære.lib.6.q.
1.nu.12.&.19.Et latiùs.q.13.num.4.
cum ſequen. vbi affirmat quinq; eſſe
neceſſaria,vt quis propriè dicatur hæ
39 reticus. Quæ omnia ſurripuit,tacito
authore,ab Archiepiſcopo Flor.in.2.
par.ſumm.tit.12.c.5.§.1.cū ſequent.
40 ¶Primùm, quòd quis profeſſus
fuerit catholicam fidem: ſecundùm,
quòd aliquam veritatem credat de
fide catholica:nam ſi à fide catholica
omnino receſſerit, potiùs Apoſtata,
quàm hæreticus eſt cenſendus. Ter-
tiùm, quòd habeat errorem in intel-
lectu, vt dictum eſt. Quartùm,quòd
talis error ſit contra articulos fidei,
vel contra determinationem Eccle-
ſiæ, in his quæ pertinent ad fidem &
bonos mores: nam in his Eccleſia nō
poteſt errare. ca. à recta ergo fide.24.
q.1.ca.maiores.de bap.vbi Abb. & in
c.à nobis.2. de ſen.excōmu.Et latiùs
41 tradidi in ſing. meo.146. Quintùm,
quòd talem errorem pertinaciter de
42 fendat, itaque de neceſſitate requi-
ritur ad conſtituendam hæreſim er-
ror in intellectu, & nullū factum ab-
ſolutè, quamuis horrendum, & exe-
crabile ſit, abſque errore intellectus
facit aliquem hæreticum:quia hære-
43 ſis non in opere,ſed in errore intelle-
ctus cōſiſtit. Nam qui fornicatur,aut
occidit, aut aliud ſimile crimē ab Ec-
cleſia prohibitum committit, nō ob
44 id hæreticus eſt cenſendus, niſi hoc
impune fieri poſſe crediderit. Sed ſi
inaduertēter ignorātia, vel ioco, vel
lubrico linguæ ſermone aliquid fidei
contrarium quis proferat, ſi errorem
non habeat, & emendare quod pec-
cauerat ſit paratus, nō eſt hæreticus.
45 Quanquam propter ignorantiam, le
uitatem, & incuriam arbitrio iudicis
pœna extraordinaria eſt puniendus.
46 c.dixit Apoſtolus.24.q.3. S.Thom.3.
par.diſtin.13.q.2. artic.1. Et in quoli-
bet.3.art.2.Card.in Clem.vni.§.ſanè,
de vſuris. Archi. & Ioan. And.in.c.2.
nu.6.de hæret.in.6.Gundi.de hæret.
q.1.in princi.Inno.in dict.c.firmiter.
Pala.Rub.in dict.allegat.hæreſis.Cō-
ra.Bru.de hæret.libro.1.ca.2.Pulchrè
Turr. Crema. in ſumm. de Eccleſia.
par.2.lib.4.ca.1.&.4.&.13.Alberti.d.
q.13.nume.8.&.14.& Caſtro in locis
ſupra citatis.
47 ¶Ideo meritò diuus Auguſtinus
inquit in libr.1.de Trini.errare pote-
ro, ſed hæreticus non ero. Quod di-
ctum refert Card. de Turre Crem.in
d.part.2.lib.4.c.1. Et Archiepiſcopus
Floren.in.2.par.ſumm. tit.12.de ma-
teria hæreſis.c.5. Et Albert.in rub. de
hæret.lib.6.q.1.nume.19.&.q.13.nu.
14. Et idem de agnoſce.aſſer.q.2.nu.
11.&.q.6.nu.8.& in.q.23.nu.53.Et Ia
cob.Septi.Epiſco.Paceñ.in inſtitu.ca
tho.c.31.nu.7.&.c.25.nu.2.Et in En-
chiridio.titu.49.nume.4.Ambro.Ca-
the. in Speculo hæreticorum, conſi-
deratione.7.
48 ¶Vnde facilè deducitur Marcelli
num Summum Pontificem, qui tem
pore Diocletiani,& Maximiani Imp.
à Paganis compulſus & coactus,eorū
templum fuit ingreſſus, & ſuis Idolis
thurificauit, non fuiſſe hæreticum.
Ita fuit per Concil.generale decretū,
vt habetur in. c.nunc autem.21.diſt.
vt optimè tradidit Decius conſi.151.
incip. Maximi pōderis. in princip. Et
Albert.in rub.de hęret.in.6.q.13.nu.
67.quia compulſus vi Idola adorauit,
& fidem Chriſti in mente habuit, &
non peruerſum dogma, vel errorem
49 in intellectu. Nam vbi eſt metus vel
coactio



coactio, deeſt conſenſus. l.interpoſi-
tas. C. de tranſac.c.2.de his quæ vi.c.
cùm locum, de ſpōſal.ſed nimis vtile
eſſet, quod de intentione, & animo
conſtaret per proteſtationem ab eo
etiam clandeſtinè factam.cap.1. Vbi
glo.& Abb.de his quæ vi.& in.c.cùm
M.Ferrarien.num.19.de conſtit.Bar.
in.l. de pupillo.§.ſi quis ipſi Prætori.
quæſt.11.nu.6.de noui ope.nu. Bald.
in.l. repetendi, in fine. C.de condic.
ob cau. Decius conſil.219. viſo pun-
cto.num.5.Non tamē debuerat Mar
cellinus, propter fugiēdam mortem
corporalē, Idolis ſacrificare, ſanctius
50 ac melius erat mori, & omnia mala
pati, quàm peccatum mortale ope-
rari.ca.Inquiſitioni.de ſentē.excom.
c.ſacris.de his quæ vi. c.literas.de re-
ſti.ſpoli. Et eius peccatum fuit gra-
uiſſimum,non tamen peccatum hæ-
reſis. c. poteſt fieri.vbi glo. de pœnit.
diſt.1.c.ſicut ſanctius.32.q.4.
51 ¶Hinc etiam eſt Diuum Cypria-
num tenētem illam erroneam & fal-
ſam opinionem, quòd baptizati ab
hæreticis erant iterum rebaptizan-
di,& in hac opinione perſeuerauit:vt
patet in. cap. ſi quis inquit.1.q.1.non
fuiſſe hæreticum, & eum reprehen-
dit Auguſt.in lib.5.de bap.c.20.& ha
betur in.c.quomodo exaudit.de con
ſecra.diſtin.4.dicens errorem Cypria
ni, falſæ paſſionis eſſe remotum, & in
lib.6.contra Donatiſtas.c.23.
52 ¶Nam ſi quis dixerit baptiſmum
ab hæreticis miniſtratum,in nomine
patris,& filij,& ſpiritus ſancti, cùm in
tentione faciendi quod facit Eccle-
ſia, non eſſe verum baptiſmum, ana-
thema ſit.vt in.c.Romanus. de conſe
cra.diſtin.4.& nouiſſimè. in conſilio
Trident.Seſſ.7.de bapt.ca.4.idem re-
fert.& Conra.Brunen.de hære.lib.1.
c.2.& Fran.à Victoria,in ſumm. de ſa
cramen. de bapt.c.28.Ia. Septi.in in-
53 ſtitu.catho.c.25.num.2.non ob id di-
uus Cyprianus de hæreſi eſt ſuſpectꝰ,
quia non pertinaciter, ſed inaduertē
ter illud protulit,& meritò inter Do-
ctores approbatos eruditos & ſāctos
primus nominatur Cyprianus, vt in
decreto Gelaſij Papæ, quod habetur.
cap.ſancta Romana Eccleſia.15.diſt.
Et Do. Soto referendo dictum erro-
rem Cypriani multa in eius honorem
ſcripſit,in.4.diſt.1.q.5.art.5.&.9.
54 ¶Beatus quoque Paulus doctrinā
ſancti Petri Apoſtoli reprehendit, ex
eo quòd Petrus ſentiebat legalia nō
eſſe ſeruanda,vt habetur in.cap.2.ad
Galat. de qua re non parua contro-
uerſia orta eſt inter ſanctiſsimos &
grauiſsimos Doctores, Hierony. &
& Auguſt. vt latiſsimè ſcripſit S.Tho.
ſuper dicto. ca.2.ad Galat.lect.3. & in
c.3.Epiſt.1.ad Timotheum,in verbis
illis, oportet Epiſcopū eſſe vnius vxo
55 ris virum. Vnde Hieronymus & Au-
guſtinus fuerunt inuicem contrarij,
& contrarias ſententias protulerunt:
vt habetur. ca.1.26.diſtin. vbi glo.in-
quit, quod male ſentit hîc Hierony-
mus. Latius idem Auguſtinus.lib.de
bono.coniug.c.18. Villadiego de hæ
ret.q.7.num.7.
56 ¶Præterea Petrus Lombardus Epi
ſcopus Pariſienſis, qui propter ſum-
mam eius doctrinam magiſter ſentē
tiarum nuncupatur in ſtudijs genera
libus,ex mandato Apoſtolico,magna
cum veneratione legitur.
57 ¶Plures tamē eius opiniones ſunt
erroneæ, vt eſt illa opinio, quam te-
nuit in.3.libro.ſenten.diſtin.22.ca.1.
quòd Chriſtus in triduo mortuus fuit
homo:& alibi lib.1.ſenten. diſtin.27.
cap.2. quòd charitas qua diligimus
Deum,& proximum,eſt Spiritus ſan
ctus:& alios plures errores tenuit,qui
habentur in illo libello, de erroribus
per vniuerſitatem Pariſien.condem-
natis.

natis. Quorum nonnullos refert Ar-
chiepiſcopus Flo. 2.par.ſum.tit. 12.c.
5.in prin.Ioan.And.& Anto.in.c.de-
bitum,de biga.& Alber.in rub.de hæ
ret.lib.6.q.13.nu.54.

58 ¶Idem dicendum eſt de Gratiano
authore copilationis Decreti; qui
in pluribus cõtra ſacram ſcripturam
errauit: vt in. c. ſi illic.§.obijciuntur.
23.q.4.vbi ſcripſit, quòd tempore Re
gis Achab fuerũt miſsi duo quinqua
genarij ad Heliam, quòd eſt falſum,
quia non rex Achab miſit illos quin
quagenarios, ſed rex Ochozias, neq;
illud cõrigit tempore Achab, ſed ſub
Ochozia, ideo meritò glo. ibi in ver-
bo, Achab, inquit, quòd Gratianus id
inaduertenter refert, & hiſtoriam cõ
59 fundit. Aliam opinionem Gratiani re
probatam refert glo. in ſumm. 13. di-
ſtin. Et aliam glo. in ſumm. 18. diſtin.
aliam glo. 2. in cap. ſicut Chriſtus. 1.
60 quæſt. 1. Et quadraginta ac plures er-
rores Gratiani congeſsit Feli. in cap.
ex parte. 1. nume. 43. de reſcrip. non
tamen ob id hæreticus, ſed potius
Catholicus eſt cenſendus, quia inad-
uertenter, & non pertinaciter illud
dixit.

61 ¶Idem etiam ſecundũ aliquos eſt
dicendum de Abbate Ioachim, qui
quamuis eius libellus, quem fecit cõ-
tra Petrum Lombardum, fuerit dam-
natus, vt doctrina hæretica: tamen
quia ſe, & opera ſua correctioni Ro-
ma. Eccleſiæ ſubmiſit, nõ fuit ipſe hæ-
reticus iudicatus. c. dãnamus. de ſum
ma. Trini. & fide Catho. S. Tho. 1.2.q.
27.art.3.dicens, quòd iſte Abbas Ioa-
chim fuit valde rudis in ſubtilibus fi-
dei dogmatibus, & reprehendit duos
eius errores. Et optimè Archiepiſco-
pus Flo. in. 1. par. ſumm. tit. 6.c.2.§.5.
in fine. Et in. 3. par. tit. 12.c.4. in prin.
Et. 4. part. titu. 11. Abb. verò videtur
contrarium tenere in dict. c. damna-
mus. in fine. Quod prædictus Abbas
Ioachim fuit hæretic⁹. Sed prima opi
nio magis placet, quam defendit Feli
nus in. c. 1. nu. 2. de hære. Et Alber. de
agnoſcen. aſſer. q. 29. nume. 7. dicens:
Quòd licet Abbas Ioachim errarat,
ex eo quòd in fine erat paratus corri-
gi, nõ fuit damnatus hæreticus. Et in
q. 11. nu. 10. quòd prætextu proteſta-
tionis ab eo factæ non iudicatur hæ-
62 reticus. Quem autem effectum ope-
retur proteſtatio generalis, vel ſpecia
lis ad liberandum aliquem, qui in aſ-
ſertione catholica errauit, Alber. ſcri
pſit in rub. in fin. de hære. in 6. Baldus
& iuniores in rub. de ſumm. Trini. &
fide Catho. Cardi. & Inno. in. d. c. dam
namus. Idem Cardi. in Clem. 1. §. Por
ro. col. fin. eo. tit. Cæpola, caut. 155. in
cip. bonum & vtile. Plenisſimè Alber
ti. de agnoſce. aſſer. q. 12. per totam;
63 & q. 29. nu. 13. cum ſequentibus. De
proteſtationibus verò in cauſis profa
nis extra fidem, latè Bart. & moder.
in. l. non ſolum. §. morte. ff de noui o-
pe. nunti. Abb. & iuniores in. c. cum
M. Ferrarien. de conſtit.

64 ¶Ex hac autem ratione bene in-
fertur, verum & rationabile eſſe di-
ctum Inno. in. c. firmiter. nu. 6. de ſum
ma Trini. & fide Catho. dicẽtis: Quòd
ſi aliquis credit quicquid Eccleſia cre
dit, ſed falſo opinatur ratione natu-
rali motus, quòd pater vel maior, vel
prior ſit filio: vel quòd tres perſonæ
ſunt tres res, à ſe inuicem diſtinctæ,
quod non eſt hæreticus, nec peccat:
quia credit Eccleſiam ſic credere, &
ſuã opinionem fidei Eccleſiæ ſuppo-
nit, quia licet male opinetur, tamen
nõ eſt fides ſua, imò fides ſua fides eſt
Eccleſiæ. Omnia prędicta ſunt verba
originalia Inno. quem ſequitur Pau-
lus de Caſtro in rub. de ſum. Trini. &
fide Catho. C. vbi Bal. in final. verbis
65 inquit, quòd hoc dictũ Inno. eſt valdè
notan-



notandum ad defendendum ruſti-
cos, vel idiotas perſonas, quæ ſæpe im
petuntur ab Inquiſitoribus hæreticę
prauitatis: & Alberi. de Roſate. in. 3.
par. ſtatu. q. 32. affirmat per hoc dictũ
in Curia Romana coram domino Pa
pa defendiſſe quoſdam Mediolanen
ſes de hæreſi impetitos. Quod dictũ
Inno. refert etiam Cæpol. caut. 153.
incip. bonum & vtile cõſilium. Et ea-
dem caut. habetur in ordine. 183. An
to. Cardi. Abb. in. d. rubr. de ſumma
Trini. & fide Catho. Ana. in. d. ca. fir-
miter. Idem Cardi. in Clem. 1. §. por-
ro. eo. titu. & in Clem. j. §. fina. q. 2. in
fine. de vſuris. Domi. in rub. & in. c. 2.
nu. 4. de hæret. lib. 6. Feli. in. c. 1. nu. 2.
de hære. Pala. Ruui. in fauorem ruſti-
ci Roderici de Carrion, in allegatio-
ne hæreſis. §. 4. Alber. de agnoſ. aſſer.
q. 12. nu. 4. & 5. & q. 23. nu. 6. & q. 36.
nu. 6. Ludo. Carrer. de hęre. §. circa ſe-
cundum. nu. 8. Iac. Septi. in inſtit. ca-
tho. c. 25. nu. 4. & in Enchirid. titu. 49.
num. 3. Nico. Boer. deciſio. 341. incip.
Et iſta quæſtio, in fine. text. & glo. in
verbo, pertinacis. in. ca. dixit Apoſto-
lus. 24. q. 3. glo. in verb. emendari. 24.
66 q. 1. glo. in. ca. ſi Papa. 40. diſt. Nam lu-
bricum, vel lubricitas linguæ ad pœ-
nam facilè trahendum non eſt. l. fa-
moſi. ff. ad. l. Iul. maieſta. l. 2. C. qui
bon. ced. poſ. Card. in Clemen. fin. in
fine de hæret. & in Clem. vni, §. ſanè.
de vſur. Villadiego. de hæret. q. 1. nu.
7. & q. 8. num. 6. Iaco. Septi. in inſtitu.
catho. c. 45. nu. 30. Inſtruct. Toletan.
4. c. 8. dicentes pœna extraordinaria
eſſe puniendum. Quapropter con-
ſentaneum eſſe cenſeo, quòd in de-
fenſionibus reorum de eorum ruſti-
citate & imprudentia conſtet, vt pœ
67 na ſit temperanda. Iudices verò, præ-
ſertim Inquiſitores hæreticæ prauita
tis, propter diminutam & truncatam
reorum defenſionem, ſint nimis ſoli-
citi & diligentes in ſcrutandis, & in-
68 ueſtigandis eorum defenſionibus, e-
tiam ex officio, parte non petente, &
etiam renuente. l. ſi non defendan-
tur. ff. de pœn. ibi, debet de innocen-
tia eorũ quærere. l. 1. §. fi. ff. de quæſt.
l. non tantum. ff. de appellat. Hippo.
latè in. l. ſi quis ne quæſtio. nu. 101. ff.
de quæſtio. & in conſi. 51. incip. licet
ne dum. nu. 60. cum ſequen. Et in in-
ſtructio. de Madrid, anno 1561. c. 38.

69 ¶Neque prædictis obſtat ſingula-
ris deciſio Rotæ in antiquis. 875. in-
cip. accuſatus. de hæreſi. in tit. de hæ-
ret. Et eadem etiam deciſio. habetur
in deciſionibus collectis per Bernar-
dum de Biſnieto. eo. tit. de hæret. vbi
dicitur. Quòd ſi accuſatus de hæreſi,
& per teſtes, vel aliter eſt legitimè cõ
uictus, & negat ſe talia hæreticalia di
xiſſe vel crediſſe, quamuis aſſerat
ſe credere, & credidiſſe, quod credit
Eccleſia, nihilominus, vt hæreticus
negatiuus. & impœnitens eſt condẽ
nandus, & brachio ſeculari tradẽdus.
Iſtam deciſionem ſequitur Hoſtien.
in ſum. de hęret. col. 2. & Ioã. de Ana.
in cap. excommunicamus. 1. §. adij-
cientes. nu. 6. Calde. in conſi. 2. ſub ti-
tu. de hæret. Et eam allegat Matthæ.
de Afflict. in conſti. Neapo. de hæret.
nu. 35. & Nico. Boer. deciſio. 343. in-
70 cip. Et videtur in prin. & Pet. Rebuff.
in prax. benefi. tit. de modis amitten-
di beneficia. nu. 23. dicens ſe vidiſſe il
lam deciſionem ſeruari contra quen
dam aſtutum hæreticum. Eam etiam
allegat & declarat Alber. in rep. rub.
de hæret. lib. 6. q. 13. num. 50. in fine.
& in. c. 1. in prin. & nume. 44. eo. titu.
Idem etiam Albert. de agnoſ. aſſer. q.
7. nu. 6. & q. 8. nu. 7. cum ſequent. vbi
optimè & q. 12. num. 9. & q. 22. num.
28. & q. 29. nu. 14. & q. 34. nu. 5. & q.
36. nume. 1. in fine. Et Ia. Septi. in in-
ſtit. catho. c. 47. num. 20. & in Enchi-
rid.

rid. Inquiſit.c.53.num.10.&.cap.61.
nu.2. Et Iulius Clarus in pract. crim.
71 §.hæreſis.verſi. Et nota.in hoc propo
ſito, vbi allegando dictam deciſionē
inquit, quòd ſemper illa deciſio Ro-
tæ ſibi viſa fuit nimis rigoroſa. Et etiã
cõtra eam tenuit expreſsè idem Boe
rius, ſibi contrarius, deciſi.341.incip.
Et iſta quæſtio.nu.4.in fine, vbi affir-
mat, quòd iura ab eo allegata domini
de Rota non viderunt. Sed Iulius Cla
rus, & Boerius in hoc verè hallucinã-
tur, & maxima cum ratione merẽtur
72 reprehendi. Non enim indulgenda
eſt venia ei, qui non cognoſcit pecca
tum ſuum: quia tanquam alter Cain
illud negat: nam Cain indignus miſe
73 ricordiæ iudicatus fuit, quia crimen
fratricidij negauit, dicẽs: Neſcio Do-
mine, nũquid ego cuſtos ſum fratris
mei? Gene.cap.4. Et.c.ſerpens.c.nun
74 quid Cain.de pœniten.diſtin.1. Neq;
hæreticus dicitur ſatisfacere negan-
do, ſed recognoſcendo crimina ſua,
& ea abiurando.c.ad abolendam.§.il
los quoque de hæret.c. Ego Berenga
rius.de conſe.diſtin.2.c.ſi quis voluc-
rit.c.ſi quis Epiſco.1.q.7.c.quem pœ-
75 nitet.c.veritas.de pœnit.diſtin.1. Nõ
enim eſt minima pars pœnitẽtię con
feſsio peccati.c.nõ poteſt.c.agite pœ
nitentiam.c.perfecta pœnitentia. de
pœniten.diſtin.1.vbi hiſce verbis in-
quit text. Perfecta pœnitentia cogit
peccatorem omnia libenter ſuffer-
76 re: in corde enim contritio, in ore cõ-
feſsio, in opere tota humilitas, hæc
eſt fructifera pœnitentia, ergo qui fu
git erubeſcentiam peccati, non con-
fitendo illud, meritò tanquam perti-
nax & impœnitens eſt condemnan-
dus, cùm ſit teſtibus conuictus. Nam
77 potius teſtibus quibus reus conuictꝰ
eſt, quã ipſi reo in proprio facto fides
eſt adhibenda. c. in omni negotio.c.
licet vniuerſis.de teſt.c.cùm eſſes.de
teſta. Et vt ſubtiliter inquit D. Hiero
nymus in Epiſtola ad Pannuncium,
78 frequenter inquit hæretici palliant
errores ſuos verbis æquiuocis & fi-
ctis: nam quemadmodum Catholi-
cus dicens ſe habere & tenere ſuam
79 Eccleſiam Catholicã, & intelligit Ec-
cleſiam Romanam, ita hæreticus in-
tendit dicere, fidem ſuam eſſe illã hæ
80 reſim, & Eccleſiam Catholicam eſſe
ſuam ſectam, itaque verbis ſimulant,
& corde negant, & magnum habent
artificium in ſuadendo & docendo,
vt affirmat Tertul.aduerſus Valenti-
nianos, in prin. & Auguſt.de ciui.Dei
lib. 16. c. 2. inquit, genus hæreticorũ
81 eſſe calidum, vnde meritò in iure lu-
pi rapaces & vulpes nuncupantur.c.
ſunt quidã. c. 25.q.1. inter ſolicitudi-
nes.de purg. cano. & alijs nominibus
82 vocantur, de quibus per Brunum de
hæret.libro.1.c.3.&.13.& Ia.Septi.in
inſti.Catho.c.31.num.10. Ex quibus
omnibus ſuperius relatis facilè colli-
gitur prædictam deciſio. Rotę eſſe iu
ri & rationi conſonam, & hodie re-
83 ceptam & approbatam per primam
inſtructionem Hiſpalen.cap.14.eam
que in diffiniendis Fidei cauſis quo-
tidie ſeruare ſolemus.
84 ¶Non verò me latet quinque eſſe
neceſſaria vt prædicta deciſio Rotæ
procedat. Primum, quòd ſit accuſa-
tus de vera & formatã hæreſi, & non
de aſſertione ſcandaloſa, aut temera-
ria, aut blaſphemia, vt infra latius de-
clarabitur. Secũdùm, quòd verba hæ
reticalia ſint clara & certa, & non du
bia, vel ambigua, vt infr. plenius.nu-
me. 366. explicabit. Tertiùm, quòd
crimen hæreſis per teſtes idoneos,
non inimicos, vel ſingulares ſit planè
probatum. Quartùm, quòd accuſa-
tus neget illud factum, vel verba hæ-
reticalia dixiſſe cũ proteſtatione ge-
85 nerali ſupradicta, contra Alber.in.d.





85 quæſt.34.nu.51. qui declarando di-
ctam deciſionem aſſerit eſſe neceſſa
rium, quod accuſatus dicat illa cre-
dere. Quintũ, quòd factum illud ſit
recẽs & non antiquũ, taliter quòd
86 ſit veriſimile accuſatũ non eſſe obli
tum illa hæreticalia dixiſſe & credi-
diſſe, vt Bar.in.l.ſi res.nu.1.de legat.
1.& Alciat.de præſump. in prin. nu.
60. quòd etiam ex tenore dictæ deci
ſionis colligitur.in fine, ibi, de facto
recẽti hîc agitur, & ibi, nec debet eſ-
87 ſe veriſimiliter oblitus, quàm opti-
mè declarat Albert.in.d.q.13.nu.50
& de agnoſ.aſſer.q.7.nu.8.&.q.8.nu.
10. Nã in facto antiquo obliuio præ-
ſumitur, & etiã per lapſum duorũ tã
tùm annorũ in facto proprio. l. ſi ar-
biter.ff.de prob.l.3.§. duæ autẽ ſunt
cauſæ. ff. de Carbo. edic.l.peregrè.
ff.de acquir.poſſeſ.Bart. in. l. ſi quis
delegauerit.ff.de noua.Couar. in. c.
88 poſſeſ.par.2.§. 8. in princ. de reg.iu-
ris libr.6.Thom.Gram. deciſi. 60. in
cauſa excellentis.nu.8. Quod etiam
ex tractu tẽporis in teſte præſumi-
tur obliuio, & eſt notatu dignum ad
liberandos teſtes varios, cùm homi-
num memoria labilis ſit.l.2.§.ſi quid
autẽ.C.de vet.iur.enu.glo.in.c.cùm
adeò, de reſcrip.glo. in.c.tertio, loco
de proba. gloſſ.in.cap.porrecta. de
cõfir. vtil. vel inuti.glo.in.c.illud de
cle.exco.vel depo.minis. Sed in rebꝰ
89 arduis, vt Plinius affirmat, non lædi-
tur memoria. Verũ glo. in.l. licet. &
ibi Bal.C.de acq.poſſeſs. tenẽt quòd
per decẽniũ inducatur obliuio. Sed
90 glo.ſingularis in.l.furtũ, §.1.ff.de vſu
cap. inquit, id arbitrio iudicis eſſe re
linquendum, & ſequitur idipſum In
no.in.c.querelam.de electio. & re-
fert eſſe cõmunem opinionem Iaſ.
91 in.l.1.nu.47.C.de ſeru.fugit. iuxta no
tiſsimam iuris regulam, quòd quan-
do tẽpus non eſt certum, neq; à iure
92 limitatum arbitrio iudicis relinqui-
tur, inſpectis perſonæ & negotij cir-
cũſtantijs.l.1.ff.de iu.delib.l.1.&.gl.
& Bal.C.ſi aduer.vẽd.pig.c. de cauſis
de offi.deleg.c.pen. vbi glo. de tẽp.
ordi. latiſsimè Tiraquel. in.l. ſi vn-
quam, verbo omnia vel partem ali-
quam, num.61.cum ſequen.C.de re-
uo.donat.
93 ¶Præterea hæc concluſio, de qua
eſt noſtra principalis cõtrouerſia, vi
delicet quòd non ſit cẽſendus hære-
ticus, qui errores hæreticos confite-
tur, & negat intentionẽ & credulita
tem: iuuatur etiã ratione. Nam ſicut
fides perficitur aſſenſu intellectus
ex conſenſu voluntatis, ita ex oppo-
94 ſito hæreſis perficitur diſſenſu & er-
rore intellectus cũ conſenſu volun-
tatis, quia cõtrariorũ contrarij ſunt
effectus, & contraria eſt ratio ac na-
tura.l.etſi cõtra tabulas. ff. de vulga.
& pupil.l.qui accuſare.ff.de accuſat.
l.fi.ff.de calumniat. & cognito vno
95 de contrarijs, facilè cognoſcitur &
reliquum.l.1.de his qui ſunt ſui, vel
alie.iur.& in prin.inſtit.eo. tit. & in
96 prin.de tutel. Et quemadmodũ fides
eſt in intellectu, ſicut in ſubiecto, in
voluntate autem ſicut in primo mo
tu; ita hæreſis, quæ eſt actus infideli
tatis, qui ex diametro opponitur fi-
dei. Vnde infallibiliter ſequitur pro
ferẽtem verba hæretica nõ eſſe iudi
cãdum hæreticum, ſi de errore in in
97 tellectu non conſtat per cõfeſsionẽ
ipſius rei, ſecundum caſum ſupra in
principio relatum. Nam potius mẽs
98 proferentis, quàm eius verba ſunt
conſiderãda.l.ſcire oportet.§. aliud
etiam inuenimus. ff. de excuſ. tuto.
ibi, ſed etſi maximè verba legis hũc
habeant intellectũ, tamen mẽs legiſ
latoris aliud vult, quę mens ſenſibus
69 dominatꝰ, & in actibus humanis pri-
mũ obtinet locũ.l.in cõditionibꝰ. ff.

de cond. & demonſt. l. cum acutiſsi-
100 mi. C. de fideicõmiſ. l. ex facto. 2. & l.
fin. ff. de hære. inſti. Quia in actibꝰ ex
animo pendentibus magis attendi-
tur intẽtio, quàm factũ. l. etiam. §. 1.
vbi Bal. & Alex. in. 4. nota. ff. ſolut. ma
tri. l. 1. §. diuus. ff. de ſicar. vulgata re-
101 gula, tolle voluntatem de medio, &
omnis actus erit indifferẽs. l. fœdiſsi
mam. C. de adul. l. 2. C. de contrahe.
emp. Vnde inquit. l. vulgata ſcire le-
ges. ff. de legi. hiſce verbis, ſcire leges
102 non eſt verba earum tenere, ſed vim
& poteſtatẽ. Sicut enim anima cor-
pori præfertur, ita mẽs & ſenſus pre-
fertur verbis. l. in vẽditionibus. ff. de
contrahẽ. emp. l. 1. C. de neceſſ. ſeru.
hęred. inſt. c. intelligẽtia. c. pręterea.
de verb. ſigni. c. Marchion. 1. quæ. 1.
& virtus verborũ in intellectu mẽte,
103 & ſenſu potius quàm in eorũ cortice
conſiſtit. l. non dubium. C. de legi. c.
ſecundò requiris. de appel. regul. cer
tum eſt, de regul. iur. libr. 6. c. huma-
næ aures. 22. q. 5. Bald. in. l. 1. circa fi-
nem. C. de ſeru. fugit. quem refert e-
104 tiam Iaſ. in. d. l. non dubium. nu. 28.
Ideo ſummopere oportet, vt Inquiſi
tores hęreticę prauitatis in examinã
dis reis ſint nimis cauti, in quęrendo
de intentione & credulitate reorũ,
& de magiſtris, & ſocijs, & perſonis,
quibus illos errores communicarũt,
& de tempore, & cauſa credendi, &
de occaſione, qua talia verba hære-
ticalia protulerunt, ac omnia debẽt
plena Inquiſitione diſcutere, inter-
rogando, reſpondendo, & obijcien-
do. l. vbicunque. ff. de interrog. acti.
c. cum Ioannes, de fid. inſti. c. iudicã
105 tem. 30. quæſt. vltim. Qua in re, & in
cauſis ſancti Officij decernendis, &
in omnibus denique alijs rebus ge-
rendis Licentiatum Andream San-
ctum, virum vtiq; doctiſsimum, mul
tiſq; nominibus obſeruandum, nũc
Corduben. Inquiſitorem meritiſsi-
mum, anniſque proximè præteritis
collegam meum Valentin. (reuera)
ſumma dexteritate, facilitateq; in-
audita cognouimus, atq; in indagan
dis fidei cauſis diſertiſsimum: qui ſo-
lebat dicere, quòd Inquiſitores hęre
ticæ prauitatis ab abſoluendis, & re-
conciliandis reis huiuſmodi, qui fa-
ctum hæreticum confitentur, & in-
tentionẽ & credulitatem abnegant,
106 debent omnino abſtinere, etiam ad
cautelam, nã plurimi in hoc decipiũ
tur. Quia perfecta & integra debet
eſſe cõfeſsio, vt beneficiũ abſolutio-
nis reus mereatur. c. perfecta, de pœ-
107 nit. diſt. 1. c. ad abolendã, de hæret. c.
vt officium, eo. tit. lib. 6. nã falſa cre-
dulitas, & non factũ hæreticũ, vt ſu-
pra dictum eſt, aliquem hæreticum
conſtituit.

108 ¶ Vnde ſi captus à Sarracenis (vt
quotidie vidimus) metu mortis, vel
tormentorum Fidem Chriſtianam
compellitur abnegare, & ad eorum
ritus tranſire, ſed corde & animo
109 Fidem Catholicã tenet, is neque eſt
hæreticus, neq; reconciliandus: ſed
in loco religioſo per aliquod tempꝰ
reponẽdus, & in Fide orthodoxa in-
ſtruendus, præſertim ſi illo tempore
minor ætate erat, quando captus à
110 Sarracenis fuit. Nam maiores, vt mi
hi relatũ fuit ab ipſis Sarracenis, ad
111 id non compelluntur. Et quod nõ ſit
recõciliãdus quãdo vi & metu quis,
vt dicitur, trãſit ad ritus Sarracenorũ
voluit Calder. conſi. 4. tit. de hæreti.
glo. in. c. non ſolùm. & in. c. fin. 11. q.
3. Brunus de hęret. lib. 1. c. 4. Alberti.
in rub. de hæret. lib. 6. q. 12. num. 12.
in fine. & quæſt. 13. nume. 68. & . de
Agnoſ. aſſer. q. 23. n. 56. cũ ſequẽ. Ia.
Septi. in inſt. Cath. c. 26. n. 18. Sylue.
verb. apoſtaſia. q. 1. ſolet ad id allega
ri tex. in cap. presbyteros. 50. diſtin.

Sed



112 Sed Iulius Clarus in pract. crimi. §.
hæreſis, verſi. Sed nũquid, affirmat
quòd iſte talis eſt reconciliandus, &
quòd ab Epiſc. abſolutionis & recõ-
ciliationis literas impetrare ſolet,
quod ſanè eſt nimis abſurdũ & omni
113 iuri & rationi cõtrarium. Ex corde
enim procedũt hæreſes, nõ ex ore tã
tùm, & ratio formalis hæreſis nõ in fa
ctis, aut dictis, ſed in errore & volũta
te cõſiſtit, ideo qui vi, aut metu mor
tis alicuius tyrãni, vt illi ſolũmodo ſa
tisfaciat, hæreticũ aliquid perpetra-
114 uerit, ſi animo & corde à fide catho-
lica nõ diſcedit, hæreticus nõ eſt cẽ-
ſendus, neq; pœnis hæreticorũ ple-
ctẽdus, & per cõſequẽs excõmunica
tionis vinculo nõ eſt innodatus, nul
la igitur abſolutione & recõciliatio-
ne indiget: neq; ad cautelam, vt qui-
dam male opinantur.

115 ¶ Neque obſtat ſi quiſpiam dixe-
rit, quòd recõciliatio eſt fauorabilis,
cùm ſit excommunicationis abſolu
tio, vt in dictis iuribus allegatis, nam
ſimul cũ recõciliatione bonorũ pu-
blicatio vnã cũ carcere perpetuò ve
nit, de hoc vltimo eſt tex. in. c. excõ-
116 municamus. 2. de hære. & . c. 1. eo. ti.
lib. 6. de bonorũ publicatione. c. ver
gẽtis. c. excõmunicamus. 1. de hęret.
in. §. dãnati, & . c. accuſatus. §. ſi verò,
c. cùm ſecundũ leges. eo. ti. li. 6. l. Ma
nichęos. C. eo. l. 2. & . 3. titu. 26. par. 7.
117 Sed Iulius Clarus in prac. crim. §. hæ
reſis, verſ. ſed quæro. inquit, quòd ſi
hæreticus non relapſus, eſt pœnite-
re paratus, & hæreſes abiurare, non
modo euitat pœnã mortis, ſed etiã
confiſcationẽ bonorũ, quod falſiſsi-
mum eſſe iudico, & præfatus Iulius
Clarus ſua opinione fuit deceptus.
118 Nã licet hæreticus ſpõtè, & ante ſen
tentiã ad fidẽ Catholicam velit redi
re, non tamẽ ob id euitat publicatio
nẽ bonorũ. ita Anto. Io. de Imola, &
Abbas, in. d. c. vergentis. nu. 2. Dñi-
cus in. d. c. accuſatus. §. ſi verò. nu. 5.
119 & in. d. c. cũ ſecundũ leges. nu. 4. & .
5. Pau. Grillan. de hæret. q. 6. optimè
Brunus de hæret. li. 5. c. 6. Et hæc opi
nio cõmuniter eſt recepta, vt teſta-
tur. Ia. Sept. in inſti. Catho. c. 9. nu. 8.
allegãdo ad id primã inſtru. Hiſpa-
leñ. c. 3. & . 7. & Pragmaticã Cordu-
120 beñ. factã anno. 1487. Quã opinio-
nẽ tanquã iuri & rationi cõſonã paſ-
ſim in iudicãdo ſequimur, cõtra præ
dictũ Iuliũ Clarũ, & cõtra Reuerẽdi.
Archie. Toletañ. Bartholomeũ Car-
rançã de Mirãda, in quarto cõcil. To
letañ. Cañ. 59. dicentẽ, quòd ipſe deſi
derat obſeruari, vt propter perfidiã
parentum eorũ bona in præiudiciũ
filiorũ Catholicorũ nõ publicẽtur.
121 Sed iuſtũ eſt quòd impij & malè me
riti in egeſtate, & paupertate pereãt
vt hiſce verbis inquit. l. bona fides.
ff. de poſiti. cap. nouimus. §. 1. de ver.
ſignifi. Et cùm bona hæreticorum
ſint ipſo iure confiſcata: vt. d. c. cũ ſe
cundũ leges, illud ius quæſitum fiſco
per pœnitentiã, & reconciliationẽ
nõ tollitur. l. nec dãnoſa. C. de prec.
Imp. offer. l. fin. C. ſi contra ius, vel
vtil. pub.

122 ¶ Neq; proximè dictis obſtat tex.
in. c. cõtra Chriſtianos, de hæret. lib.
6. vbi trãſiens vel rediens ad ritus iu
dæorum poteſt tanquam hæreticus
condẽnari, ſi de hoc fuerit cõuictus,
vel cõfeſſus, qui tex. eſt intelligẽdus,
123 niſi illud metu vel vi faciat ad eui-
tandam mortem, tenens ſemper in
corde ſuo veram fidem, vt optimè
declarat Albertin. in locis ſupra rela
tis: præſertim in. d. q. 13. nu. 68. in fi-
124 ne. Quamuis in. d. c. dicatur ſolũmo
do de tranſeũte ad ritus Iudęorũ. Idẽ
dicendum eſt de trãſeunte ad ritus
125 Sarracenorum: quia ex identitate ra
tiõis, etiã in pœnalibus fauore fidei

 fit ex-

fit extenſio.Hoſtiẽ.& Abb.in.c.2.de
diuor. Iaſ. in.l.cum.quidam, in fine.
ff.de lib. & poſthu.& Decius in.l.fa-
ctum.§.in pœnalibus.ff.de regu.iur.
Alber.de agnoſ.aſſer.q.23.nume.56.
Abb.in.c.ex tenore.Qui fil.ſint legi.
glo.in.c.ſciant cuncti.de elect.Quã-
do verò aliquis caſus ratione frequẽ-
tioris vſus in lege vel canone expri-
mit̃,non ob id alij caſus ſimiles nõ ex
126 preſsi cenſentur,excluſi,vt inquit Vl
pianus in.l.neq; leges,& in.l.nõ poſ-
ſunt. ff.de legib.glo.in verb.ſpõſam.
in.l.vni. C. de rap. virg.glo.1.in Au-
then. caſſa & irrita. C. de ſacro ſan.
Eccle.glo.in.l.1.C.de his qui adEccl.
confug. glo. in.c.2.de confeſs.libr.6.
glo. in. c.vnico.de rer.per.eo. libr.6.
glo.incip.præſidentes,in Clem.1.de
reſcrip. glo. in Clem. 1. de ſup. neg.
Prælat.glo. præclara.in.c.Diaconus.
27.diſtin.

127 ¶Item,quòd is ex facto,vel verbis
hæreticis,non eſt iudicandus hæreti
cus, ſi de eius intentione & falſa cre
dulitate non conſtat, hoc vtiq; pro-
127 batur. Nam principalis prima & po-
tiſsima actuum humanorum regula
eſt,agentis voluntas,& conſenſus iu
re mũitus ſiue vallatus, quo ſublato
omnis actus redditur informis atq;
indifferens, & inanimatus.l.obliga-
tionum ſubſtantia.ff.de act.&oblig.
l.non omnis.ff.ſi cert.pet.l.interpoſi
tas. C. de tranſact. l. 2. C. de contra.
empt. Id etiam voluit notiſsima illa
129 iuris regula, quod voluntate & pro-
poſito maleficia diſtinguantur:nam
intentio diſcernit actum bonum à
malo. l. qui iniuriæ. ff. de furt. l. 1.C.
de ſiccar.l.fœdiſsimam.C.de adulte.
c.cum voluntate.de ſen. excommu.
Quia ſicut in rebus naturalibus id
130 quod eſt per accidens non conſti-
tuit ſpeciem intẽtionis, ita in rebus
moralibus quod ſequitur præter in-
tentionem,eſt quaſi per accidẽs,nul
lumque iuris effectum operatur. l.2.
in fine.ff.de condi. & demonſtr. ibi,
nam ſi facto fecerit non videtur ob-
temperaſſe volũtati. Vbi Titius, cui
factum fuit legatum ſub conditione
ſi in capitolium aſcenderit, etiam ſi
131 facto præter intentionem adimplen
dæ conditionis in Capitolium aſcen
dat,non habebit Legatum,neq; ob-
temperaſſe voluntati defuncti, vide
tur ad idem. l.hæres inſtitutus. ff.de
acquir. hæred. l. diem proferre ff.de
recep.arbitr.Ad cor enim & ad ſpon
132 taneas voluntates reſpicit Deus, &
non ad actus. c. contra animum.50.
diſtin.c.1.15.queſt. 6.nam quicquid
agunt homines, intẽtio iudicat om-
nes.l.ſi non conuicij,C.de iniur.l.di-
133 uus. ff. de ſiccar.cap.non eſt. 15.q.1.
Et hunc verſum refert Bald.in.c.vi-
gilanti.nu.5.de præſcrip.non eſt cõ-
ſiderandum factum, ſed animus fa-
134 cientis, Deus non reſpicit quod fit,
ſed quo animo fit. c.1.de colla.dete-
gen. c. qui ex timore. de regu.iur.in
antiq.c.non ſatis.86.diſtin.

135 ¶Ideò qui citra animum & volũ-
tatem occidendi alium percuſsit, e-
tiã ſi ex percuſsione mors ſequatur,
136 pœna homicidij minimè puniendus
eſt,dummodo circunſtantijs,& qua
litatibus debitis res perpendi poſsit.
vt puta ſi occiſus erat eius amicus,
aut affinis, vel conſanguineus, vt vo
luit glo.in.l.1.C.de ſiccar.quam opti
mè ibi.nu.85.Hippo declarat,referẽ
do plures dd.allegatiões, & quod ſta
137 tur iuramento vulnerãtis,quòd non
vulnerauit animo occidendi, latè
Ludo. Carrer.in pract. cri.§.homici-
dij autem ſpecies.nu.71.cum ſequẽ.
fol. 105.& dictam glo.Lud. Roman.
affirmat eſſe ſingularem,&valdè no
tandã in.l. in illa ſtipulatione.nu.41.
de verb.oblig.Bal.in.l.fin.C.de.hær.
inſtit.



inſtit.20.Oppoſ.Iaſ. in.l.1. num. 22.
ff.de leg.idem affirmat Cæpola con
ſil.2.in fine.Thom.Grã.cõſ. 68. Ant.
Gom.lib.3.reſolut.cap.3.nu. 17.idẽ
Iaſ.in rep.l. admonendi. nu. 310. de
iur.iuran.ff.& in. §. Sed iſtæ quidem
actiones. num.90. inſtit. de action.
Probatur etiam quòd non animo
occidendi hominem percuſſerit,
quando percuſsit calce, vel ligone,
vel pugno,etiam armato, vel pomo
enſis, vel lapide habens in latere gla
138 dium,vel proijcit lapidem aduerſus
canem & hominẽ tranſeuntem oc-
cidit,vel alio inſtrumẽto, vel modo
ex quo animus & voluntas non occi
dendi colligatur,ita tenẽt Bart.in.l.
1.§.1.nu.3.ff.ſi quis teſtam.liber eſſe
iuſſ.fuer.& Alberi. & Angel. in. l.le-
ge Cornelia. ff. de ſicar. per tex.ibi,
& Bal.in.l. data opera. num. 11. &
53. C. qui accuſ. non poſſ. & in.l.2.
C.de nox.vbi Salicet. num. 10. &.
Paul.Caſtren.in.l. ſi fugitiui,nu.6.C.
de ſer.fugit.& in.l.etſi ſeuerior.C.ex
quib. cauſ. infam. irrogat. & in.l.
1. C. vbi ſenat. vel clar. Iaſ. in. l. in
actionibus.num.26. ff. de in lite iu-
ran. & in.l. 3.§.quod Prætor.nu.3.ff.
ſiquis eum qui in ius vocat. eſt vi
exim. & in.l. 1.nume.19.ff.de legib.
Hippol. in.l.1. nu. 83. C. de ſicar.&
in.l.de minore.num.18.ff.de quæſt.
& in.l.1.§.præterea.num.12. ff. ad.l.
Cor. de ſicar. & in conſil.67. nu. 18.
& in ſingular.176.incip.voluntas &
propoſitum. Latiſsimè Lud.Carrer.
vbi ſupra nu.46.cum ſequen. Card.
Anan.& Felin.in.c.ad.lator. de hom.
Ægid.Boſſ.in pra.crim. de hom.nu.
20.&.36.&.55.&. 68. Thom. Gram.
optimè,con.29.incipit.in cauſa ma-
gnifici Triſtani.nu 19.&.21.cũ ſeq.&
ſingulariter in voto.23.incip.in cau
ſa magnificæ Laurnæ, Couarruu. in
Clemẽ.ſi furioſus,part.2.§.4. nume.
4.cum ſequen. Tiraquel. de pœn.
temper.cauſ. 2. &.13.Anto.Gom.3.
lib.reſol.cap.3.de hom.num. 15. cũ
ſequen.Iul.Clarus in pract. crim. §.
homicidium,verſi.dicitur etiam cul
poſum homicidium, Decius conſi.
34.incip.in effectu quæritur. Alex.
conſil. 140. videtur in cauſa propo-
ſit. Albert. de agnoſ. aſſer. quæſt. 7.
nume.12.&. 13. allegat deciſionem
Bart.in.l.reſpiciendum.§.delinquũt
139 in fina verb.ff.de pœn. Quæ deciſio
(vt dicunt doctores) iudices malefi
ciorũ ponit in magno periculo. Vult
enim Bart.ibi,quòd ſiquis vult occi-
dere Titiũ,& errore ductus Sempro
140 niũ occidat,pœna ordinaria homici
dij puniẽdus eſt, ex eo quod dabat
operam rei illicitæ. Sed in hoc Bar-
tolus communiter reprehenditur,
quia reſpectu Sempronij non ha-
buit animum occidẽdi, ideo potius
culpa quàm dolo fuit homicidium
141 commiſſum. ita Florian.tenet con-
tra Bart.in.l.ſciẽtiam. §.ſed ſi defen-
dendi.ff.ad.l.aquil.ſequitur Iaſ. in.l.
ſi per errorẽ.nu.17.ff.de iuris. omni.
Iud.idẽ Iaſ.in.l.1. nu.16.de legib.di-
142 cens,quòd cõmuniter tenetur con-
tra Bart.Ægid.Boſſ.in pract.crim.de
hom.nu.73.Thom.Gram.conſi.5.in
cauſa Antonij.nu.7.Lud. Carrer. in
pract.§.vndecimo excuſat ignoran
tia,in prin. Et hanc etiam fatentur
143 eſſe communem contra Bartolum
Minchaca in controuerſia.96.num.
33.& Plaça lib.1.delictorum.c.27.in
prin.Sed prædictam Bartoli opinio-
nem nititur defendere Anto. Gom.
nonnullis iuribus & rationibus, lib.
144 3.reſol.c.3.de hom.nu. 34. & Iulius
Clarus in pract.crim. §. homicidiũ,
verſi.dicunt autem aliqui. Sed re ve
ra ſi verba Bar.rectè inſpiciãtur non
145 meretur reprehẽdi:nam ipſe in. d.§.
delinquũt, nõ ſcripſit, ꝙ prædictus

delinquens pœna ordinaria ſit pu-
niẽdus, ſed ſimpliciter inquit quòd
puniatur, & poteſt intelligi pœna ex
traordinaria, vt teſtatur comunis
opinio, vt ipſe latius retuli in ſingu-
146 lar. meis in fidei fauor. ſingul. 56. in-
cip. errans in delictis. Non enim in
hoc eſt omittendũ ſingulare dictũ
Bald. in. l. vnica. nu. 46. C. de confeſs.
quod ſufficit ſemiplenè probare nõ
habuiſſe animũ occidẽdi, & admitti
tur probatio circa hoc per coniectu
ras, quę iudicis arbitrio relinquũtur.
147 Hoc dictũ Bal. ſequitur Thom. Grã.
in. d. conſi. 29. nu. 38. & Lud. Carrer.
in pract. crim. §. homicidij autem. in
fine. fol. 107. col. 2. in prin. vbi alios
ad id refert. Anto. Gom. etiam in li.
3. reſol. capi. 3. num. 27. & 28. dicit
148 etiam probari per teſtes aliás inhabi
les & deponẽtes de credulitate. Iaſ.
in. l. vt vim. num. 7. ff. de iuſt. & iure.
& in rub. de iur. iur. nu. 7. & in. l. ſed
& ſi quis. ff. ſiq. caut. Hippol. in rub.
C. de probat. num. 10.
149 ¶ Rurſus, quòd non ſit cenſendus
hæreticus, qui factum, vel verba hæ
retica confitetur, & intẽtionem at-
que prauam credulitatem habuiſſe
abnegat, id ſequenti iuuatur ratio-
ne. Nam voluntatem & confeſſionẽ
150 propriam de iure quis poteſt decla-
rare & interpretari, non tamen pe-
rimere. ca. cum dilecti. de accuſ. vbi
ille Epiſcopus Agateñ. ſuam declara
uit confeſſionem, quæ ad bonum &
malum poterat retorqueri. ca. cum
clamor, de teſtib. cap. præterea, de
teſtib. cogẽn. c. fi. de iur. iuran. libr.
6. Bal. in. c. 1. §. item vaſallus, in prin.
de contr. in veſtit. in vſib. feud. & in.
l. 2. in fine. C. de cuſt. reor. Innoc. in.
cap. dudum, de elect. Alex. conſi. 1.
num. 40. vol. 1. & conſ. 15. viſo pro-
ceſſu. nu. 7. vol. 3. Thom. Gram. cõſi.
20. cęleſtis curię. num. 31. Lud. Carr.
in pract. crim. §. circa ſextum. num.
151 8. Alciat. de præſump. reg. 3. præ-
ſump. 1. nu. 9. Nemò enim prohibe-
tur voluntatem ſuam declarare. l.
nepos Proculo. ff. de verb. ſig. l. Lu-
cius. vbi glo. ff. de legat. 1. verba nãq;
ſecundũ mentẽ proferentis ſunt in-
telligẽda. l. verum. ff. de furt. l. ſiquis
152 intentione ambigua. ff. de iudic. l.
ſemper in ſtipulationibus. ff. de re-
gul. iur. in. c. intelligentia. c. præte-
rea. de ver. ſig. Iſta verò cõfeſſio pro-
pter intentionẽ negantis & factum
cõcedentis non eſt ſimplex, & pura,
& abſoluta, ſed limitata, & modifi-
cata, & cum illa qualitate & condi-
153 tione, quæ in effectu nihil ponit in
eſſe. l. ſiquis ſub conditione. ff. ſiquis
omiſ. cauſ. teſtam. l. 2. ff. de in diem
adiectione. l. cum liberã. C. de fidei-
cõmiſſ. libert. l. is damnum. §. quod
pendet. ff. de reg. iur. c. præterea. de
154 appell. c. ſi pro te, de reſcrip. lib. 6. cõ-
feſſionẽ enim cũ aliqua conditione
vel qualitate factam nõ poterit pars
aduerſa, vel Fiſcalis confeſſionẽ hu-
iuſmodi acceptare, & illam qualita-
tem reijcere vel negare, ſed omni-
no illam, cum qualitatibus ſuis am
plecti vel intotum reijcere. l. non
vtique. ff. de excep. c. exceptionem
obijciẽs. de regul. iur. lib. 6. glo. ſing.
in proprijs terminis in. l. ſiquidem.
C. de excep. glo. vbi Bal. in. l. 2. C. de
donat. ante nup. Bart. in. l. eum qui.
ff. de iur. iurã. & in. l. proinde. §. no-
tandum. ff. ad. l. Aquil. & in. l. contra
negantem, in prin. C. eod. tit. & in. l.
eaquæ. q. 7. C. de condict. indeb. Ab-
bas in. c. bonæ. 2. de poſt. prælat. Fe-
lin. in. c. de hoc. nu. 5. de ſimo. Alex.
conſi. 80. in cauſa, & lite. volum. 7.
Hippol. conſi. 136. incip. Conſului
proximis diebus. nu. 28. cum ſequẽ.
19 Tiraquel. de pœn. moderã. cau. 30. n.
17. Frã. Mar. deciſi. 60. incip. quæri-
tur



155 tur quando aliquis. nu. 5. & 6. vol. 1.
Quia voluntas ex qua oritur confeſ
ſio eſt indiuidua. l. ſi is qui legem. ff.
de teſtam. l. fidei commiſſa. §. 1. ff. de
legat. 3. l. ius noſtrum. ff. de regu. iur.
l. in hoc iudicio. ff. famil. Herciſ. l. di-
156 cere. ff. de arbitr. ideo ſeparari ſeu di
uidi nõ poteſt, ne vna & eadẽ res di-
uerſo iure cẽſeatur. l. eũ qui, in fine.
ff. de vſucap. c. cũ in tua. de decim. c.
157 cognouimus. 12. q. 2. Nam qualitas
illa non poteſt à ſuo ſubiecto ſepara-
ri. l. 4. §. fin. ff. de actioni. empt. & vẽ.
l. fi. ff. de coll. bon. l. Pomponius. §. cũ
quis. ff. de acquir. hæredit.
158 ¶ Ex quibus redditur dubia deci-
ſio ſing. Bart. in. l. Aurelius. §. idẽ quę
ſijt. nu. 2. ff. de libe. legat. quòd ſi tu
cõfitearis te occidiſſe hominem ad
tuã defenſionẽ, poſſum ſtare tuæ cõ
159 feſſioni in quantum dicis te occidiſ-
ſe hominem, ſed non cogor ſtare in
quantum dicis ad tuam defenſionẽ,
quia ius præſumit contra te, & ex ta
li confeſſione pœna ordinaria pote
160 ris puniri: ſequitur id etiam Bald. in.
l. vnica. num. 42. C. de confeſſ. & in.
cap. dudum. num. 35. de elect. & in.
cap. cùm veniſſent. de inſtit. Lanfrã.
in. c. quoniam cõtra falſam, in verb.
confeſſionis. num. 19. cum ſequen.
de probat. Hippol. in. l. 1. num. 30.
ff. de quæſt. & in pract. §. poſtquam.
nu. 23. Angel. & Alex. in. l. 1. §. ſi quis
ſimpliciter nu. 7. ff. de verb. oblig. &
in. l. decẽ. ff. eo. Alex. cõſi. 80. in cau-
ſa & lite. vol. 7. Felin. in. c. cum vene
rabilis. nu. 12. de excep. in. c. cũ dile-
cti. nu. 18. de accuſat. Thom. Gram.
voto. 2. in cauſa Coſmi, vbi optimè
Iaſ. in. l. vt vim. nu. 13. ff. de iuſt. & iu.
161 dicens quòd hoc dictum Bart. eſt cõ
muniter approbatũ, & Nicol. Boer.
deciſ. 164. incip. videtur quòd non.
num. 10. dicens opinionem Bart. ſer
uari in practica. Sed contra eum te-
162 net expreſſe Salicet. in. l. vni. C. de
confeſſi. in. 4. oppoſit. Alexan. conſi.
1. nu. 40 vol. 1. Hippol. conſil. 36, in
cip. Conſului proximis diebus. num.
30. dicens eſſe cõmunem. dd. opinio
163 nẽ contra Bart. Et idẽ Bar. ſibi cõtra-
rius cõtrariam tenuit ſententiã in. l.
eũ qui de iur. iuran. & Bal. ſibi cõtra-
rius in. §. itẽ vaſſallus. c. 1. de contr. in
ueſt. in vſib. feud. & in. l. nõ codicil-
164 los. nu. 2. C. de codicill. dicens quòd
ſi quis cõfitetur homicidiũ feciſſe
ad ſuã defenſionem potius videtur
negare quàm homicidium confite-
ri quia remouet culpam ab actu, &
165 in. l. ſiquidẽ. nu. 4. C. de except. dans
cautelã, quod quis nõ cõfiteatur de-
lictum, neq; ad ſuã defenſionẽ feciſ-
ſe dicat, quia poterit condemnari, &
in. l. 1. in prin. C. de ædil. actio. Alex.
etiam ſibi contrarius fuit in dict.
conſ. 1. num. 40.
166 ¶ Ex tanta igitur dd. diuerſitate
& diſcrimine ſequentes analyticæ,
& veræ cõcluſiones eliciuntur. Pri-
ma ſit concluſio. Quòd ſi de delicto
conſtat per legitimas & veras proba
tiones, & reus confitetur illud factũ
167 ad ſuam defenſionem, etſi de hoc
aliter non conſtat quàm per eius
verbum, nihilominus reo prodeſt
illa confeſſio cum illa qualitate, &
hoc caſu procedit dictum Bar. in. d.
§. idem quæſijt. & ſequacium.
168 ¶ Secunda cõcluſio, ſi delictũ non
eſt plenè probatũ & reus primò cõfi
tetur delictũ, deinde in alio capitu-
lo, vel diuerſo loco, vel tẽpore addit
ſe feciſſe illud ad ſuam defenſionẽ,
169 poterit, immo propter illam confeſ-
ſionem pœna ordinaria puniri, Bar.
in. l. diuus. ff. de re iud. c. præterea. 2. de
tranſ. Bal. in. d. l. vnica. C. de confeſ.
num. 43. & ibid. l. dicen qſti. de verb.
obliga. Decius in. dict. cap. venerabi-
lis. nu. 28. in fine. Iaſ. in. l. vt vim. ff.

de inſtit. & iur. Rom. conſi. 167. An-
tonius accuſatus in prin. Lud. Carr.
in pract. crim. fol. 184. colum. 1. cum
ſequen. Lanfran. in. d. verb. confeſ-
170 ſiones. nume. 19. Id autem intelligē-
dū eſt, niſi ad ſui defenſionē reus id
feciſſe probauerit. Nam in quacun-
que proceſſus parte, ſiue negato, ſi-
ue conceſſo à principio delicto, reus
171 probare poterit illud feciſſe ad ſui
defenſionem. Bart. in. l. nemo ex his.
ff. de regu. iur. Boerius deciſio. 164.
incip. videtur quòd non. nume. 15.
vbi optimè diſtinguit Ægid. Boſſ. in
pract. tit. de defenſ. reor. nume. 4. Iu-
lius Clar. in pract. §. homicidium. ver
172 ſi. ſed hic occurrit. Decius autē hanc
fatetur eſſe communem opinionē
in. c. Paſtoralis. nu. 15. de excep. Iſta
173 verò ſecunda concluſio mihi profe-
ctò eſt dubia, propter tex. ſing. in. c.
cum dilecti. de accuſ.
174 ¶Tertia concluſio, quando deli-
ctum per ſolam confeſsionem par-
tis tantùm conſtat, & illa confeſsio
non eſt ſimplex & pura, ſed cum illa
qualitate & limitatione in eadē ora-
tione & vnico verborum contextu,
videlicet: hominem occidiſſe ad ſui
defenſionem, etiam non probata de
fenſione pœna ordinaria non eſt pu
niendus: dictum eſt ſingu. Abbatis
in. c. auditis. nume. 32. de præſcrip.
quod reputat mirabile, ibi Felin. nu.
16. & 30. in d. c. cum venerabilis. nu.
15. & in c. cum dilecti. num. 18. de ac
cuſat. & in. c. afferte. de præſump. in
fi. & in. c. ſignificaſti. in. 2. de homici
175 di. Iaſ. in. dict. l. vt vim. nume. 13. di-
cens, quòd illa deciſio Abb. in actu
practico, fecit ſibi magnum honorē,
& in. l. 1. nume. 23. C. de fur. Hippo.
176 in pract. crim. §. poſtquam. num. 24.
affirmans, per illud dictum euaſiſſe
quempiam à pœna mortis, & in. l. re-
petita. nume. 30. ff. de quæſt. & conſil.
129. num. 2. & in ſing. 185. incip. con
feſsio inquiſiti. Rom. ſing. 28. accuſa
tus de homicidio. Lanfran. in. c. quo
niam contra falſam, in verb. confeſ-
ſiones. num. 12. de prob. Ber. de Lu-
co. reg. 122. incip. confeſsio facta.
Thom. Gram. voto. 2. incip. in cauſa
Coſmi. nume. 2. & 3. & Decius vbi ſu
pra. nu. 13. Ferrar. Cautel. 5. Latiſsi-
mè Lud. Carr. in pract. crim. §. circa
ſextum. fol. 184. cum ſequen. & fol.
181. nume. 73. optimè Nicol. Boer. in
d. deciſio. 164. & Anton. Gome. 3.
lib. Reſol. ca. 3. de hom. nu. 26. Ratio
autem concludens & ſatis iuridica
eſt, quòd ex ſola confeſsione qualifi-
177 cata, nunquam poteſt quis capitali-
ter condemnari, ex eo quod in cri-
minibus probationes luce meridia-
na clariores requiruntur. l. fin. C. de
prob. l. qui ſententiam. C. de pœn. c.
literas, de præſump. Et contra confi-
tentem non ſunt probationes, ſed tā
tùm ſua confeſsio non ſimplex ſed
178 qualificata, & conditionalis, per quā
effectualiter potius videtur inten-
tionem aduerſarij negare, quàm
179 confiteri. Sed cōtra prędictam Abb.
doctrinam tenet Socinus in. l. 1. nu.
15. ff. ſi cert. petat. & in. l. non vtique.
ff. de excep. Decius in. d. l. vt vim nu.
20. qui ſibi contrarius, optimis iuri-
180 bus & rationibus Abbatem defen-
dit in. d. c. cum venerabilis. nu. 19. de
excep. Is verò qui ad ſuam defenſio-
nem confitetur feciſſe homicidium
in caſu in quo loquitur Abb. ad tor-
181 turam ponendus eſt ad veritatem
eruendam, vt abſolutè confiteatur,
& non ad ſuam defenſionem ita Bal.
in. d. l. vnica. C. de confeſ. nume. 45.
& in. l. fi. vbi Pau. Caſtrē. C. de prob.
Lanfran. in d. c. quoniam cōtra. ver-
bo. confeſsiones. nu. 13. Nicol. Boer.
d. deciſio. 164. num. 15. Alciat. in. l. 1.
182 §. ſi quis ſimpliciter. col. 6. ff. de verb.





oblig. Tho. Gram. dubitat de hoc di
183 cto in. d. voto. 2. nu. 12. ſed Boer. in. d.
nu. 15. in fine affirmat eſſe veriſsimū
& clarum, quod mihi etiā viſum eſt.
184 ¶Pari ratione, idem dicendū eſt
in crimine hæreſis, quod in conclu-
ſionibus proximè relatis. Quòd ſi hę
reſis crimen eſt plenè probatum, &
reus confitetur verba hæretica di-
185 xiſſe, & intentionem, & prauam cre
dulitatem negat, tanquam negatiu[9]
& in parte ſubſtantiali diminutus,
eſt relaxandus, cum intentio & cre-
dulitas, ſit ſubſtātia & medulla mor-
borum, vt ſuperius referendo, non-
nulla iura ſæpe dictum eſt. Ita hanc
concluſionem tenuit Iaco. Septi. in
186 inſti. Catho. c. 24. num. 22. quamuis
ipſe oppoſitum videtur tenere ſibi
contrarius, in. d. lib. inſtit. c. 26. nu. 7.
187 Prima verò opinio in iudicando ſem
per mihi placuit, quæ iuuatur ex eo
quòd quando ſponte confitetur de-
lictum reus, negat tamen qualitatē
delictum ipſum alterantem, tunc ſi
eſt plene conuictus ęquè punitur ac
ſi omnino negaſſet. Bart. in diſput. 8.
incip. Per Italiam communiter ſunt
ſtatuta, idem in. l. eum. qui. ff. de iur.
iuran. & in. l. proinde. §. notandum.
ff. ad. l. Aquil. Bal. in. l. ea quæ. num. 7.
C. de condict. indeb. & in. l. cōtra ne-
gantem, in prin. C. ad l. Aquil. Felin.
in. c. de hoc. nume. 5. de ſimon. Tira-
quel. de pœni. temper. cau. 30. num.
17. Quia negans ſubſtantialem qua-
litatem, perinde habetur ac ſi totum
188 factum negaſſet, præſertim quando
plene de delicto conſtat, nam talis
confeſsio cum illa qualitate eſt ina-
189 nis & impertinens, & non tollit legi
timas probatiōes, ſed potius eas cor-
roborat. Sed ſi non conſtat per legi-
timas probationes de crimine hære
ſis, reus torquendus eſt ad declaran-
190 dam credulitatem, animum, & intē-
tionem, quam ipſe negat, & factum,
vel verba dixiſſe confitetur, ita in-
quit Alber. de agnoſ. aſſer. q. fin. alle-
gando. l. pen. ff. de cond. ob cauſ. &
191 Car. in Clem. fin. de vſur. Sed ipſe Al-
bert. ſibi contrarius opinionem te-
nuit contrariam in rub. de hæret. li-
bro. 6. q. 2. nu. 61. de qua re inferius à
nobis pro parte affirmatiua plenius
erit diſſerendum.
192 ¶Inſuper cōcluſioni noſtræ prin-
cipali, quod non eſt iudicandus, ne-
que puniēdus, vt hæreticus, qui ver-
ba hæretica confitetur, & intentio-
nem negat, ſuffragatur text. ſing. in
l. quod adhibitus, ibi, in quam credo
te magis errore, quàm malitia inci-
diſſe. C. de ijs qui ſibi aſcrib. in teſt.
Quia in caſu dubio potius error, vel
193 ignorantia, quàm dolus præſumen-
dus eſt. quem text. dicit eſſe notabi-
lem. Bal. in. l. 1. in fine. ff. de legib. &
in. l. obſeruare. §. proficiſci. q. 39. ff.
de offi. procon. & legat. Bar. in. l. quo
ties. §. 1. ff. de hæred. inſtit. & in. l. ſi li
brarius. ff. de regul. iur. Iaſ. in. l. ſi per
errorem. nume. 10. ff. de iur. om. iud.
Alexan. conſi. 65. habita ſuper contē
tis. num. 11. vol. 1. & conſi. 27. in cau-
ſa & lite, in prin. vol. 2. Decius conſil.
175. in cauſa falſitatis. nu. 5. Hippol.
in rubr. ff. de falſ. nume. 7. & in. l. qui
ignorans. nu. 9. ff. eo. Thom. Gram.
deciſio. 60. in cauſa excellētis. nume.
194 6. Atque ego nonnulla in hoc retuli
in meis ſingularibus in crimine hæ-
reſis. ſingul. 56.
195 ¶Ideo qui dolum, & malum ani-
mum allegat, tenetur illum probare
eique incumbit onus probandi. d. l.
quoties. §. qui dolū. l. dolus. ff. mād. l.
dolum. C. de dolo. c. fi. de renun. lib.
6. glo. in. c. ſedes. alia in. c. ſuper lite-
ris. de reſcrip. c. accedēs: vbi Abb. de
crim. falſ. magiſtraliter in hoc diſtin
guit. idem Abb. in. c. cum quidam.

num.3.de iur.iuran.poſt Bal.in.l.ne-
mo Clericus. C.de ſumma Trinit.&
196 fide Catho.& Alexã.conſi.31.incip.
habita pro viribus.volu.7. Regulam
in hoc & octo fallentias ſcripſerunt:
Felin. & Decius in. c.ſi autem.col.1.
&. 2.de reſcrip.&.23.fallentiæ repe-
197 riuntur ſcriptæ per Lucam de Pena.
in.l. quemadmodum. C.de agricol.
& cenſit. libr.11.& per Alciatum de
præſump. reg. 3.præſump.2.num.8.
198 Non enim præſumendum eſt deli-
ctum, ſed ſemper præſumptio, fit in
meliorem partem.l.merito.ff.pro ſo
cio.l. Arrianus. ff.de act. & obliga.l.
ſemper in obſcuris. ff. de regu. iur.c.
dudũ.de præſump. c.eſtote de regu.
iu.in antiquis.Bal.in.l.1. nu.7. &.14.
C.de ſeruis fugit.vbi latè Iaſ.& Deci.
in.l.ſi emancipati.col.4. C.de collat.
& conſi. 175.in cauſa falſitatis.num.
5.& conſi.234.in effectu quæritur,in
prin.Alexan.conſil.128.quoniam a-
bunde,in prin.volu.4.Hippo.latè in
l.1.num.68.C. ad.l. Corne. de ſicar.
& in rub.ff.de fideiuſ.nume.47.cum
ſequen.Latius in ſing. 218.incip.re-
gulã habẽs,pleni⁹ Alciat.de præſum.
reg.3.præſump.prima.Alberti.de a-
gnoſ.aſſer.q.25.nu. 17.cum ſequen.
199 ¶Ob id autem, quando aliquis a-
ctus eſt dubius, qui poteſt ad delictũ
& non delictum referri,illa via capiẽ
da eſt, vt excludatur delictũ.l.ſi quis
intentione. ff.de iudi.Inno.in.c.du-
dum,de elect.Bart. in.l.non ſolum.§.
ſed vt probari. ff. de no. oper. nun.
Bal.in.l.1.num.23.C.de ſer.fug.& in
l.1.in fine.C.de verbo.ſigni. Alexan.
conſi.15.viſo proceſſu.nu.7.volu.3.
Romæ.conſil.353. Quò ad primum,
in fine. Decius in.d.conſi.175.num.
5.Alciat.de præſump.reg.3.præſ.35.
nume.10.
200 ¶Id etiam meritò dicendum eſt
in verbis dubijs in delictis, quæ ſanè
in mitiorem partem ſunt capienda,
ne ſequatur delictum.Bart.in dict.§.
ſed vt probari. Iaſ. in.l. diuortio.nu.
15.ff.ſolut.matri.& in.l.captatorias.
nume.12.C.de teſt.milit. Hipo.in.l.
1.nume. 68.&.74. C. de ſiccar.& in
rub. ff. de fideiuſſor.nume.55.&.59.
& conſil. 2. oppoſita animaduerſio-
num.2.& conſi. 104.circa Inquiſitio
nem.nu.28.Alciat.de præſump.reg.
3.præſump.1.in prin.Thom. Gram.
voto.10.Cæleſtis curiæ.nu.31. Lud.
Carr.in pract.crim.§.circa ſecundũ.
num.33.fol.143.
201 ¶Quod ſimili modo in ſpecie &
indiuiduo in crimine hæreſis affir-
mat eſſe verum Albert.de agnoſ.aſ-
ſert.q.29.num.19.&.q.8.num.11.&
latius ac melius.q.34.nume.48.cum
ſequen.& in rub.de hæret.libro.6.q.
13.num. 19.dicens, quòd ſi verba ali
202 cuius propoſitionis duplicem habẽt
ſenſum, Catholicum videlicet & hæ
reticum, potius in ſenſum catholi-
cum, quàm hæreticum, ſunt intelli-
genda,fauore rei,ne præſumatur de
lictum,& ita verba dubia ſunt inter-
pretanda.l.hodie.l.præſes.l.interpre
tatione legum. ff. de pœnis ſing.ca-
ſus in.c.cum dilecti,de accuſat.Nam
quod multipliciter intelligitur, vt
inquit Boetius, eius veritas ignora-
203 tur.Refert Baldus.in.l.ſcire leges nu.
3.ff.de legib.& in.l.teſtium.num.10.
C.de teſtib. Bart.in.l.in ambiguo.ff.
de reb. dub. dicens legem, vel cano-
nem, plures & varios intellectus ha-
bentes, non poſſe allegari ad deciſio
204 nem cauſarum. Bald. in. l.2.C.quan.
prouoc.non eſt neceſſ.& in.l.capta-
torias: vbi Iaſ.nu.12. C.de teſt.milit.
& idem etiam Iaſ. in. l. admonendi
in lectura.num.68.de iur.iuran.De-
cius in.l. quoties idem ſermo. ff.de
regu.iur.
205 ¶Quod intelligendum & limitã
dum



dum eſſe cenſeo, niſi ſit aliqua ſini-
ſtra ſuſpicio, vel præſumptio contra
proferentem verba dubia vel ambi-
gua, quo caſu non in meliorem, ſed
in deteriorem partem ſunt intelli-
genda. Veluti ſi iſte talis eſſet de ge-
nere Iudæorum, vel Maurorum, vel
ex aliqua regione, Prouincia, vel Re
gno hæreſibus infecto: vt ex Anglia,
Vngaria, Germania, vel Gallia.l.aut
facta. §. perſona. ff.de pœn. l.quod ſi
nolit.§.qui mãcipia.ff.de ædil.edict.
ibi, ſeruos bonos eſſe, quia nationis
non infamatæ, quoſdam malos vide
ri, quia ea natione ſunt, quæ magis
infamis eſt.l.1. C. vbi pupil. educ.
deb. ibi, inſpecta perſonarum quali-
tate. l. viduæ. C. de nup. ibi; ſi huius
206 rei ſuſpicio præceſſerit. Ex qualitate
enim perſonæ præſumitur dolus &
malus animus; Authen. quibuſcun-
que. C.de ſacroſanct. Eccle. glo. Bar.
Bald. & Paul. in.l.inciuile. C. de fur-
tis. Idem Bal.in.l. fin.ff.de hæred.in-
ſti.optimè Alberic.in.l.dolum.C.de
dolo.Decius in.c.ſin autem.num.3.
de reſcrip. Hippo.in.l.qui falſam mo
netam. num. 115.ff.de falſ.& conſil.
52. incip. miſericordia.nu.30.&.40.
& conſi.82. Munda cor meum,in fi-
ne.& ſing.392.incip.aduertas.Tho.
Gram. conſi.47.incip. in cauſa hono
rabilium. nu. 19. Alciat.de præſum.
reg. 3.præſump. 29.in princi. Alber.
de agnoſ.aſſer.q.25.num. 14.in fine.
& optimè.q.32.num. 19.allegando.
d.§. qui mancipia. l. quod ſi nolit.ff.
de ędil.edic.iuxta vulgatum prouer
bium, qualis eſt vir, talis præſumitur
207 eius oratio vel locutio. Quod vtique
verum eſt, præſertim hac noſtra mi-
ſerrima tempeſtate in hæreticis, &
Lutheranis, qui verba obſcura & am
bigua paſsim ad decipiendos, & in-
quinandos Catholicorum animos
208 proferre ſolent. Ideò non eſt iudi-
cium temerarium, ſed iuris conſo-
num, verba dubia ab homine Gallo,
Anglico, vel Germanico prolata in
deteriorem partẽ interpretari. per
d. §. qui mancipia. & c.1. vbi glo.2.
de Cle. nõ reſid. & c.2.14. diſt. Abb.
in. c.eſtote. nu.5.de regul.iu.cum a-
lijs ſupra relatis.
209 ¶Poſtremò animus, intentio, bo-
na vel falſa credulitas per teſtes pro-
210 bari non poteſt. Nam intentio eſt,
quædam res intrinſeca, inuiſibilis, la
tens in corde & in intellectu, quę ali
quo ſenſu corporeo non percipitur,
& quæ ſoli Deo cognita eſt. Quonã
verò pacto de ijs quæ homo non vi-
det, nec audit, nec ſentit, neque ali-
qua eſt certitudo, teſtimonium fer-
re poteſt? vt.l.qui teſtamento.§.fin.
ff.de teſtam.ibi, vel ſenſu percipiat.l.
1.ff.de his quæ in teſt.delen.ibi, ocu-
lis perſpici, & c.Deus quando.24.q.
3.ibi, neque enim propoſitum men-
temque alterius alius videre poteſt,
aut cognoſcere. Inno.etiam in.c.ſu-
per hoc.num.2.de renun.idem affir-
mat. Quem magiſtraliter declarat
Bald. in diuino conſi. ſchiſmatis, po-
ſito in rub.C.ſi quis aliq.teſt.prohib.
nu.22. & in.l. de quibus.ff.de legib.
& in.l. 3.C.eo.optimè in rub.C.ſi ex
211 falſ.inſtrum.hoc dictum Inno. ſequi
tur idem Bald.in.l.ſi quis in hoc ge-
nus. nu.4. C. de Epiſ.& Cler. Iaſ.in.l.
interpoſitas.nu.5.C.de tranſ.& in.l.
ſed etſi quis.§.quæſitum.num.11.ff.
ſiq.caut. Cæpol. caut.144.incip.Tẽ-
porẽ meo. Decius in.l.in omnibus
cauſis.nume.8.ff.de regu.iur.Thom.
Grã.deciſio.103.incip.Illuſtris Mar-
chioniſſa.nu.60.Albert.de agnoſ.aſ-
ſer.q.25.nume.15. Si enim nemo a-
lienam conſcientiam, & intentionẽ
nouit, cuilibet ergo credendum, &
fides adhibenda eſt de intentione,
212 & credulitate propria: quæ ſcilicet
inten-

intentione,& credulitate verba hæ-
retica protuliſſet, per notiſsimam
iuris regulam, quæ dicit, quòd ea
quæ in mente & intellectu conſi-
ſtunt proprio iuramento probãtur,
cùm aliud probationis genus inue-
213 niri nequeat.l.non omnes.§.à Barba
ris.ff.de re milit.ibi, affirmationi ei⁹
credatur.l.ſi tutor petitus.C.de pe-
ric.tut.c.quapropter.§.illud autem
de elect.ibi,fidem faciat iuramento.
c.præſentium.de teſtib.c.Paſtoralis
de excep.c.ſi verò.2.de ſenten.excõ
mu.c.fin.qui matr.accuſ.poſſ.ibi,ni-
ſi proprio firmauerit iuramento,
quòd ad hoc ex malitia non proce-
dat.c.nulli licere.de elect.libr.6.ibi,
fidem faciat proprio iuramento.c.
propoſuiſti.82.diſtin.glo.in verb.ſi
eſt iſta,in cap.ſignificaſti.1.de hom.
glo.in verb.ignorantia.in cap.inno-
tuit.de elect.glo.in verb. non pro-
batur.in.d.c.propoſuiſti.glo.in ver-
bo.doceat.in.l.ſi cui crimẽ.§.iiſdem
criminibus.ff.de accuſ.glo.magna
in.§.ſed iſtę quidem inſtit.de action.
cùm alijs traditis per Hippol.in rub.
C.de probat.nume.122.cum ſequẽ.
& in.l.qui ignorans.nume.20.ff.de
falſ.Iaſ.in dict.§.ſed iſtæ quidem.nu.
89.Abb.in.c.2.num.9.de conſti.vbi
eius additio.& Felin.duodecim fal-
lentias referunt.Alciat.de pręſump.
reg.3.præſump.16.Couarru.lib.2.re
ſolu.c.10.

¶Ob id tamen quando teſtimo-
214 nium de conſcientia alicuius requi-
ritur, cuiq; de ſe ipſo creditur.l.Theo-
pompus.ff.de dote præleg.l.fina.C.
ad.l.Iul.repetun.c.ſi.de voto.ibi,cõ-
ſcientiæ veſtræ duximus relinquen-
dum.c.mulieri,de iuriuran.c.in no-
ſtra.de procur.Bal.in.d.cõſi.ſchiſm.
nu.21.allegãdo.c.ſtatutum.§.aſſeſ-
ſorem,de reſcrip.libr.6.Archid.in
ca.in primis.2.quæſtione.1.Decius
conſilio.160.incip.in cauſa mona-
ſterij.

215 ¶Cùm enim conſcientia ſit dicta-
men rationis, cognitioq; ſui proprij
cordis, vt egregiè inquit Bald.in.d.
conſi.ſchiſm.nu.4.& in.l.ſi quis filio
216 exhæredato.§.irritum.ff.de iniuſto
rup.irritoq; fac.teſtam.quia conſciẽ
tia eſt quid intrinſecus latens in mẽ
te.Idem Bald.in.l.fin.§.ſed & ſi quis.
217 num.26.C.commu.de legat.dicens:
quòd conſcientia eſt lex intellectus
noſtri,& in.l.2.notab.2.C.de fideicõ
218 miſ.dicit,conſcientia eſt Angelus hu
manæ vitæ præſidens. Et in auten.
ad hæc.nu.6.C.de vſur.inquit, quòd
conſcientia eſt ſenſus animi cogno-
219 ſcentis bonum & malum. Et in.l.vni
ca.nu.6.C.de confeſſ.dicit, quòd cõ
220 ſcientia eſt forus boni, & æqui con-
iunctim, tribunal veritatis & non fi-
ctiõis.& in.c.bonæ.1.nu.13.de poſt.
221 prelat.ait,quòd conſcientia eſt con-
ſonantia voluntatis & intellectus:&
in.c.innotuit.nu.2.de elect.aſſerit
quòd conſcientia eſt ſcientia in mẽ-
te recluſa, quam Deus aſſociauit ani
mæ, vt eam reprehenderet de erro-
ribus, & etiam dicit, quòd conſcien-
222 tia eſt de apicibus animæ. Et in.c.ſi
pro debilitate.nu.6.de offic.deleg.
ait, quòd conſciẽtia eſt paſsio animi
ſuggerens bona, malaq; diſſuadens.
223 Et in.c.ſi Sacerdos de offic.ordina.
not.1.dicit, quòd conſciẽtia eſt cor-
dis ſcientia, & eſſe debet ſicut ſpe-
224 culum ſine macula:& nume.3.ibi in
quit,quòd conſcientia iudicat de oc
cultis, & quòd vnus & idem homo
poteſt habere tres conſcientias,vnã
225 videlicet, vt Deus quando eſt con-
feſſor, aliam quando rem ipſam vi-
dit proprijs oculis, tertiam ex actis,
& probationibus coram ſe quando
eſt iudex. Et in rub.de pactis.in de-
cretalibus.nu.17.ait, quòd conſcien
tia



tia eſt paſsio animæ rationabilis ſu-
226 per omnem irrationabilem concu-
piſcentiam habens prædominium,
& virtutem,& in.c.mulieri.de iur.iu
ran.dicit, quòd conſcientia dicitur,
quaſi quędam conſcientia animę ad
eum,ex concordia ſpiritus & volun-
227 tatis, & quod omnis conſcientia eſt
intra nos,& non quærit alteri ſuffra-
gium. Et in.c.vigilanti.nu.5.de præ-
ſcrip.inquit,quod conſciẽtia eſt cor
dis ſcientia quæ habet teſtem intrin
ſecum, ſibi cohęrẽtem atque etiam
iudicem, & ſubiacet foro Cæli.& in
228 c.conſtitutis.2.not.1.de appellat.di-
cit,quòd conſcientia eſt habitus per
fectionis in mente ſyncera,vel quòd
229 conſcientia eſt motus pungens, exi-
ſtens in mente humana, vel paſsio
230 mentis quæ ſemper eſt in actu. Et Di
uus Paul.ad Rom.ca.2.inquit:Eſt in
gentibus conſcientia factum accu-
ſans vel defendens. Nonnullas tamẽ
conſcientię diffinitiones ſuperius re
latas congeſsit.Iaſ.in.§.ſed iſtæ qui-
dem.num.101.cum ſequen.inſt.de
action.

231 ¶Ex quibus liquidò conſtat ani-
mum intentionem bonam, vel ma-
lam credulitatem, in proprio ſenſu,
conſcientia, corde & intellectu exi-
ſtere. Quæ ſanè peruerſa credulitas
errorque in intellectu, & non hære-
ticum factum, vel verbum, quem-
piam hæreticum conſtituunt, tali-
232 ter quod per ſolum errorem in in-
tellectu cauſatum contrahitur cri-
men hæreſis, etiam ſi per opus exte-
rius, vel loquelam, vel per ſcripturã,
vel aliàs non fuerit proceſſum ad a-
ctum.c.excommunicamus.1.§.cre-
dentes.de hæret.c.quicunque eo.ti-
tu.lib.6.glo.in verb.eo ipſo,in Clem.
1.de hæret.glo.in.c.cogitationis, de
pœnit.diſt.1.

233 ¶Vnde inquit Bal.in.l.ſi quis non
dicam rapere.in fine.C.de Epiſc.&
Cler. Hiſce verbis in delictis punien
dis iure fori inſpicimus quod actum
eſt, nam ex delicto mẽtali nullus pa-
titur,& nemo offenditur,meritò nõ
234 punitur.Iſtud tamen fallit in hæreſi,
quia ibi deliberatio mẽtis ſufficit ad
perpetrationem delicti, ex eo quòd
delictum non requirit aliquid ab ex
tra, ſed perficitur ſola mentis cogi-
235 tatione. Vnde Inquiſitor hæreticæ
prauitatis benè punit hæreticum in
mente, licet in eo non appareant ſi-
gna de hæreſi. Hoc autem poteſt li-
quere Inquiſitori per confeſsionem
hæretici, quia aliter non poteſt pro-
236 bari cogitatio mentis, quam ſolus
Deus ſcrutatur.Idem Bald.ibidẽ nu.
9.ſcripſit, quòd quidam cogitant,&
non perſeuerant in cogitatione, &
237 iſti non puniuntur,neque à Deo, ne
que ab homine:quidam autem per-
ſeuerant in moroſa cogitatione, &
in deliberatione mentis, & iſti pu-
niuntur in foro pœnitentiali,non in
238 foro iudiciali. Quòd profectò fallit
in crimine hæreſis,quia illud delictũ
committitur intra ſeipſum in men-
te,neque opus eſt actu exteriori, ver
ba ſunt.Bal.in loco modo citato. Idẽ
tenuit Card.in Clemen.vnica.§.ſa-
nè.num.2.de vſu.& in Clem.1.§.ve
rum.nu.7.de hæret.vbi glo.ad hoc
allegando.20.Iura.hanc etiam ſequi
tur opinionem Anan.in.c.ſi quis Epi
ſcopus.in fin.de hæret.& in.c.conſu
luit.de vſur.Ludo.Carrer.in pract.
crim.fol.75.num.4.& fol.237.num.
11.& in tit.de hæret.in prin.nu.6.&
in.§.verſa autem vice.nu.4.Ioan.Ni
col.de hæret.not.9.incip.notiſsima.
Felin.in.c.1.nu.7.de pręſump.Fran.
in.c.1.in fine, de ſumma Trini.& fi-
de Catho.in.6.dicens, quòd non de-
bet imponi tanta pœnitentia pro de
239 licto cogitato & occulto, quàm pro
alio

alio delicto publico. Prædictã doct.
ſequitur Hippol.in.l.qui falſam.nu.
13. ff. de falſ. Alber. de agnoſ. aſſer.q.
8.nu. 10.&.q.22.nu. 28.&.q.25.nu.
5.&.q.33.num.38.
240 ¶Oritur tamẽ ex hac controuer-
ſia magnum diſcrimen & differen-
tia inter iuris canoni.& ſacræ Theo-
lo.profeſſores. Theologi communi-
ter tenent hæreticos omnino occul
tos,non eſſe excõmunicatos.vt ſen-
tit S. Thom.1.2.q.91.artic. 4.clarius
id affirmat Caietanus. 2.2.q.11.arti.
3.in S. Thom.Et eam etiam teſtatur
eſſe communem Palud. in. 4.ſeten.
diſtin.13.& Archiepiſco. Flo.3.part.
ſumm.titu.24.c.4.Angel.de Clauaſ.
in ſumm.in verb.hæreticus.num.2.
Sylueſt.in ſumm.in verb.excommu
nicatio.7.nume.3.&.4. Armilla Au-
rea. verb. hæreſis in princ. & nu. 19.
Al.Caſtr.de leg.pœn.libr.2.c.fina.&
de iuſta hæret.pun. libr. 2.c.12. Etiã
affirmat eſſe cõmunem Iac.Almain.
in.4.ſenten.diſtin.17.artic. 1.& Iac.
241 Sep.in inſt. Catho.c.42.nu.3. Et eo-
rum ratio ea potiſsimũ eſt,quòd Ec-
cleſia non iudicat de occultis, ſed de
manifeſtis.cap.ſicut tuis in fin.c.tua
nos.de ſimon.ibi,nobis datum eſt de
manifeſtis tantũmodo iudicare. c.à
nobis. 2.de ſenten.excõmu. c.erube
ſcãt. 32.diſt. qa cogitatiõis pœnã ne
242 mo meret.l.cogitatiõis.ff.de pœn.c.
cogitationis de pęni.diſt.1. Occulta
243 eñ & incognita illi ſunt reſeruata,
qui ſol⁹ nouit corda fideliũ hominũ.
c.ſi quando. 15. q.6. c.conſuluiſti.2.
q.5. Quòd etiam alia iuuatur ratio-
ne,ex eo quod non ſcãdalizatur Ec-
244 cleſia, ex voluntate quę non proce-
dit ad actum exteriorẽ.c.Deus quan
do.24.q.3.c.Archidiaconus. 85.diſt.
245 ¶Hinc eſt quod inquit glo.in ver
bo. tuo nomine.in cap. cum quis.de
ſenten.excommu.lib.6.Quòd habẽs
ratam percuſsionem clerici in cor-
de tantum non incidit in excommu
nicationem quo ad Eccleſiam, etiã
ſi eius amicus, vel ſeruus Clericum
percuſsiſſet. Hoſti.in.c.mulieres.de
ſenten. excommu. ſequitur opinio-
nem glo. Syluest. in.d.verb.excom-
municatio.7.nu.4.in fine. & Albert.
de agnoſ.aſſer.quæſt.33.nu.7.
246 ¶Oppoſitam verò aſſertionem,
quod hæreticus omnino occultus
ſit excõmunicatus, tenuit glo.ſing.
in verb.eo ipſo,in Clemen.1.§.verũ.
de hęret.quam ſequitur ibi Card.An
char.Ioan. de Imol.& Bon. de Vital.
& eam affirmat eſſe ſingularẽ Abb.
in procem.decret.nu.6. & in.c.extir
pandę. §.quia verò num.21. de præ-
ben. & Felin.in. c. fin.de hæret.& in
c. ſi verò.1. de ſenten. excõmu.Mar.
Azpil.Nauarr. de pœnit. diſt.5.pag.
7.num. 22.& Hippo.in. l.qui falſam.
num.13.ff.de falſis.glo.in ſumm.24.
q.1.glo.in.c.cogitationis, de pœnit.
diſtin. 1.Idem Card.in Clem.vnica.
§.verum.nu.7.de vſur.Abb. & Ioan.
de Anan. & Felin. in.c.fin. de hæret.
Idem Felin.in.c.1.nu.7.de præſump.
hanc fatetur eſſe communem opi-
nionem,refutando opinionem Ca-
ieta. & aliorum Theologorum,& Al
247 bert.de agnoſ.aſſer.q.33.num.27.&
29.&.32.& Adrian. qui in vtroq; iu-
re fuit peritus in quodlibeto.8.litera
g.idem affirmant. Pro qua opinione
eſt caſus in.c.nouerint.de ſenten.ex
commu.& in.c.excommunicamus.
1.de hæret.& in.d.Clem.1.§.verum.
ibi,excommunicationis ſententiam
248 eo ipſo hæretici incurrant. In pœnis
autem quæ ipſo iure contrahuntur,
hominis miniſterio opus nõ eſt.Ioã.
And.in.c.1.in fine.de homi.libr.6.&
in.c.commiſſa.de elect.eod.lib. Ple-
nius Tiraquel.in.l.ſi vnquam. in ver
bo.reuertat. nu. 240.C.de reuocan.
don.



249 don. Nam quemadmodum ſola vo-
luntate quis incidit in hæreſim,vt ſu
perius abundè dictum eſt,ita eadem
ratione eo ipſo quòd ſola voluntate
credit erroribus hæreticis, incidit in
excommunicationẽ,pręſertim quia
excommunicatio ſecum paratã tra-
hit executionem & hæreſi cohæret,
ſicut lepra leproſo,& homini vmbra
c.paſtoralis.de appell.&.d.Clemen.
1.in fine de hæret.ibi, eo ipſo excom
municationis ſententiam. &.l.alie-
natio.ff.de cont.emp. c.ex literis de
250 pignor.Quia qualitas illa excommu
nicationis,non poteſt à ſuo ſubiecto
ſeparari.Arg.l.4.§.fin.de act. emp.&
ven.ff.l.fina.ff.de collat.bonor. Gra-
ne enim abſurdum(ſi cõmunis Theo
logorum ſententia eſſet vera) ſeque
retur,nam ſi quiſpiam in mẽte & in-
tellectu hæreſim contraxerit,credẽ-
do Deum nõ fuiſſe incarnatum, vel
ſanctam Mariam non fuiſſe virginẽ,
& non proceſsit ad actum exteriorẽ
ſibi, vel alteri aliquid proferẽdo, ſed
ſolùm in corde errorem, & hæreſin
prædictam conceptam retinuit, po-
ſtea verò meliori conſilio ductus re-
ſipiuit & pœnituit, accedenſque ad
Inquiſitores hæreticæ prauitatis (vt
pluries vidi) confitetur prædictos er
rores habuiſſe,& credidiſſe,petẽs ab
eis abſolutionem atque pœnitentiã
ſalutarem concedi,nõne iſte fuit hæ
reticus? quamuis omnino & totali-
ter occultus & mentalis? & per con-
ſequens excommunicatus,& eſt ab-
ſoluendus?
251 ¶Neque prædictis obſtant Theo
logorum fundamenta quibus reſpõ
dere facillimum eſſe arbitror videli-
cet,quod Eccleſia non iudicat de oc
cultis. Quod fundamentum proce-
dit, quando agitur de iudicio fori,
quod ex actore, reo, iudice & teſtib⁹
conſtat.c.forus.de verbo.ſignifi.l.in
ter ligatores. ff. de iud. quod decla-
252 rant Abb.& alij in rub. de iud. Sed cri
men hęreſis omnino occultum non
requirit aliquid ab extra, quia eſt de-
lictum mentale,& ſola mentis cogi-
tatione perficitur, ergo Eccleſia be-
ne poteſt ſine iudicio fori iudicare
de illo,& pari ratione de excommu-
nicatiõe quæ hæreſi cohæret. Theo-
logorum verò argumentum huiuſ-
modi libet mihi in eũ, in hũc modũ
253 retorquere. Si Eccleſia de occultis iu
dicare non potuiſſet,neque interio-
res actus animi prohibere: ergo neq;
hæreticum occultum, vel mẽtalem
cõſtituere. Sed de hac re tã occulta,
& mentali iudicat, & hæreticum oc
cultum & mentalem conſtituit, cur
254 ergo de excommunicationis vincu-
lo, quod hæreſi cohæret non iudi-
255 cabit? Nam cùm quid conceditur,&
id quod ex eo ſequi ſolet.l.quotiens.
C.de iudic. l.2. ff.de iur.om.iud.cap.
præterea.de offic.delegat.
256 ¶Præterea nec obſtat debile cõtra
riæ partis fundamẽtum, quòd per ſo
lam voluntatem, quæ non proceſsit
ad actum exteriorem non ſcandali-
zat Eccleſia, vt in iuribus ſuperius ci
tatis. Quia dicta voluntas licet nõ ſit
in actu, eſt tamen in potentia ſcãda-
257 lizandi. Et quãuis ea quæ ſunt in po-
tentia de actu non diſponant.l.1.C.
an ſer.ex ſuo fact.l.quod ab alio.ff.de
258 conditione furt. Idem tamen opera
tur potentia in habitu, quod opera-
tur potentia in actu.l.pen.vbi Bar.ff.
de milit. teſtam. Iaſ. in.l.diuortio. §.
interdum.ff.ſolu.matrim. Decius in
c.paſtoralis.§.quoniam.2.not.de re-
ſcrip.Hippol.ſing. 325.cum alijs rela
tis per Albert.in dict.quęſt.33.num.
38.hæreſis enim res eſt contagioſa.
259 c.reſecandæ.24.quæſt.3.c.inter ſoli-
citudines. de purg. canon. c. etſi Iu-
260 dæos. de Iudæis. Et ſicut cancer ſer-
pit,

pit,vt inquit Paulus Apoſtolus.
261 ¶Et operationes animæ ſunt ve-
lociores quàm quæuis corporales a-
ctiones.c.fin. 24.quæſt. 3.c.ſed illud.
45.diſt.c.ea quę.deſtat. Monach.vn-
de in talibus potentia,quæ eſt in ha-
bitu operatur idem quod ea,quæ eſt
262 in actu, vt ex ſuperioribus patet. Et
dato ac non conceſſo quod hæc cau
ſa & ratio in præmiſsis ceſſaſſet,non
ob id aliæ plures cauſæ & rationes,
pro hac opiniõe ſuperius relatæ ceſ-
263 ſant.Quia,quando plures cauſæ con
currunt ad vnum effectum vna ceſ-
ſante, non ceſſant aliarum effectus,
niſi omnes cauſę ſimul & cõiunctim
conſiderentur. l.1.in prin.ff.ſi quis à
parent. fuer. manumiſs. l. ſi non lex
alia.ff.de hæredi.inſtitu. glo. in ver-
bo. deductus, in. l.liberos. §. 1. ff. de
cap. dimin.glo.in verb.credere.in.l.
ſi ventri.§.in bonis. vbi optimè Bart.
Alberic.& Angel.ff.de priuile.cred.
glo.fin.& ibi text.in.§.affinitatis,in-
ſtit.de nup.glo.in Authen.de nup.§.
ſed & ſi quis.colu.4.cũ alijs plurimis,
vberrimè congeſtis per Tiraquel. in
tract. de ceſſãte cauſa limitatiõe.22.
264 ¶Item huic ſententię minimè ob
ſtat dicta regula, cogitationis pœnã
nemo patitur.Ea enim non intelligi
tur habere locum in crimine hære-
ſis,vt inquit glo.in.d.c.cogitationis.
dicens hoc eſſe ſpeciale in crimine
hæreſis, quæ ſolo interiori mentis a-
ctu contrahitur, allegando ad id. d.
265 §. credent ſe. Neque id mirum eſt
cùm multa alia ſpecialia in hoc cri-
mine reperiantur in iure, vt in meo
tractatu de ſingularibus iuris, in cau
ſa Fidei,in quo vberrimè.215.ſingu-
laria alphabetico ordine congeſsi in
deteſtationem tãti criminis. Quod
266 Deus omnipotens apertè oſtendit
in Core & Dathan, & Abiron, quos
terra viuos cum vxoribus & liberis,
Tabernaculis & vniuerſa ſubſtantia
ſua deuorauit. vt habetur num.c.16
& Deutero.c.11.&.c.deniq;.7.q.1.
267 ¶Hanc igitur ex ſupradictis ve-
riſsimam exiſtimo eſſe concluſionẽ.
Hæreticum ſiue ſua natura occultũ,
ſiue omnino, & totaliter occultum,
ſiue per accidens, eſſe excommuni-
catum. Relicta prorſus diſtinctione
doctiſsimi.Iaco.Septim.in inſtit.Ca-
tholi.c. 42.inter occultum ſua natu-
ra & per accidens, qui.nu.9.in hunc
modum, inſtru. Hiſpalen.in.c.5.in-
terpretari nititur,vt procedat in oc-
culto per ſe,& ſua natura,qui Inqui-
ſitorum abſolutione non indiget.
268 Imò dicta inſtructio expreſsè eſt pro
noſtra aſſertione contra opinionem
Theologorum, cùm in ea ſit diſpoſi-
tum, quòd quando crimen hæreſis
ita eſt occultum, quod nullus illud
ſcit, nec ſcire poteſt, ſed ſolus pœni-
tens,non ſolemnis, ſed ſecreta abiu-
ratio & reconciliatio ab Inquiſitori-
bus fiat. Si ergo iſte talis eſt abſoluẽ-
dus & reconciliandus ſecreta abiura
269 tione & reconciliatione, ſequitur
quòd erat excommunicatus: quan-
tumuis omnino & totaliter occult⁹
& mentalis eſſet hæreticus,cum prę
dicta inſtructio dicat. Si crimen fue-
rit tale, quod nullus ſcit, neque ſciri
poteſt, omnem igitur potentiã ſciẽ-
di crimen remouet,niſi per ſolã pœ-
nitentis confeſsionem. Vnde glo.ſin
gularis in verb.poſtulauit,in. c.vene
rabilem, de elect. vbi Hoſtien.& Io.
de Imol.inquiunt,quòd qui petit ab
ſolutionem ab excommunicatione,
fatetur ſe eſſe excommunicatum &
ligatum:id etiam tenet. Ioan.Andr.
270 in. c. cùm dilectus.de ordin cognit.
Bart.in.l.decem.num.4.ff.de verbo.
obligat. per regulam illius. l.vulgatã
quòd priuatio præſupponit habitũ.
l. manumiſsionis. ff. de iuſt. & iur.§.
ſeruus.



ſeruus.inſti.de ca.dimin.c. ad diſſol-
uendum,de deſponſ. impub.
271 ¶ Quòd ſanè intelligendum eſt
in hæretico occulto & mentali, qui
habuit hæreſim in mente formatam
per errorem in intellectu & pertina
ciam in voluntate, vt ſæpe dictũ eſt.
Et de dubitante in Fide,qui habet in
ſe firmitatem animi, & quandam
pertinaciam ſemper perſeuerans in
illa dubitatione. Quæ ſanè dubita-
172 tio tacitam affirmatiuam in ſe con-
tinet. Quod aliter eſt in ſimplici du-
bitatione proueniẽte ex primis mo-
tibus,quibus non aſsiſtit, ſed potius
reſiſtit,tenendo ſemper Fidem Ca-
tholicã:Iſte talis non dicitur hæreti-
cus ex ſimplici dubitatione prædi-
cta,ſed potius meretur,quàm deme
retur,cũ primi motus vt inquit phi-
lo.nõ ſint in poteſtate hominũ.c.ſed
274 penſandũ.6.diſ.c.ſciendũ. c. tẽtatio.
de pœnit.diſt.2.ita intelligendus eſt
tex.in.c.1.de heret. Quod dubius in
Fide infidelis eſt, vt optimè ibi de-
clarant.Ioan. An.& Abb.nu. 1.Lud.
275 Carrer.de hæret.§. circa ſecundum.
nu.6.Palat.Ru. in allegat hæreſis. §.
pœn.Alf. Guer. in Theſ. relig.Chriſt.
titul.de hæret. num.22. Arch.Flo.3.
par.ſumm. titul.22.cap. 5. §. 10. Al-
bert.de agnoſ.aſſer.q.33.num. 4. &
ipſe retuli in ſingulari meo. 56.incip.
errans.in fine.
276 ¶Nobis neceſſarius eſt tranſitus
ad alteram noſtræ principalis con-
trouerſiæ partem, videlicet affirma-
tiuam. Quòd qui factum hæreticũ
confitetur, & prauam intentionem
& credulitatem negat, tanquam ne
gatiuus relaxandus ſit, etiã ſi de illo
delicto non ſit plenè conuictus. Al-
277 tius iſtã materiam repetendo dici-
mus, quòd homo ex duabus rebus
cõpoſitus eſt, anima videlicet & cor
pore,quæ etſi diuerſa & ſeparata ſint
l.ſancimus.C.de Epiſcop. & Cler. c.
cum infirmitas.de pœnit.& remiſ. ta
278 men anima ad ſuprema Cæleſtia tẽ-
dit, corpus verò circa infima hæc &
terrena verſatur. Inter ipſa verò tan-
ta eſt coniũctio & conglutinatio, &
quaſi neceſſariũ quoddam vinculũ,
279 vt queadmodũ actiuè anima corpo-
ris miniſterio ad diuinarũ rerum co-
gnitionem eget, vt inquit Ariſtote.
lib.3.de anim.cap.8. oportet intelli-
280 gentem phantaſmata ſpeculari, &
nihil eſt in intellectu quin prius fue-
rit in ſenſu.l.alioquin. ff.de cõtrahẽ.
emp.l.diſcretis. C. qui teſt. facere
poſſ. Vnde Diuus Paulus ad Roma-
281 nos.cap.1.inuiſibilia Dei à creatura
mundi, per ea quæ facta ſunt intelle
cta conſpiciuntur.&c. Ita è conuer-
ſo paſsiuæ animæ operationes,vt vo
lũtas,animus & intellectus, quæ in-
terius operantur, minimè cognoſci
poſſunt,niſi per ſigna & actus exte-
282 riores perpendi valeant, atq; per ri-
tus,cæremonias & cultus exteriores
religionem cultumq; interiorem de
monſtrantes cognoſcãtur. Nulla ita
283 que gens tam barbara ab omni ratio
ne aliena fuit, quæ ad cognitionem
ſuæ gentilitatis falſæq; religionis vi
ſibilibus aliquibus ſignis exteriori-
busque cæremonijs non vſa fuerit,
Vt Valer.Maxim.teſtatur.lib.1.cap.
11.& Auguſt. de Ciuitate Dei lib.
10.cap.1. Id etiam ex teſtamento ve
teri,& nouo conſtat Exod. ca. 18.&
Deuter.c.4.&.3.lib. reg. cap. 2.& in
Euange.Marci.c.14.& Lucæ. capit.
284 22.&.1.Corint.c.11.Qualitas enim
factorum demonſtrat intentionẽ,
animum & voluntatem actorum.l.
quod ait lex,§.illud rectiſsimè.ff. de
diuort. ibi animum habuiſſe caſus
ſing.l.militis codicilis.§. veteranus.
ff.de milit.teſtam.per extrinſeca fa-
285 cilè intrinſeca cognoſcuntur, & ex-

teriora indicant ſecreta animi inte-
riora.l.ſi tamen ſine culpa.§.ei qui
ſeruum.ff.de ædil.edicto. ibi, multo
enim amplius eſt id facere quàm
pronuntiare, &c. §. Pauonũ.inſtit.de
rer.diuiſ.l. quidam in ſuo.ff.de con-
286 di.inſtit.Et quod interiora animi per
exteriora demõſtrentur, iuxta illud
intima per mores cognoſcimus ex-
teriores,patet in. c.ex ſtudijs de præ
ſump.cap.eſtote.de reg.iur.in antiq.
cap.ſiquis Diaconus.50.diſt.cap.qui
viderit.32. quæſt.5.Plus enim eſt ali
quid factis demonſtrare, quàm ver-
bis enucleare, vt in.d.§.ei qui ſeruũ,
287 & in.l. reprehendenda. C. de inſtit.
& ſubſt.ibi,tu verò voluntatem eius
diuortio comprobaſti. cap. ad audiẽ
tiam.cap.dilecti filij. 2.de appellat.
288 ibi,plus eſt ad Sedem Apoſtolicam
facto prouocare, quâm verbo. Et ali
bi etiam dicitur quòd fortiora ſunt
facta ad demonſtrandum animum,
289 quàm verba.l. noſtrám prouiſionẽ.
C.de teſtã.l.de quibus in fine. ff.de
leg. vbi facta loquũtur minime ver
290 bis opus eſt.l.3.§. falſus. ff. rem. rat.
haberi.l.fin.§.fin.C.de repud.hæred.
Ex factis & geſtis exterioribus ani-
291 mus & voluntas intelligitur.l. nutu.
ff.de legat.3.cap. vidua. de regular.
& talis præſumitur animus, qualia
292 ſunt facta.cap. exiſtimant.11.quæſt.
3.cap.cauete.22.q. 5.nam qualis eſt
actus talis eſt iudicandus animus.l.
293 ſi non conuitij.C. de iniur.l. ſi propo
nis.§.1.ff. de inoffi.teſt.quia rei qua
litas agentis intentionem demon-
ſtrat;caſus ſing.in.l.non codicillum.
294 C.de teſtam.& ex qualitate diſpoſi-
tionis facile colligitur ſpecies inten
tionis.l.cum debitum paternum.
C.de iure deliber.l. parentibus. C.
295 de inoffic. teſtam. Vnde optimè af-
firmat Ambroſius in ſermone de
Abraham, vt habetur in. c. cauete
fratres. 22.quæſt.5.quòd quis opere
loquitur, & Hieronymus in omni-
bus,quæ peruerſa ſunt factis Deum
negari aſſerit,vt in.c.exiſtimant qui
dam.vbi Archidia. poſt. glo. ibi. 11.
q.3.c.ſit rector.43.diſt. & dicit text.
in.cap.quòd Dei timorem. de ſtat.
296 Monachor.quòd opera quæ facis te
ſtimonium perhibent veritati.cap.
eſtote miſericordes.de regul.iur. in
antiq.& ex fructibus eorum cogno-
ſcetis eos, vt in Euang. Matthæi. ca.
8.c.Apoſtolus.81.diſt.Et ſicut bona,
vel mala arbor ex fructibus cogno-
ſcitur, ita homo an ſit bonus,vel ma
lus,ex eius operibus intelligitur. ca.
297 cum in iuuentute.de purgat.canon.
c.clericus.91.diſt.ſing. tex. in Clem.
exiui de Paradiſo. §.cum enim ad ve
ritatem,de verb. ſignific. hiſce ver-
bis,cùm enim ad veritatem vitę per
tineat,vt id quod exterius agitur in
teriorem mentis diſpoſitionem &
habitum repræſentet. &c.
298 ¶Id in ſpecie affirmant Archid.
Io.An.Domin.& alij in.c.2.nu.3.&.
4.de hære.lib.6.Et libet mihi præter
morem meum hoc in loco verba
formalia Archidiaconi referre ex
eo, quod omnes ſcribentes ea ſequẽ
do tranſcribunt.Inquit Archid.cre-
dentes hæreticorum dicuntur qui
ore proprio dicunt ſe credere erro-
ribus eorũ. de pœnit. diſ. 1.c. poteſt
fieri.verſ.quid ergo. & verſ.ſe faten-
tur.c.in actione.24.q.3.c.cũ paruu-
lis.ca.ſi qua mulier.de conſecrat.diſ.
299 4.vbi dicitur, quòd vnicuique pro-
pria voluntas in confeſsione mon-
ſtranda eſt.c.is autẽ. 22. q. 2. & tales
hæretici indicantur.c. excõmunica
mus.2.§.fin.de hęret.c.ſuper quibuſ
dam.de verb.ſignif. & hoc indubita
tum eſt & probatione nõ eget. Qui
verò adorauerunt & reuerentiam
ſuo more exhibuerunt, conſola-
tionem



tionẽ vel communionẽ ab hęreticis
300 acceperunt, vel ſimilia perpetrant
quæ ad ritum eorũ pertinent, credẽ
tes meritò debent dici: nã factis præ
ſumitur de affectu.22.q. 5. c. qui vi-
derit.l. dolum. C.de dolo. cap. nu
301 per.de bigam. Nam plus eſt facto
quàm verbo aliquid facere. cap.dile
cti.de appellat.nec refert an quis vo
luntatem ſuam verbis exprimat an
factis.l. de quibus.ff.de legib. & col-
ligitur & notatur.20.quæſt. 1.capit.
302 quam progenitores.Et negare & cõ
fiteri poſſumus nõ ſolùm verbis ſed
etiam factis.11.quæſt.3. cap. exiſti-
mant.Quod de factis intelligitur in
quibus error exprimitur,vt in exem
plis ſupra poſitis,quæ exempla ad ri-
tum errantium pertinent. Albert.
idem affirmat de agnoſ.aſſer. quæſt.
8.num.12.vbi inquit hiſce verbis,ſi
verò eſſemus in facto hęretico vt pu
ta in tranſitu, vel reditu ad ritus Iu-
dæorum, tunc ſufficeret accuſatum
conuinci de illo facto quamuis non
conſtet de credulitate,vel intentio-
ne ad hoc vt hæreticus damnetur.
cap.contra Chriſtianos de hæret. li.
303 6. Quod ſecus eſt in verbis, quia
plus eſt facto, quàm verbis delinque
re.l. Paulus.ff.rem rat. haberi. Idem
Alber.in dict.tractatu.quæſt.25. nu.
14.dicens, ex hoc ſolo quòd quis fa-
cit ritum Iudæorum, condemnatur
vt hæreticus, cùm id videatur inten
tione iudaizandi feciſſe.
304 ¶Iudaizare autem eſt id facere,
quod ſoli Iudęi facere ſolent. Ex tali
ergo facto quod non niſi per Iudęos
fieri ſolet arguitur iudaizandi inten
tio vel volũtas, Mox ibidem ſubdit.
Siue ergo quis faciat actum, ſiue cõ-
mittat facere ea intentione, vt lega
lia obſeruet dicitur iudaizare, Quòd
ſi de intentione non apparet, in du-
bio præſumitur ea intentione iudai-
zãdi feciſſe, vel cõmiſiſſe conſtito
de actu vel commiſsione per eius
confeſsionem, vel per teſtes, & præ
ſertim ſi eſt perſona ſuſpecta,videtur
hoc ſufficere ad illius condemnatio-
305 nem. Quinimo ſiquis confitetur
factũ hæreticale & negaret intentio
nem,quæ eſt qualitas afficiens illud
factum,vt ſit punibile,vel impunibi
le,vt hæreticus negatiuus forſan poſ
ſet damnari,Idẽ Alber. in præd. tra-
ctatu.quæſt.32.nu.17.dicens.Quòd
ſiquis ſeruaret Sabbatum vel alias cę
remonias Iudæorum, etſi de inten-
tione formaliter non conſtaret con
tra eũ,tanquã contra hæreticũ pro-
cedi poſſet, quia interpretatione
ſiue iuris præſumptione intentio iu
daizandi in illa obſeruantia cõcur-
rit,idẽ Albert.q.34.nu.53. hiſce ver
bis.Si verò eſſemus in facto hæreti-
co,vt in tranſitu,ſeu reditu ad ritum
Iudæorum, ſeu Paganorum, tunc
306 ſufficeret accuſatum conuinci de il-
lo facto ad hoc vt hæreticus damne
tur, quamuis de credulitate non cõ
ſtet, Idem Albert. quæſt. 36.num.
18.in fine. ibi,ſi autem eſſemus in fa
cto,puta quia confitetur ſe feciſſe ri
tũ Iudæorum,negat tamẽ intentio-
nem, in tali caſu intentio probatur
ex qualitate facti, vt hæreticus eſt
puniendus,etiam ſi neget intentio-
nem. Animus enim ex factis & ex
307 modo faciendi perpenditur,allegat.
l.1.§.Adrianus.ff. ad.l. Cornel. de
ſic.Ioã.de Imol.in.ca.literas de præ-
ſum.in quo loco nullum verbum de
illa re Imola ſcripſit. Idẽ Albert. q.
308 23.num.51.cum ſequẽ.dicẽs. Quòd
plus eſt factis demõſtrare quàm ver
bis.& ex factis animus declaratur. &
in rub.de hæret.lib.6.quæ. 2. nu. 61.
&.q.13.num.68.ibi, exterior cultus
eſt euidẽs ſignum interioris cultus.
&.num.69. &.70. nonnulla notatu

309 dignareferendo inquit. Quòd quã-
do factum de per ſe eſt damnatũ,prę
ſumitur mala intentio in faciente.l.
ſi nõ conuitij.C.de iniur.c.1.de præ-
ſump. optimè Abb. in. c.cum te.nu.
29.de re iud.& in.c.ad hęc.1.num.3.
310 de appellat. Omne enim maleficiũ
praua intentione & voluntate præ-
ſumitur factum. l.nam ludus. l.item
Mela.ff.ad.l.aquil.

311 ¶Hanc igitur aſſertionem, quòd
ſi reus confiteatur factum hæreticũ
& neget prauam intẽtionem & cre-
dulitatem ſit relaxandus,ſequitur e-
tiam Anan.in.c.excommunicamus.
1.§.credentes. num.11.de hæret.Io.
de Imol.in Clem.1.§.fin.de vſur. Syl
ueſt.in verbo hæreſis.1.q.7.num.10.
repert. Inquiſit. verbo. hæreſis,verſ.
item nota, quòd nedum verbo, ſed
facto.&c.Et Ioã.Nicol.de hære.not.
5.Fran.Squill.de fide Catho.cap.15.
Turr. Crem.in ſumm.de Ecclef.libr.
4.c.4.&.c.13. Palat.Rub.in alleg.hæ
reſis.§.7.dicens, quòd ſi de intentio-
ne non conſtat præſumitur factum
intentione iudaizandi,præſertim in
perſona ſuſpecta.Caſtro.de iuſta.hæ
ret.pun.lib.1.c.1.&.c.7.Iaco.Sep.in
inſtit. Catholi.c.47.num.22. meliùs
in Enchir.titu.40. de præſump.& in
inſtitu.Catho.c.10.nu.2.cum ſequẽ.
cõtra ea quę ſcripſit in inſtitu.Cath.
c.26.nu.7. Quod expreſſe probat.c.
fin.30.diſt.ibi. Qui pro quadam reli-
gione ieiunauerit ſicut Manichęi,
312 anathema ſit. Vbi hæreticus iudica-
tur, qui Manichęorum ieiunia & ſu-
perſtitiones ſequitur.c.humanæ au-
res. 22. q. 4.cuius verba ſunt. huma-
næ aures verba noſtra iudicant qua-
lia foris ſonant.c.exiſtimant.11.q.3.
ibi,in omnibus quæ peruerſa ſunt fa
313 ctis Deum negamus.Vbi Archid.in-
quit, quod quis opere negat loqui-
tur,confitetur & prędicat.c.cauete.
22.q.5.c.cum annis.1.q.1.c.2.de hę-
ret.lib.6.ibi,Eccleſiaſticę tradere ſe-
pulturæ. c. filij vel hæredes. eo.titu.
ibi,per manus impoſitionem ſecun-
dum peſsimam conſuetudinem eo-
rum.c.contra Chriſtianos.eo.tit.ibi,
erit tanquam contra hæreticos pro-
cedendum.ca.cum contumacia.eo.
tit.ibi, aut cõtumaciter ſe abſentat.
c. accuſatus.§.ille quoque.eod.titu.
quem ibi.in fine notat Ancharr.Cle.
ad noſtram de hæret.ibi, faciunt &
committunt.c.vidua. c.extirpandæ
de regul. caſus ſing. in cap. tua nos
de ſponſal.l.cum debitum.C.de iure
deliberã.l.ſi quis extraneus.ff.de ac-
qui. hæred. l. ſi quis filium. C. de lib.
præter. vel exhæred. Id etiam proba
tur in Epiſ. Diui Pauli ad Coloſſen.c.
2.ibi:Nemo ergo vos ſeducat in cibo
vel potu, aut in parte diei feſti, aut
Nœomeniæ,aut Sabbatorum. Et in
ſtruct.Hiſpalen.facta anno 1484.ca.
2. ibi, *o ceremonias de Iudio.* & inſtruct.
*de Madrid, año.*1561.c.2.ibi,*ceremonias
de Iudios o Moros.*

314 ¶Ratio autem prædictorum eſt:
quia ieiunia feſtiuitates, orationes,
aliæq; cæremonię ſunt quidam ritus
externi, mores & obſeruationes ad
obſeruandam quampiam religionẽ,
eiuſque cultum celebrandum. Vn-
de rectè ſequitur,talem quis religio-
nem habere creditur, quibus ieiu-
nijs orationibus atque cæremonijs
vtitur. Ideo ſi quis Iudæorũ,ſeu Ma-
315 humetanorum, ſeu Lutheranorum
ritus & cæremonias ſeruauerit, eo
ipſo illius ſectæ hæreticus ſeu apoſta
ta eſſe cenſebitur.c.fin.30.diſtin.c.2.
c.filij.c.contra Chriſtianos de hęret.
lib.6.vbi meritò Archid. exponit,ri-
tus, id eſt,mores & obſeruationes.c.
fin. de Baptiſ.c.fin.de diuor.ca.ſæpe.
27.q.1.&.l.prophanos vſus.C.de Pã
gan.glo.in rub.de ritu nup.ff.





316 ¶Neque prædictis obſtat regula
communiter recepta. Quòd facta
etiã horrẽda & deteſtabilia nõ ſunt
hæreſes,cùm nullum opus exterius
quantumuis nephandum, abſq; er-
rore intellectus, ſit hæreſis. Vt ſiquis
Sacratiſsimam Euchariſtiæ Hoſtiã
ſurripuiſſet, quod tenet Archiepiſc.
Flor.2.par.ſumm.titul. 12. cap.5.§.
1. Caſtro.lib.1.aduerſus hæreſes. ca.
1.& de iuſt.hæret. pun. lib. 1.cap.1.
&.7.Turrecrem.in ſumm.de Eccleſ.
par.2.lib.4.c.4.&.c.13. Lupus in alle
gat hæreſis.§.2. Syluest. in verb.hæ-
reſis.1.quæſt.2.Iac.Sep.in inſt. Ca-
th.cap.31.num.5.& in Enchirid. tit.
8.nu.12.

317 ¶Pro ſolutione minimè hoc in lo
co omittenda eſt notabilis diſtin-
ctio Alfon. de Caſtro, in.d.lib.1.c.1.
&.7.de iuſta hæret.pun. & in li.1.ad
uerſ.hæreſ.c.1. dicentis, quòd quæ-
dam ſunt peccata ad quæ (natura ip
ſa) proni homines ſunt, vt in auari-
tiam,gulam, venerem, homicidiũ,
furtum,& alia id genus in quæ capti
voluptate quæ eſt omnium malorũ
radix,homines ruunt. c. quia radix.
318 de pœnit.diſt.2.c.bonorum.17.diſt.
Et in procem.decretal. in prin. Meri
tò in his prauis & reprobatis factis
hęreſis neutiquam præſumenda eſt,
niſi quis hoc impune fieri poſſe cre-
diderit. Alia ſunt peccata, quæ natu
319 ra non appetit, imò apetitus homi
niſq; voluptas repugnat & aduerſa-
tur,vt tempore ieiunij non comede
re vſque ad noctem, vel orare, vel
carnem ſuillam non edere, neq; vi-
num bibere, prauaſq; cæremonias
ſeruare more Mahomethanorũ vel
Iudæorũ, in electione enim ſimiliũ
rerum voluntas indubitanter regi-
tur ab intellectu, ideo in earum ob-
ſeruatione praua intentio & credu-
litas ineſt, imò homines contra
naturalem inclinationem & appeti
tum illa operantur. Vnde aliam me
liorem coniecturam elicere non poſ
ſumus, niſi propter deprauatã inten
tionẽ & voluntatem, quod longè
aliter eſt in alijs delictis ſuperius rela
tis, quia natura ipſa homines ſunt
proni ad ea perpetranda, & ſuſpica-
ri poſſumus, quòd ira, vel auaritia,
ad ea mouentur, & non quòd cre-
dunt id impunè fieri poſſe. Et cùm
huiuſmodi cauſa & præſumptio ſit
naturalis alijs cauſis præferenda eſt. 320
l.qui habent.ff. de tutel. l. profecti-
tia.§.fin. ff. de iure dot. Prædictã di-
ſtinctionem. Alfon. de Caſt.ſequũ
tur. dd. ſupracitati, & Iac. Sep.in
dict.capit.31.nume. 5. & in. d.titul.
8.nume.12.

321 ¶Hæc igitur præſumptio contra
ſeruãtes hæreticorũ ritus & cęremo
nias, quòd in earum obſeruatione
mala credulitas, & deprauatus ani-
mus ineſt, pro manifeſta probatio-
ne & veritate habetur, cùm ſit iuris
322 pręſumptio. Legum enim præſum-
ptiones veræ & propriæ probatio-
nes dicũtur:caſus notab. in.l. fin. in
fine.ff.de probat. Quam legem glo-
riatur Iaſ.ſe didiciſſe à quodam ma-
gno Aduocato Papiñ.vt ipſe refert in
l.1.nu.9.C.de milit. teſt. & in. l.licet
Imperator.num.8.ff.de legat.1. Pro
qua eſt gloſ.fin. communiter rece-
323 pta in.l. ſi tutor petitus.C. de peric.
tutor. quòd prę ſumptiones legum
ſunt liquidiſsimæ probationes. Quã
gloſ.affimat eſſe ſing. Bal in rub. de
præſump.nu.5.& in.l.ita demũ.in fi.
C.de procur.& in.l.13.oppoſ.C.ſi in
fraud.patron.Io.de Imol.in.l.quæſi-
tum. ff. de re iud.& in.l.in tempus.§
1.ff.de hæred.inſtit.Iaſ.in. l.licet im
perator.numer.8.de legat. 1. & in.l.
manifeſtæ turpitudinis eſt. num.4.
ff. de iur.iuran. & in.l.1.num.9.C.

de teſta. milit. & in.l.non hoc.num.
15. C. vnde legit. Hippo. in rubr.C.
de prob. nu. 183.& nu.202. vbi plu-
res alias gloſſas ad id refert.Pleni⁹ Ti-
raquell. in. l. ſi vnquam. verb.dona-
tione largitus. nu. 158. cum ſequen.
C.de reuocan.donat.Alciat.de præ-
ſump. reg.1.præſump.3.Iaco.Sep.in
Enchi. tit. 40.nu.8.dicens.huic præ-
324 ſumptioni ſtandum eſſe, niſi contra
rium probetur,cùm ſit tantùm præ-
ſumptio iuris quæ trãsfert onus pro-
bandi in aduerſarium,vt notant Bar.
Iaſ. & alij in. d. l. licet Imperator.per
text. ibi, & Bald.in dict.rubr.de præ-
ſump.in prin.& Alciat. de præſump.
3.par.in introit.Quòd aliter eſt,ſi eſ-
325 ſet præſumptio iuris & de iure : nam
quando ius præſumit & ſtatuit,tunc
dicitur manifeſta probatio, vt in.l.
ſi.ij qui adulterij.C.de adulte. cap.ſu
per eo. c. accuſatus.de hæret. libr. 6.
c.ad abolendam.§. illos quoque.eo.
titu. in antiquis. glo. not. vbi Barto.
in.l.fina.ff.de eo quod met.cauſ.glo.
in.l.ſiue poſsidetis.C.de probat.glo.
in.c.is qui fidem de ſponſal. glo.in.c.
ferrum. 50. diſtinct. cum alijs relatis
per Hippo.in dict.rub. C.de probat.
nu.72.cum ſequen.
326 ¶Me latet profectò quonam pa-
cto contrarium in caſu noſtro poſsit
probari contra iſtam iuris præſum-
ptionem. Nam animus, voluntas &
credulitas à ſolo Deo cognoſcũtur,
& ſunt quid inuiſibile. c.nũquid.de
pœni. diſtin. 1. & per teſtes minimè
probari poteſt, vt inquit Inno. in. c.
ſuper hoc.de renũ.& glo.in.l.2. ff.de
interrog.action.Hippol.in.l.1.§.Di-
uus Adrianus.nu. 36.ff.ad.l. Cornel.
de ſicar. & in.l. 1.nume.28.C.eo.ne-
327 que per proprium iuramẽtum, cùm
ſit præſumptio iuris contra iuramen
tũ in præſenti caſu.glo. ſing.in verb.
non probatur.in fine.in.c.propoſui-
ſti. 82. diſt. Bart. in.l.inter omnes.§.
rectè.ff.de furt.& in.l.1.nume.15. ff.
ſi cert.petat.& in.l.quemadmodum.
col.1.de agric.& cenſit.lib.11.C.Iaſ.
in.l.is poteſt. num. 62. ff. de acquir.
hæred. melius in.§.iſtæ quidem.nu-
me.92.inſtit.de action.Felin. in.c.ſi-
gnificaſti. 1. de hom.& in.c. Inquiſi-
tionis.§.2. de accuſ. Alciat. de præ-
ſump.regu.3.præſump. 16.nume.2.
optimè Decius in. c. ad hæc.nu.6.de
poſt. prælat.Ita limitanda & intelli-
328 gẽda eſt vulgata iuris regula. Quod
ea quæ in animo & intellectu conſi-
ſtunt proprio iuramento proban-
tur. iuxta glo. in dict. §.ſed iſte qui-
dem cum alijs plenius à me ſupra.nu
me.213.relatis.niſi in delictis, in qui
bus malus animus, & dolus ſemper
præſumitur.l.ſi non conuitij. C.de
iniur.cap.1.vbi Felin.nu. 16.de præ-
ſump.& Bald.in.l.vnica circa finem.
329 C.de confeſſ.inquit.Quod in dubio
in delictis ineſt dolus. idem refert
Iaſ. in.§. ex maleficijs. numero.71.
inſtitu. de action. Felin.& Decius in
cap. ſin autem. colum. 1.&.2.de re-
ſcrip.vbi regulam cum.12.fallentijs
reſcripſere.
330 ¶Non tamen inficior accuſatum
de improbis obſeruationibus & cæ-
remonijs, per veriſimiles coniectu-
ras & præſumptiones animum ſuum
eſſe bonum probare poſſe per glo.
not.in verb.animo in.l. 1.C.de ſicar.
quam ſing. eſſe affirmat Roman. in
l. in illa ſtipulatione. nume.41. ff.de
verb.oblig.& Iaſ.in.§.ſed iſtæ quidẽ.
nu 90.inſtit.de action. & ſecundum
illam glo. iudicauit Cæpola. conſi.2.
in fine. & Thom. Gram.conſil.68.&
331 alij relati ſupra.nume.136. Animus
enim & voluntas per indicia,& præ-
ſumptiones probantur. l. dolum.C.
de dolo.Barto.in extrauagan. ad re-
primendum. verb.denuntiationem
quomodo.



quomod.in crimi.læſ.maieſt.proce-
dat.Felin.in.c.ſignificaſti.1.de hom.
Hippol. in rub. C. de probat.nume.
123.Thom.Gram.conſi. 31.in cauſa
magnifici.num.3.& in. d.conſ.68.in
cauſa Petri.in prin.vt puta quòd pro
pter infirmitatem, in die non come
332 debat vſque ad noctem, vel propter
aliam rationabilẽ cauſam. Vna verò
præſumptio tollitur per aliam , &
vnum indicium per aliud, & vna cõ
iectura per aliam , & vna probatio
per aliam fortiorem.l. licet impera
tor . ff.de leg.1.l. diuus . ff. de in in-
teg.reſtitut.cap.auditis.de crim. fal.
cap.tuam.vbi glo.de ſponſal. glo. fi.
in.cap. tranſmiſſæ qui fil. ſint legit.
Bal.in.l.fin.C.de hæred . inſtit. num.
1.&.20.Alex. conſil. 103. videtur in
fin.1 . vol. Hippol.in . l. 1. ff.diuus
Adrianus.num.28. ff. de ſicar . & in.
l.1.num.50.C. eod.pulchrè Thom.
Gram. vot. 3. in cauſa inquiſitionis.
num. 12.cum ſequen . plenè Tira-
quel.in.l.ſi vnquam. verb . donatio-
ne largitus.nu. 156 . C. de reuoc.do-
nat. Et ideo pluribus rationibus &
fundamentis id concludit Hippol.
in pract.crim.§.diligẽter . num. 190.
333 quem ſequitur Nicol . Boer . deciſ.
165. Et dicendum eſt.num.9.dicẽs;
quod quando ſunt aliqua indicia cõ
tra reum ad torturam , & aliqua pro
reo , & in eius fauorem , reus non
eſt torquẽdus, ſed abſoluẽdus, Quod
eſt nimis ſingulare ac paſsim in actu
practico verſatur.
334 ¶Vnde merito inquit Bal. in. l. ſi-
ue poſsidetis . in fine. C. de probat.
quòd ſimilitudo maior tollit mino-
rem, Id etiam refert. Iaſ.in.l. 1.nu.31
ff.de vul.& pupil.& in.l.ſi extraneus.
num.6.&.31.ff. de cond. cauſ.dat.
cauſ.nõ ſequut.Latè Hipp.in practi.
335 crim.§.diligẽter.vbi.nu.196.inquit.
quòd præſumptio delicti tollitur ex
præſumptione bonæ vitæ vt nõ tor-
queatur, & ad id allegat plures . dd.
allegationes, Nouiſsimè id etiam ſe-
quitur Thom. Gram. conſi. 38. for-
mata Inquiſitione. nu. 17. Nã quod-
libet indiciũ , vel præſumptio vt iu-
uet , vel noceat eſt probandum per
duos teſtes . & ſi vnus teſtis deponit
336 de vno indicio,& alius teſtis de alio,
non propter hoc probatur indiciũ.
gloſ.eſt ſing.ſecundum Bart.ibi.in.l.
fin.in verb.vel indicijs. C. fam . her-
ciſ. Quam pro notab . refert idem
Bart.in.l.fin.num.7.ff. de quæſt. Bal.
in.l.ſiquis ex argentarijs.§.1.num.4.
ff.de edendo . Angel . in. l. 3. C. ad.l.
iul.maieſ.& in.l.fi.ff.quod met.cauſ.
Paul.Caſ.& Io.de Imol. in.l.cum pro
ponebatur.ff.de leg.2. Iaſ.in.l.admo
nendi.lec.2.num. 253. ff. de iur. iu-
ran.Hippol.in.l.1.§. idem Cornelio
in prin.& in.l.de minore.§.plurimũ.
nu.9.&.in.l.vnius.§.teſtes.num.1.&
in.l.fi.num.6.ff.de quæſt. & in.conſ.
59.nu.6.& conſi.84.num.9. Anton.
Gom.lib.3.reſol. cap. 13.nume.18.
Alber.in rub. de hæret.in.6.q.13.nu.
18.& de agnoſ.aſſer.q.25.nu.19.
337 ¶Illæ autem præſumptiones ſunt
fortiores, quæ fuerint veriſimiliores.
Bald.in.l.fin.in princ.&.nu.20.C.de
hæred.inſtit. Præſumptio enim ni-
hil aliud eſt, quàm quædam ratioci-
natio de re veriſimili, vt Bald. verbis
vtar in rub. in princ. de præſump.
Quem ſequitur Alciat.de præſump.
in introitu par.3. in princ. Iac. Sep.
in Enchir.titu. 40. num. 15.& idem
338 Bald. in rub.C.de probat.inquit.Præ
ſumptio eſt animi applicatio ad ve-
riſimile.Ideo id quod non eſt veriſi-
mile, eſt quædã falſitatis imago. Bal.
in.l. 2 . C. de ſicar. & in.l. 1. C.de ſer.
fugit.& in . capi.quia veriſimile . de
præſump. Tiraquel . in .l. ſi vnquã.
in princip.num. 37. cum ſequentib.

339 C.de reuoc.don.& Alciat.vbi ſupra.
Nã experimẽtũ veri ſermonis eſt,cõ
cordare cum rebus ſenſatis . l. ſi ita
quis, ibi, quòd nemo ſanus dixerit.
ff. de euict.l. non eſt veriſimile. ff.
quod met.cauſ. Veriſimile enim idẽ
340 eſt,quod credibile, & è conuerſo . l.
miles.C.de quæſt.l.athletas . in prin.
ff.de his qui not.infam. cap. inſpici-
mus.de regu.iu.li.6.Plenè Tiraquel.
in.d.l.ſi vnquã.in prin.num.60. & in
341 verb.abſque liberis.nu. 13.

¶Superiùs dicta intelligẽda eſſe
censeo,niſi prę́ſumptio contra accu
ſatum eſſet in ſpecie,quæ fortior eſt
præſumptione in eius fauorem in
genere. Præſumptio enim cõtraria
342 in ſpecie tollit præſumptionem fa-
uorabilẽ in genere.ita Bal. in. l. ſiue
poſsidetis.in prin.oppoſ.vlt.C.depro
ba.allegando.l. cùm de indebito . ff.
eo.vbi nu.4.inquit. quòd quædam
343 eſt præſumptio,quæ dicitur temera
ria,quæ ratione caret, & iſta non di-
citur propriè præſumptio, cùm nul-
lum habeat effectũ, & proinde nec
nomen meretur habere.de qua in.l.
344 non eſt veriſimile.ff.quod met.cauſ.
Alia eſt etiam præſumptio probabi-
lis,quæ aliqua ratione munitur , &
de hac præſumptione eſt noſtra con
trouerſia,& iſta eſt propriè præſum-
345 ptio ; alia verò eſt præſumptio violẽ
ta,quæ eſt efficax ad condemnatio-
nem.de qua in.c.afferte. & in.c.lite-
ris.de præſump.&.in.l. ſi ij qui adul-
terij.C.de adult.

346 ¶Ad dictum Bal.in. d. l. ſiue poſsi
detis.addendum eſt notabile dictũ
Inno.in.cap.auditis . nu. 4 . de præſ-
crip.& in.c.inquiſitiõis.& in. c. cùm
oporteat.de accuſa. dicentis, quòd
maior fides adhibetur duobus teſti-
347 bus deponentibus in ſpecie , quàm
pluribus deponentibus in genere.
Quã opinionem ſequitur Nicol. de
Neap.in . l. turpia legata. in prin. ff.
de leg. 1 .Alex.conſi.77.videndũ eſt.
nu.9.vol.1.& cõſi . 148. excellentiſsi
mæ dominæ.nu.4.volu.2.Rom. con
ſil.167.Antonius accuſatus. in fine.
Hipp. in.l.de minore.§. plurimum.
nu.62.ff.de quæſt.& in . d.§.diligen-
ter.nu.199.Palat.Rub. in allega.hæ-
reſis.§.7.Nicol.Boer. deciſ.23.Chri-
ſti benedicti.nu.45.dicẽs id eſſe ve-
rũ,etiã ſi ſint mille teſtes deponen-
tes in genere, allegando Alberic.in.
d.l.turpia legata.

348 ¶Ex qua concluſione optimè de
ducitur cõuicto,vel ſuſpecto de hæ-
reſi, qui dixiſſe conuincitur Rom.
Pont.indulgẽtias, iubilea,vel Bullas
nullas eſſe,vel rem diuinam,aut con
feſsionem vocalem non eſſe neceſ-
ſariam,nihil omnino probationẽ bo
næ vitæ & orthodoxæ Fidei,bonę fa
349 mæ, & morũ ſuffragari. Et teſtes de
ponentes de mala fama, alicuius vi-
delicet de certo homicidio, vel fur-
to præferri debere deponentibus
de bona fama in genere, vt cõcludit
Rom.in.d.conſil.167. & Hippol. in.
350 d.§.diligẽter.nu.197.Probatio enim
bonæ opinionis & famæ ; in genere
parum aut nihil probanti prodeſt.
Cũ nullus adeò improbus homo ſit
etiã ſi ſit diabolus( vt humano more
loquar)qui nõ inueniſſet teſtes dicẽ
tes eſſe bonæ opinionis & famæ.

351 ¶Imo deteriores ſunt hæretici
bonæ vitæ & opinionis,eis qui malæ
ſunt vitæ . Quia in iſtis ſic ſimulatis
per bonam vitã & opinionẽ, plus in
doctrina ſua apparet ſanctitatis au-
toritas, & ſic ipſi catholicorum vi-
tas ſua conuerſatione maculant,
quàm qui vitæ peſsimæ ſunt. Nã illi
non ita facile homines ad falſam do
ctrinam ſolicitãt,vt inquit Origen.
in Ezechiel.hom.7. & refert Conra.
Brun.de hæret.lib.1.cap.7. Ia.Sep.in
Enchir.



352 Enchir.titul.3.nume.3.& omnes hæ
retici hypocritæ ſunt , qui aliud a-
353 gunt,& aliud ſimulant.Sunt eñ cal-
lidi & ſe eſſe Chriſtianos,& nobis cõ
ſentire fingunt,pacem & amicitiam
ſimulantes,blanda & bona verba dã
tes, mel quidem in ore, fel autem in
pectore geſtant,& ſunt acerrimi Ec-
cleſiæ hoſtes,& in via Cain, ac in cõ-
tradictione Core exiſtunt. vt nu. c.
16.& explicat Conra.Brun.de hære.
354 lib.1.c.9.&.10.Multò enim nequior
eſt hoſtis occultus, quàm publicus,
& nulla maior peſtis eſt,quàm fami-
liaris inimicus,& nullum odium gra
355 uius,quàm ſimulatus amor.c. etſi Iu
dæos. de Iudæis. c. ſi inimicus.94.di-
ſtin. c. certe. 12. quæſt. 2. c.non om-
nis.5.quæſt.5.

356 ¶Præterea noſtra principalis aſ-
ſertio,quòd ex prauis cæremonijs &
ritibus exterioribus malus animus
& praua intentio præſumatur,ſequẽ
357 ti comprobatur ratione. In his quæ
ſunt de genere prohibitorum,dolus
& malus delinquendi animus à iure
præſumitur. Sed ritus obſeruationis
& cæremoniæ Iudæorum & hæreti-
corum, ſunt de genere prohibitorũ,
rectè igitur ſequitur in earum obſer
uatione prauam intẽtionem,& cre-
dulitatem ineſſe. Maior propoſitio
probatur per text. in. l. 1.C.de ſicar.
&. l.vni. C.de famoſ.libel.l.ſi non cõ
uitij.vbi glo. C.de iniur.l. 1. §.cùm a-
rietes. ff.ſi quad.paup.feciſ.dica.c.1.
de præſump. Minorem probat text.
in.c.filij, vel hæredes.c.contra Chri-
ſtianos,de hæret.libr.6.c.fin.30.diſt.
conſequentia verò per ſe nota eſt.

358 ¶Id proculdubio intelligendum
eſt,quando ille actus eſt interdictus,
& de genere, vt dictum eſt, prohibi-
359 torum. Secus eſt ſi fuerit indifferens
qui pariter ad bonum & malum in-
differenter ſe habere poteſt,quo ca-
ſu delictum minimè præſumendum
eſt,ſed facta,ſeu verba dubia, vel am
bigua in partem meliorem interpre
tari tenemur.l. vulgata merito. ff.
pro ſocio. vbi re communi vtens, a-
ctione furti non tenetur.l. interpre-
tatione. ff. de pœn.c.vni.de ſcrut.in
ord.facien. c . eſtote. de regul.iur.in
antiq.c.cum dilecti.de accuſat. c.du
dum. de prę́ſump.Bald.in.l.1.nu.13.
C. de ſer. fug. Bart. in.l.non ſolum.§.
ſed vt probari poſsit.num.4. ff.de no
360 ui op. nun. Nam in criminibus pro-
bationes non dubiæ, ſed luce meri-
diana clariores ſunt neceſſarię.l.fin.
C.de probat.l.addictos.C.de Epiſco.
aud.l.qui ſententiam. C.de pœn.c.li
teras. de præſump. c.ſciant cuncti.2.
q.8.c. Epiphanium.5.q.fin. Oportet
enim probationem eſſe neceſſario
concludentem , & non de contingẽ
361 ti. Probatio autem,quæ procedit ex
fallibili,non eſt bona:ex eo quòd nõ
eſt efficax, vel neceſſaria iuxta illud
vulgatum; nõ probat hoc eſſe,quod
362 ab hoc contingit abeſſe.l. neque na-
tales. C. de probat. l. non hoc. C.vn-
de legit. c.in præſentia. de probat.c.
363 cum tu.de teſtib.Probatio verò non
concludens ; non dicitur probatio,
neque nomen probationis habere
meretur , & nõ facit rem dubiam de
iure,vel de facto.l.matrem. vbi Bald.
in prin.C.de probat.idem in.l.2.in fi
ne. C. de bon.poſſeſ.ſecũ.tab.refert
Iaſ. in. d. l. nam hoc.nu.3. &.6. quòd
364 actor qui non probat clarè & apertè
intentionem ſuam ſuccumbit.l.1.&
l.matrem.&.l.ad probationem.2.C.
de probat.c.auditis.de præſcrip.

365 ¶Ideo meritò voluit gloſ.ſing.in
verb. dubium. in. c. in præſentia. de
probat. quòd dubia probatio ſem-
per interpretetur contra producen
tem probationem , quam pro nota-
bili refert Bal.in.l.quotiens. §.ſi quis.

ita. ff. de hæred. inſtit. Bart. in. l. inter
ſtipulantem. §. 1. in fine. ff. de verbo.
obligat. & in. l. ſi quis intentione am
bigua. ff. de iud. Iaſ. in. d. l. nõ hoc. nu.
4. Hippol. in rub. C. de probat. num.
350. & in ſing. 267. incip. dubia pro-
batio. Abb. in. d. c. auditis. num. 4. De
cius. conſi. 531. incip. accuratè. nu. 5.
366 ¶Ex proximè dictis liquidò con-
ſtat, verba dubia, vel ambigua, alicu-
ius propoſitionis, habẽtia duplicem
ſenſum, Catholicum videlicet, & hę
reticum, potius in Catholico, quàm
hæretico ſenſu eſſe intelligenda. Ve
luti ſi quis dixerit, Deus nõ facit ma-
la, intelligendo de malo culpæ, eſt
Catholica, & de malo pœnæ eſt hæ-
retica. Vel dixerit, vt pluries vidi-
mus, Lutheranos eſſe nobiliores, (id
eſt ſecundum ſenſum Catholicum)
proceres & nobiles in Gallia po-
tiùs quàm plebeios eſſe Lutheranos,
nõ eſt hæretica. Si verò intelligatur
de nobilitate virtutum & morũ, eſt
ſuſpecta, ſi de nobilitate religionis,
hæretica cenſetur. Prædictam regu-
lam ſcripſit Innocentius in. c. dudũ.
2. de elect. Bart. in. l. non ſolùm. §. ſed
vt probari poſsit. nume. 4. ff. de noui
op. nun. & in. l. inter ſtipulantem. §.
1. ff. de verborum obliga. Bald. in. l. 1.
nume. 13. C. de ſeru. fugiti. & in. l. 1.
in fine. C. de verbo. ſigni. Iaſ. in. l. di-
uortio. nu. 15. ff. ſolu. mat. & in. l. ca-
ptatorias. nu. 12. C. de mil. teſt. & in
d. l. non hoc. num. 4. Felin. in rub. de
præſumpt. nu. 16. Decius in. c. in præ-
ſentia. nume. 14. de probat. Alexan.
conſi. 15. viſo proceſſu. num. 7. vol. 3.
Thom. Gram. voto. 10. Cæleſtis cu-
riæ. num. 31. Hippol. in rub. de fide-
iuſ. ff. nume. 55. & 59. & conſi. 2. ap-
poſita animaduerſione. nu. 2. & con
ſil. 104. circa Inquiſitionem. num. 28
Carre. in pract. cri. §. circa ſecũdum.
fol. 143. nu. 33.

367 ¶Id in ſpecie in crimine hæreſis
tenuit ſingulariter Albert. de agnoſ.
aſſer. q. 7. per totam quæſtio. & q. 24.
num. 48. & q. 29. nu. 19. & q. 8. num.
11. & q. 25. nu. 17. & q. 33. nu. 23. & in
rubr. de hæret. q. 13. num. 19. & in. d.
q. 7. poſt. longam diſputationẽ con-
368 cludit, quòd cum hoc delictum ſit
mentale. glo. in cap. cogitationis. de
pœnit. diſtin. 1. Bal. in. l. ſi quis non di
cam rapere. nu. 1. & 9. C. de Epiſco. &
369 cler. verba dubia iuxta loquentis ſen
ſum, & intentionem eſſe intelligen-
da. vt inquit iure conſul. in. l. in am-
biguis. ff. de reg. iur. in ambiguis ora-
tionibus maximè ſententia ſpectan
da eſt, eius qui eas protuliſſet.
370 ¶Prædictorum ratio eſt iuxta di-
ctum Boetij, quod multipliciter in-
telligitur eius veritas ignorat: quod
dictum Boetij refert Bald. in. l. te-
ſtium. nu. 10. C. de teſtib. & in. l. ſcire
leges. nume. 3. ff. de legib. & in. l. nec
371 quicquam. §. vbi decretum. ff. de of-
fic. proconſ. & legati. Bart. in. l. in am
biguo. ff. de reb. dubijs: ob id lex, vel
canon, qui habet plures intellectus
ad deciſionem cauſarum non mere-
tur allegari: vt inquit Barto. in. d. l. in
ambiguo. & in. l. cum prolatis per
tex. ibi. ff. de re iud. Bald. in. l. 2. num.
5. C. quan. prouoc. non eſt neceſſ. Iaſ.
in. l. captatorias. in fine. C. de teſta-
men. milib. & in. l. admonendi. in le-
ctura. num. 86. ff. de iur. iuran. Deci⁹
in. l. quotiens idem ſermo. num. 4. ff.
de reg. iur. text. in. l. benignius. ff. de
legib. l. ſemper in obſcuris. ff. de reg.
iur. c. cum dilecti. de accuſat. ibi, quæ
ad bonum & malum valeant retor-
372 queri. Id etiam probat iuris regula,
quæ diſponit iura promptiora eſſe
ad abſoluendum, quàm ad condem-
nandum. l. abſentem. l. reſpiciendũ.
ff. de pœn. l. Arrianus. ff. de action. &
obligat. cap. ex literis. de probat. ca.
inter



inter dilectos. in fine. de fide. inſtru.
373 Quod ſane intelligendum eſt ad ple
nam delicti probationem, ſecus ta-
men quo ad præſumptionem, vt tor
queatur, præſertim ſi eſt perſona ſu-
374 ſpecta. Nam in dubio præſumẽdum
eſt pro hæreſi, atque ſi nimis vrgent
indicia, iſte talis torquẽdus eſt, cum
de eius animę ſalute agatur, vt in tor
tura confiteatur & reconcilietur, ac
pœnitentia ei iniungatur, ſi paratus
ſit corrigi, vt ſpiritus eius ſaluus fiat,
teſte Diuo Paulo Apoſtolo. ita Card.
Ioan. de Imo. in Clem. 1. §. verum. de
hæret. Pet. de Anchar. conſil. 179. in
375 fine. dicens. l. merito. ff. pro ſocio nõ
habere locum, vbi agitur de ſalute
animarum. Decius in. c. in pręſentia.
num. 5. de probat. Albert. de agnoſ.
aſſer. q. 33. num. 21. cum ſequen. vbi
alia circa hoc notatu digna refert.
376 ¶Quamobrem diebus retro ela-
pſis auſus ſum affirmare non eſſe de
hęreſi ſuſpectum, qui volens ſacram
Miſſam in quadam Eccleſia audire,
& ad eam acceſsiſſet, & ſacram Miſ-
ſam celebrari non inueniſſet, quia ſe
ro erat, & dixiſſe fertur hæc verba, ſo
la fides ſufficit. Quia non cẽſetur di-
xiſſe ſolam fidem ſine operibus ſuffi
377 cere, quod eſſet hæreticũ. Verba du-
bia vel prægnantia, in dubio intelli-
genda ſunt ſecũdum ſubiectam ma-
teriam, de qua agitur etiam ſi impro
prientur. l. ſi vno anno. ff. locati. vbi
verbum, donatio, interpretatur pro
tranſactione ſecundum ſubiectam
materiã. l. ſi ex legati cauſa. ff. de ver-
bo. obliga. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſur. l.
damni infecti ſtipulatio. in princi. ff.
de dam. infecto. Bart. in. l. omnes po-
puli. num. 58. ff. de iuſt. & iur. Bald. in
rub. C. de contr. empt. q. 9. Iaſ. in. l. is
qui putat in fin. ff. de acqui. hæred. &
in. l. cum quis. nu. 6. C. de iur. fac. ign.
Abb. in. c. exhibita not. 2. de iudic.
Decius in. d. l. quotiens idem ſermo.
Hippo. in rub. C. de probat. nu. 13. &
in ſing. 510. incip. verba in dubio. Pa
la. Rub. in rub. de dona. inter virum
& vxo. §. 7.
378 ¶Illud verò inprimis quòd in ne-
gotijs ſancti officij Inquiſitionis hæ-
reticæ prauitatis paſsim cõtingit mi
nimè omittendum eſt: quòd in ex-
379 ponendis propoſitionum verbis at-
tendenda ſit loquentium qualitas &
conditio, vt ſi verba ſunt prolata ab
homine ruſtico & groſsi (vt ita dicã)
ingenij groſſo modo, & citra dolum
& malam credulitatem, ſi verò ab ho
mine docto & ſubtilis ingenij ſubti-
li modo, quia tunc nõ ſine dolo ſunt
intelligẽda. l. quod ſi nepos. vbi glo.
1. ibi, talis dicendi modus non cadit
in idiotam. ff. de teſtamen. tutel. l. ſi
quis id quod. ibi, per imperitiam, vel
ruſticitatem. ff. de iur. om. iud. l. fi. C.
de teſtam. ibi, neceſſarium duximus
ſimplicitati ſubuenire. cap. ſolitæ. in
prin. ibi, perſonam loquentis. de ma
ior. & obed. cap. paſtoralis. de donat.
ibi ſimplicitate verborum. ca. ad au-
dientiam. de appellat. ibi ex ſimplici
tate fortè verborum. l. ferè in omni-
bus. ff. de regul. iur. Iaſ. in Authen. in
greſsi. num. 35. C. de ſacroſanct. Eccl.
Roma. conſi. 4. ſecundum ſentẽtiam
periti. poſt prin. Alexan. conſi. 43. vi-
ſis meritis. in fi. vol. 4. optimè Alber.
de agnoſ. aſſer. q. 7. nu. 24. Decius in
d. l. quotiens idem ſermo. nu. 3. Co-
uarru. in. 4. decretal. par. 2. c. 4. §. 1. in
prin. Pala. Rub. optimè in alleg. hære
ſis. in fauorem illius ruſtici Roderici
de Carrion. allegando illud dictum
ſing. Inno. in. c. 1. num. 4. de ſum. Tri
ni. & fide Catholi. quod ſatis abunde
ſuperius. nume. 64. cum ſequen. exa
minauimus.
380 ¶Sed ſecundum communẽ vſum
loquendi, verba ſunt intelligenda
qui

qui communis vſus, plerunque pro-
prio ſignificato derogat. l. cum de la
381 nionis. §. aſinam molendinariam. ff.
de fun. inſtruct. quia multoties dum
proprietas verborum attẽditur, ſen-
ſus veritatis amittitur. c. intelligen-
tia. c. præterea. de verbo. ſigni. c. Mar
chion. 1. q. 1. l. labeo. ff. de ſupel. leg.
glo. not. in. l. librorum. §. quod tamẽ
Caſsius. ff. de legat. 3. c. ex literis. 1. de
382 ſponſ. Regulariter verò à propria ſi-
gnificatione non eſt recedendum. l.
non aliter. ff. de leg. 3. l. ſi quis ſtipula
tus ſit. ff. de verbo. obligat. l. diligen-
ter. ff. mand. c. cũ dilecta. de reſcript.
c. ad audientiam, de decim. c. porrò.
de priuil. De hac re, regulam & ſe-
ptem fallentias ſcripſit Iaſ. in. l. non
dubium. num. 41. cum ſequen. C. de
legib. & Socin. reg. 536. verborum
proprietas. & Ber. de Luco. reg. 639.
recedere.

383 Prouidi enim & circunſpecti hæ-
reticæ prauitatis Inquiſitores, atque
ſacræ Theologiæ profeſſores in qua
lificandis propoſitionum verbis, per
ſonarum qualitates, modum, & oc-
caſionem loquendi, an aſſertiuè, vel
interrogatiuè, vel narratiuè, natio-
nem, & patriam, vbi pullulant hære-
ſes, vt in Anglia, Gallia, & Germania.
l. quod ſi nolit. §. qui mancipia. ff. de
ædil. edi ca. excommunicamus. 1. §.
qui autem. de hæret. c. ſi gens Anglo
rum. 56. diſtin. & omnes alias circun
ſtantias plurimum conſiderare de-
bent. l. aut facta. ff. de pœn. c. ſicut di
gnum. in princi. de hom. c. cum cau-
ſam. 1. de teſtib.

384 ¶In exponendis verò verbis du-
bijs agnoſcendiſq; factis, vel Catho-
licis dictis, aut ſuſpectis, vel hereticis
periti ſacræ Theologiæ profeſſores
ſunt vocandi, qui vulgo Qualificato
res nuncupantur, quorum aſſertio-
nibus omnimodam Inquiſitores ad
hibeant fidem. l. ſeptimo menſe, vbi
Bald. ff. de ſtat. homi. l. 1. in prin. ff. de
vent. inſpi. l. ſemel. C. de re milit. lib.
12. c. cauſam matrimonij. c. propo-
ſuiſti. de probat. c. fraternitatis. ca. fi.
de fri. & malefi. cap. ſignificaſti. 2. de
385 hom. Nam quilibet experto & peri-
to in arte ſua credendum eſt. Bart. in
procœm. ff. vet. §. 1. num. 8. plenè An-
ge. in. l. ſi vacantia. C. de bon. vacan.
lib. 10. Iaſ. in rep. l. admonendi. num.
195. cum ſequen. ff. de iur. iuran. Al-
bert. in. c. 1. q. 10. nume. 17. de hære.
libr. 6. & melius de agnoſ. aſſer. q. 10.
per totam. Archiep. Flor. 3. par. ſum.
tit. 5. c. 2. §. 2. Vnde Bart. in. l. poſside-
ri. num. 6. ff. de acquir. poſſeſ. & in. l.
inter ſtipulantem. §. ſacrã. ff. de ver-
bo. obliga. quæſtionem de Baptiſmo
ad Theologos, & Canoniſtas remit-
tit. Ideo affirmat Domin. c. ſtatutũ.
num. 13. de reſcript. lib. 6. allegando
386 ibi Lapum. Quod ſi cauſa eſt merè
canonica & ſpiritualis, & aſſeſſor eſt
merè legiſta: poterit vt ſuſpectus re-
cuſari. Id etiam ſequitur Decius in
c. ſciſcitatus. num. 13. de reſcrip. Pal.
Rub. in præfatiõ. ad rubr. de dona. in
ter vir. & vxor. nu. 4. Alber. de agnoſ.
aſſer. q. 10. nu. 3. In materia teſtamẽ-
torum, contractuum, ac donationũ,
in qua parum, aut nihil iura canoni-
ca ſtatuerunt ad legiſtas, potiùs quã
ad Canoniſtas recurrendum eſt, & è
contra in cauſis vſurarum, decima-
rum, matrimoniorum atque benefi
ciorum ad Canoniſtas, potiùs quàm
ad Legiſtas recurrendum eſt. Nõ ta-
men propter hoc pudeat Canoniſtã
conſulere Legiſtam in materia lega-
li, neque Legiſtam Canoniſtã in ma
teria Canonica. Ita inquit Anton. in
c. Clerici. de Iudic. & in rub. de pre-
car. vbi Barbat. Alex. in. l. ſi prius in fi.
ff. de noui op. nun. & Palat. Rub. vbi
387 ſupra. num. 2. Et ſicut ex Philoſophia
& Medi-



& Medicina fit perfectus Medicus,
ita ex ſcientia iuris Canonici, & Ciui
lis efficitur perfectus Iuriſconſultus.
Bal. in. c. cum cauſam. num. 2. de pro
388 bat. Nam iuris Canonici ſanctitas Iu
ris ciuilis ſubtilitate decoratur, & Iu
ris ciuilis maieſtas Canonum autho
ritate firmatur. Verba ſunt Bald. in
procœm. ſuo ſuper Decret. nu. 2.

389 ¶Hinc eſt quod ſcripſit Hoſtien.
in. c. 1. vbi optimè Abb. nu. 9. de con
ſangui. & affini. Quòd in locis, in qui
bus pullulant hæreſes, Theologi ad
Epiſcopatus præferendi ſunt, ſin au-
tem cauſarum iurgia, & lites verſan-
tur (vt in Hiſpania) Iuris Canonici
profeſſores Theologos præcedant,
vt optimè Decius in. c. clerici. num.
7. de Iudic. Albert. in. d. q. 10. nume.
390 14. Ad ſcientiam enim Theologicã
pertinet interpretatio iuris diuini,
& ita eſt alijs ſcientijs nobilior, nam
quælibet ſcientia dicitur nobilior,
quanto ipſius ſubiectum eſt nobiliꝰ,
& ita Theologiæ ſubiectum eſt co-
gnitio Dei, obiectũ verò ciuilis ſcien
tiæ eſt bonum ciuile, & ſic ſupponi-
tur Ethicæ, id eſt morali ſcientiæ, &
Politicæ, & œconomicæ. l. 1. C. de ſe
cun. nup. ibi, legibus noſtris mores
corrigere intendimus. c. 14. diſt. ibi,
hoc verborum tenore factæ ſunt le-
ges, vt earũ metu humana coercea-
tur audacia. Ob id pœnæ dicuntur
391 medicinales, vt homo malus, bonus
efficiatur. l. 1. in princi. ff. de iuſt. &
iur. l. vni. C. de emen. propinq. ca. vt
clericorum. de vita & hone. cler. c. 1.
392 de ſenten. excommu. lib. 6. ad hoc tẽ
dunt leges & hoc volunt, incolumẽ
eſſe ciuium coniunctionem ait Ci-
cero libr. 3. offic. Authen. vt iud. ſine
quoquo ſuffrag. in princ. coll. 2. vbi.
Imp. inquit, noctes ducimus inſom-
nes, vt ſubditi in pace, & tranquilli-
tate viuant.

393 ¶Obiectum verò iuris Canonici
eſt quoddam mixtum ex ſcientia le-
gali, & Theologica, vt patet in pro-
œm. decretal. ibi, appetitus noxius
ſub iuris regula limitetur. & text. in
c. qualiter, & quando. 2. de accuſat.
ibi, ex authoritatibus noui & vete-
ris teſtamenti, ex quibus poſtea pro-
394 ceſſerũt canonicæ ſanctiones. c. per
venerabilem. qui fil. ſint legit. ca. vt
noſtrum. de appell. cap. vni. vt eccle.
395 ben. ſine dim. confer. Hanc igitur o-
pinionem, quod ad Theologos perti
neat diſcutere, an propoſitiones ſint
hæreticæ, vel Catholicę nõnullis fun
damentis affirmat Ocham, in dialo-
go. 1. & Ioan. Gerſon. in quadam ora-
tione recommendatitia. par. 2. qui-
bus accedat quod ſcripſit Anchar. in
ſua diſp. incip. in antiquis & moder-
nis temporibus, quam opinionẽ re-
fert etiam Alex. conſi. 1. circa primũ
dubium. nume. 36. vol. 2. vbi inquit,
quòd magiſtri ſacræ Theologiæ in
396 dubijs, quę occurrunt ſuper decimis
& teſtamentis, communiter errant.
Decius conſi. 111. pro tenui faculta-
te. 2. col. iuxta illud prouerbium an-
397 tiquum, ne vltra crepidam ſutor. l. il-
licitas. §. ſicuti. ff. de off. præſi. l. item
quæritur. §. ſi gemina. ff. ad. l. aquil. l.
culpa eſt. ff. de regu. iur. & tractent
398 fabrilia fabri. l. 1. ff. quod quis iur. l.
doli mali. §. fi. ff. de donat. c. tua nos.
de hom. ca. non eſt ſine culpa. de re-
gu. iur. lib. 6.

399 ¶Verùm vt radicitus ſuperiùs di-
cta intelligantur, diſtinguendũ eſſe
arbitror (dicente Philoſopho) in lib.
8. Metaphyſic. qui diſtinguit proxi-
mus eſt veritati, & qui neſcit diſtin-
guere omne diſputationis genus
400 prorſus ignorat. Videlicet ſi in du-
bium vertitur aliquam aſſertionem
eſſe expreſsè damnatam vt hæreti-
cam, huiuſmodi cognitio ad iuris
Canoni-

Canonici peritos pertinet, quia hæ-
reſes damnatæ, in Decretalibus ſex-
to, & Clementinis, extrauagãtibus,
& Concilijs generalibus reperiũtur.
vt patet in.c. quidam autem hæreti-
401 ci.24.q.3. Sin autem expreſsè deciſa
non eſt huiuſmodi aſſertio, tunc ad
ſacræ paginæ profeſſores, vt ſuperi⁹
402 dictũ eſt, pertinet. Sed de vſu & con
ſuetudine iam diu recepta indiſtin-
ctè & abſolutè cuiuſuis propoſitio-
nis declaratio ad Theologos attinet
& ſpectat: & ab eorum aſſertionibus
in cauſis fidei iudicandis minimè eſt
recedendum: vt in inſtruct. de Ma-
drid.anno.1561.cap.1. Quod etiam
per prudentiſsimos conſiliarios ſu-
premi conſilij generalis Inquiſitio-
nis plenius decretum eſt.
403 ¶Proprium verò Inquiſitorũ hæ-
reticæ prauitatis munus & officium
eſt, ordinem iudiciarium contra hę-
reticos præſentes & abſentes ſerua-
re in eorum capturis, accuſationib⁹,
teſtiumq́; publicationibus, & in ſen-
tentijs tam diffinitiuis, quàm inter-
locutorijs, cum conſilio iuris perito-
rum, qui Conſultores vocantur. De
his omnibus ſacræ paginæ profeſſo-
res ſunt penitus ignari. Et ideo Ar-
chid. Ioan. Andr. & Domin.in.c.vt
commiſsi.§.aduocandi.de hære. lib.
6.exponendo verba illius.§.aduocã-
di quoque peritos quoſlibet, vt vo-
404 bis aſsiſtant, & in ferendis ſententijs
præbeant conſilium opportunum,
dicunt quòd etiam laici coniugati,
qui ſunt in iure Canonico & ciuili
periti cõprehenduntur. Ita ſunt om
nes ferè Conſultores, qui eligendi
ſunt viri prouidi, honeſti & periti:
nã in tam graui crimine magno &
maturo conſilio procedi oportet.c.
vt officium.§.1.&.c.per hoc. de hæ-
405 ret lib.6.l.diuortium.ff.de diuor. Nã
ibi erit ſalus; vbi multa conſilia. Pro-
uerb.c.11.&.24.&.ca.13.qui cuncta
agit cum conſilio, regitur à ſapien-
tia.&.c.20.bonum conſilium quam-
plurimos à morte liberauit, &.c.15.
406 dicitur, diſsipantur cogitationes vbi
non eſt conſilium. Vbi verò ſunt plu
res conſiliarij confirmatur, & quod
à pluribus quæritur ſapientibus, faci
lius inuenitur.c.de quibus.20.diſt.c.
407 extra conſcientiam.64.diſtin. perfe-
ctiſsima veritas per ampliores homi
nes reuelatur, vt inquit.l.fin. in fine.
408 C.de fideicommi. nam integrum eſt
iudicium, quod plurimorum ſenten
tijs cõfirmatur.c.cauſam matrimo-
nij.c.prudentiam.de offi.deleg.l.ma
giſtros. C.de profeſ.& medic.lib.10.
409 ¶Inquiſitores verò hęreticæ pra-
uitatis conſilium peritorum, vulgo
Conſultorum, ſequi non tenentur,
cùm eorum ſit ſuffragium conſulti-
uum, & non deciſiuum.c.cum olim.
de arbit. vbi qui tenetur eligere cũ
conſilio aliquorum, tenetur tempo-
re electionis illorum conſilium re-
quirere: ſed illud ſequi non adſtrin-
gitur.c.cùm in veteri.de elect. vbi ir
ritatur elect. non ex eo quòd conſi-
lium non fuit ſecutum, ſed quia non
fuit requiſitum congruo loco & tẽ-
pore.c.Venerabili.de offi.delega.ca.
fi. iux. com.intellect. de his quæ fiũt
410 à præl.ſine conſ.ca. vbi dicitur, quòd
capitula cathedralium eccleſiarum
ad concilia prouincialia ſunt vocan-
da, & ad tractandum, & non ad defi-
411 niendum admittenda, quia conſiliũ
non eſt de ſubſtãtia actus: ſecus ſi di-
catur de conſenſu. Bal.in.l.fin.§.ne-
ceſsitatem. C.de bonis quæ lib. Ar-
chid.in.c.Archiepiſcoporum.18.di-
412 ſtin. Ratio autem noſtræ concluſio-
nis eſt, quòd Conſultor nullam ha-
bet iuriſdictionem ordinariã, neque
delegatam. Barto.in.l.1.ff.de offi.aſ-
ſeſ. Bald. in. c. ſi pro debilitate.nu.3.
vbi



vbi optimè Decius.nu.7.de offi.de-
leg.Iaſ.in.l.fin.nu.59.ff.de ferijs.
413 ¶Oppoſitum tamen videtur pro-
bare.l. impuberibus. ff. de ſuſpe.tut.
vbi puberes curatorem ſuſpectum
accuſare poſſunt cum conſilio con-
ſanguineorum, & illud cõſilium eſt
neceſſarium.l.Titium & Męuium.in
414 prin.ff. de adminiſtra. tut. vbi factũ
ſine conſilio Męuij eſt nullum.ca.2.
de ſtat. Mon.ibi, de cõſilio fratrum:
nam fruſtratorium eſſet petere peri
torum conſiliũ, quod quis ſequi non
tenetur. l.fi. C.de bonis quæ lib.l.ad
415 probationẽ. C. de probat. Quia lex
& natura nihil fecerunt fruſtra. l.ſi
idem. C. de codicill. l. ſi quando.ff.
de legat. 1. c.ſi Papa.de priuil. libr.6.
416 Hanc verò concluſionem, quòd pe-
ritorum conſilium ſit ſequẽdum te-
nuit Bar.in.d.l.impuberibus.&in.l.1
§.ſi plures.nu.4.&.11.&.15. ff. de ex
ercit.act. Et magiſtraliter diſtinguit
Abb. in.d.ca.cùm in veteri. de elect.
Ioan. Andr.in.c.ex parte. de reſcrip.
Decius in.d.c.ſi pro debilitate.nu.9.
417 ¶In ſpecie autem quòd in cauſa
hæreſis Conſultorum conſilium ſit
ſequendum, tenuit expreſsè Albert.
in.c.1.num.2.&.17.de hæret.libr.6.
Meliùs de agnoſc. aſſer.q.26. nu.11.
&.12.&.15.& poſt longam examina
tionem concludit, quòd cùm ſtatu-
tum ſit, vt in.c.vt commiſsi.§.aduo-
candi.& in.c.fina.§.iubemus. de hæ-
ret.lib.6. quòd cauſæ hæreticæ praui
tatis de conſilio peritorum terminẽ
tur. Inquiſitores debent requirere
conſilium peritorum, & illud ſequi.
Et ibidem in finalibus verbis, ſtoma
chatur ipſe Albert.contra quendam
Licentiatum aſſerentem inquiſito-
res non teneri ſtare conſilio Conſul-
torum, nullam tamen rationem alle
gantem, & pro ſua opinione ipſe Al-
bert. duplici fundatur ratione: qua-
418 rum prima eſt, quia quando manda-
tur aliquid fieri de conſilio alicuius,
talis perſona cenſetur eſſe electa. ca.
fina.de offi.delegat.l. inter artifices.
419 ff.de ſolut. Secunda ratio eſt effica-
cior, nam illud quòd requiratur con
ſilium, eſt diſpoſitum á lege, & ob id
eſt neceſſarium. d.l.impuberibus.§.
impuberes. de ſuſp.tut.Bart.in.d.§.ſi
plures.nu.2. Et propter naturam di-
ctionis, de, quæ particula denotat
420 cauſam proximam, & materialem,
& de ſua natura auget.l.1. ff.depoſi-
ti.l. ſi ſeruum. §.ſtichum.ff.de legat.
421 1.c.Epiſcopus.35.diſtin. Et dicere de
conſilio perinde eſt, ac ſi diceret, cõ-
ſilium eſt de materia eius quod fit,
quod aliter eſſet, ſi diceretur cũ con
ſilio. vt refert Barth.in.d.§.ſi plures.
num.4.Iaco.Sep.in inſtit. catho.ca.
14.nu.12.tenuit, de honeſtate, & nõ
de neceſsitate conſilium Conſulto-
422 rum eſſe ſequendum. Nam Inquiſi-
torum eſt iuriſdictio, & non Conſul-
torum, & quod illud iam per proce-
res ſupremi, generaliſq́; Inquiſitio-
nis Senatus decretum eſt, vt ipſi in-
quiſitores, auditis peritorum ſuffra-
gijs, auctorumq́; meritis radicitùs in
ſpectis, fidei cauſas meliùs & certiùs
diffinire valeant, & hoc noſtris præ-
ſertim temporibus, quando hæreti-
cæ prauitatis Inquiſitores ſunt iuris
periti, & non Theologi, vnde meri-
423 tò Conſultorũ vota & ſuffragia ſunt
conſultiua, & non deciſiua, & hoc iu
re vtimur de communi vſu & cõſue
tudine, quæ ſane eſt optima legum
interpres. l. ſi de interpretatione.ff.
de legib.c.cùm dilectus.de conſuet.
424 ¶Si hæreticæ prauitatis Inquiſi-
tores ſuo, vel Conſultorum conſilio
ducti in diffinendis fidei cauſis erra-
uerint, animaduerſione digni ſunt,
neque peritorum ſuffragia eos excu
ſant. l. quidam decedens. §.pater.&
l.Titium

l.Titium & Mæuium.in prin.ff.de ex
cuſ.tut. Et hoc tenuit Bart.allegãdo
iſta iura in.l.ſi conuenerit. nume.4.
ff. de re iud. vbi latè Alexan.& idem
Bar.in.l.1.§.ſi plures.nu.10. ff.de ex-
erc. act. Bald. in. l. manifeſtiſsimi. §.
pen.in fine.C.de furt.Anton.in.c.in
timaſti. col. 2.de appellat. Abb.in.c.
ſi pro debilitate. Vbi plenè Decius.
nu.10.de offi.deleg.Et idem Decius
in. l. conſilij non fraudulenti. nu. 3.
ff. de regu. iur. Felin.in.c.de quarta.
num. 28. de præſcrip. Albert.in.c.1.
q. 10.num. 4.cum ſequen. de hæret.
lib. 6.& de agnoſc.aſſer.q.26. nume.
10.Iac.Sept.in inſt.catho.c.41.num.
12.Et pleniùs Tiraquel.poſt leges cõ
nubiales.glo.4.
425 ¶Ratio enim manifeſta eſt, quia
explorare quis apud ſeipſum debue-
rat,an conſilium illud ſibi expediret
vel non.l.2.§.fina. ff.mand.l.conſilij
426 ff.de reg.iur.cum conſilium nemině
neceſsitet. c.cùm olim.de arbitr.ca.
427 quod præcipitur.14.q.1.Et eſt igno-
rantia iuris, quæ neminem excuſat.
l.2.l.cùm quis.C.de iur. & fac.igno.l.
iuris ignorantia. C. qui admit. ad
bon.poſſeſ.l.leges ſacratiſsimę.C.de
legib.cap.ignorantia.de regu. iur.li-
bro.6.Ob id meritò Quintus Mu-
tius Iur.conſul. Seruium Sulpitium
reprehẽdit, dicens: Turpe eſt Patri-
428 tio & nobili viro ignorantia iuris, in
quo verſatur, vt refert Pomponius
in.l.2.§.Seruius autem Sulpitius. ff.
de orig.iur.
¶Sed ſi quæſtio eſſet nimis diffi-
429 cilis & ardua, propter facti contingẽ
tiam, vel varias Doctorum opinio-
nes, aliquo modo Inquiſitores ob iu
ris obſcuri ignorantiam excuſantur.
glo.eſt ſing. communiter recepta in
verb. videbitur.in princ.inſtit.de o-
blig. quæ ex q.delict. naſ.vbi ſubdit
exemplũ circa intellectum legis Gal
lus.ff.de lib.& poſthu. Illam glo.alle-
gat ad hoc Bald.in.l.mancipia. nu.3.
C.de ſeru.fugit.Ioan.de Imol.in.l.4.
§.in eum qui.ff.de damn.infec.Iaſ.in
l. 1. nu. 22.ff.de tranſact. & in.l.cum
prolatis. nu. 18. ff.de re iud.Felin.in
c.1. nu. 15.de re iud.& in.c.de quar-
ta.nu.27.de pręſcrip.& in.c.quoniã.
nu. 7. cum.ſequen.de ſimon. vbi re-
430 gulam, & plures fallentias ſcripſit,
Hippol.in pract.§.nunc videndum.
nu.17.cum ſequen.
431 ¶Iudices verò imperiti & ignari,
pro vt ſunt Præſides prouinciarum,
vulgo Gubernatores, qui non prohi
bentur eſſe iudices.l. certi iuris.vbi
glo.C.de iudic.c.ſciſcitatus.vbi Abb.
432 & Decius,de reſcrip.Et idem Decius
in rub.de fide inſtru.in decretal. nu-
me.27. ſequendo conſilium etiam
inuſtum ſui Aſſeſſoris in ſyndicatu,
non puniuntur. Barto. in. l. ſtatu-
tis.C.de ſent.ex Breuic.recitan. glo.
Barto.& alij. in.l. 2. ff. quòd quiſque
iur. Felin.in dict.ca.de quarta.num.
28.Anto.de But.in.d.cap.cùm olim,
in fine.Catelinian9 Cotta in memo-
rabil.ſuis verb.ſtatuto Mediolanen-
ſi.Albert.de agnoſ.aſſer.q.26.nume.
14.& in cap. 1.quæſt. 10.nume.9.de
hæret.lib.6.vbi allegat Bart. idem te
nentem in.l.expertes.C.de decur.li
bro.10.In quo loco nullum verbum
de re illa ſcripſit.
433 ¶Denique hunc mirabilem effe-
ctum Conſultorum, nempe conſiliũ
etiam iniuſtum operatur: quòd pro-
pter errorem non eſt in Inquiſitori-
bus præſumendus dolus,ſed tantùm
culpa. glo.in.l.2.§.qui magiſtratum.
ff.quodq; iur.Barto.in.d.§.ſi plures.
Angel. ſing.in.l.ſed ſi lege.§.ſcire. ff.
de pet. hæred.Iaſ.in. l.iuris ignoran-
tia.nume.9.& in.l.ſi conuenerit. nu-
me. 18.ff.de re iud. Feli.in.d.c.1.nu.
28.& Albert.in.d.quæſt.10.num.16.





434 Pręſertim quòd conſultores nõ ſunt
ab Inquiſitoribus, ſed à Præſide ſu-
premi generaliſq; Inquiſitionis Se-
natus electi, argu.text.in.l.1.&.2.ff.
de offi. Aſſeſ.l.1.ff.de inſt. act.l.ſi pro
curatorem.§.ſi tutores.ff.mand. Ale
xan. in.l.properandum. §.ſin autem
alterutra parte. C. de iudic. Alberti.
in.d.q.10.nu.12.
435 ¶Rectiùs tamẽ & vtilius eſſe cen
ſeo in rebus arduis & ambiguis, vt in
captura nobilium & religioſorum,
& in relaxatione reorum, vt nuper-
rimè per epiſtolas ſupremi Senatus
decretum fuit, ad ſuperiores nego-
tium omnibus meritis atque ſuffra-
gijs inſtructum remittere, & ante
eius executionem eos conſulere.l.
ſolent. l.ſi quid erit. ff. de offi.procu.
436 & leg.hoc verborum tenore.Si quid
erit quod maiorem animaduerſio-
nẽ exigat remittere legatus ad pro-
cõſulem debet.l.diui fratres.l.ad be-
ſtias. ff. de pœn.l.1.&.l.fi. C.de relat.
cap. Inquiſitores. de hæreti. libro. 6.
ibi, tenebitur ſedi Apoſtolicæ nun-
tiare.ca.fina.vbi Abb.num. 14.de re
iud. Et id habetur Exod. cap. 18.ibi,
maiora autem referãt ad te.Ia. Sept.
in Enchirid.titu.7.nu. 6.& in inſtru.
Granatæ, anno.1499.c.13.& Hiſpa-
len. anno. 1500.& de Madrid, anno.
437 1561.ca.5.&.66.In quacunque verò
cauſa, etiam minima, ſi Inquiſitores
& Ordinarius, vel alter eorũ diſcor-
dant, proceſſus ſufficienter inſtru-
ctus ad Inquiſitorem generalem, &
proceres ſupremi Senatus Inquiſi-
tionis remittendus eſt. cap. per hoc.
de hæret. libro. 6. cap. ab arbitris.de
offi. deleg. eod.lib.6.l.duo ex tribus.
ff.de re iud.l.ſi in tres.ff.de recep. ar-
bit.cap.fin.vbi Abb.& alij. de re iud.
d. inſtruct. de Madrid. cap. 66.quod
in ſacro Inquiſitorum foro nimis v-
ſitatum eſt.
438 ¶Quod ſolummodo in cauſis fi-
dei procedere intelligendum eſt, in
quib9 Inquiſitores ſunt iudices Apo
ſtolicæ ſedis delegati ad vniuerſita-
tem cauſarum. glo. in verb. ipſorum
in Clem. nolẽtes.de hæret.Io. Andr.
Peruſ.& alij in. c.ne aliqui. de hæret.
lib. 6. contra Archid.ibi. Abbas in.c.
cauſam matrimonij.nume.7.de offi.
deleg. & in. c.cũ.1.&.2.nume.9.& in
c.fi.nu.14.&.19.de re iud.& in.c.cau
ſam reſtitutiõis. in prin. de in integ.
reſti.Decius conſilio.137.& diligen-
ter.num.3.Villadiego de hęret. q.23
nu. 6.dixit eſſe communem. Alciat.
in rub.de offi.ordina.in antiquis.nu.
19.Ia.Sep.in inſti.Catho.ca.34.nu.6.
439 Nam Inquiſitorib9 iuriſdictio ſimul
& in ſolidum competit. c.vt officiũ.
c.vt commiſsi.in prin.de hæret. libr.
6.Abb.in.d.c.fi.nu. 19.& in.d.c.cau-
ſam matrimonij. nu. 10.vbi pleniùs
Decius,& Albert.in.c.1.q.6.nu. 6.de
hæret. libro.6.Dicimus in ſolidum, ſi
ſolus iuriſdictioni in diffiniendis fi-
440 dei negotijs præeſt, nam collega in
ciuitate, vel territorio exiſtens, nul-
lum in cauſis iam deciſis ſuffragium
habet: vt cautum eſt in.4. inſtruct.
Toletan. capit.1.quam refert Iacob.
Sept.in inſtitu.Catho. cap.34.num.
17. Quod nuperrimè per epiſtolas
ſupremi Senatus ſanctæ Inquiſitio-
441 nis comprobatum eſt. Sin autem
omnes eſſent præſentes, alter ſine al
tero ad capturam reorum, publica-
tionem teſtium, torturam, purgatio
nem indicendam atque ſententiam
diffinitiuam proferendam minimè
procedat. vt in Clem. 1. de hæret. &
in dict. 4. inſtruct.Toletan. & in alia
Granaten. anno. 1499. ca.1.& in alia
de Madrid, anno.1561.cap.32.& ca-
442 pit.48.Et quo ad Ordinarios attinet,
Inquiſitores iuriſdictionem habent
cumulatiuam,& non priuatiuam, in

in his tantùm articulis, videlicet in
proferendis ſententijs tormentorũ,
& alijs tam diffinitiuis, quàm ab in-
443 ſtantia iudicij. In omnibus verò alijs
articulis Inquiſitoribus competit iu
riſdictio priuatiua, & non cumulati-
ua. Clem. 1. §. 1. de hæret. extrauag.
Bonifacij Papæ. 8. Ex eo quòd de hæ-
ret. inter comm. ibi, dummodo te-
neantur ſibi inuicem communica-
re proceſſus.
444 ¶In alijs enim cauſis ciuilibus, ac
criminalibus non tangentibus fidẽ,
Inquiſitores ſine Epiſcopo proce-
dunt: quia earum cognitio potiùs ex
Regia, quàm Apoſtolica authoritate
competit, vel ex diutina conſuetu-
dine, præſertim in hoc regno Valen-
445 tiæ, Aragoniæ, & in principatu Ca-
thaloniæ, quæ ſanè conſuetudo iu-
riſdictionem tribuit. l. 1. & fin. C. de
eman. liber. c. dilecti. de arbit. c. irre-
fragabili. de offic. ordin. c. cùm con-
446 tingat. de foro com. Proch dolor no
ſtra hac tempeſtate huiuſmodi iuriſ-
dictio quàm deſtructa, debilis, & in-
firma ſit aliquorum incuria, nõ ſine
paruo negotiorum fidei detrimen-
to referre pudet. Veriſsimam hac in
re Philoſophi ſententiam non teme
re cenſeo, ſcilicet accidentia pluri-
mum conferre ad res peragendas, vt
inquit Philoſ. 1. libr. de anima. & re-
fert Bald. in. l. conuenticula. nu. 7. in
447 fin. C. de Epiſ. & cler. Nam omnes iu
dices tenentur ſuam defendere iu-
riſdictionem pro viribus pœnali iu-
dicio vſq; ad ſanguinis effuſionem.
l. 1. ff. ſi quis ius dicen. non obten. l.
obſeruandum. ff. de offic. præſid.
448 ¶In cauſis huiuſmodi diffiniẽdis
quod à maiori Inquiſitorũ parte fue
rit iudicatum, habita etiam diſcor-
dia, ſine remiſsione executioni tra-
dendum eſt. l. Pomponius. vbi glo.
&. dd. & l. duo ex tribus. ff. de re iud.
l. ſi pater. ff. de liber. cauſ. Ita anno
præterito per prudentiſsimos fidei
defenſores ſupremi Senatus proce-
res fuit definitum: vt habetur. 2. vo-
lum. literarum huius ſancti officij
Valen. fol. 190. Quod ipſiusmet prin
cipis præceptum eſſe cenſetur, cùm
ſint de latere principis. Et quòd hu-
449 iuſmodi decretum legis authorita-
tem, & vim in omnibus alijs ſimili-
bus cauſis obtineat. eſt. l. fina. C. de
legib. §. ſed & quod Principi placuit.
inſtitu. de iur. natu. gen. & ciuil. cap.
in cauſis. de re iud. cap. conſultatio-
ni. de frig. & malefic.
450 ¶Præterea, vt ad noſtrum princi-
pale inſtitutum reuertamur, videli-
cet, qui factum hæreticum confite-
tur, prauamque intentionem, & cre
dulitatem abnegat, tanquam nega-
tiuus, & verè hæreticus eſt relaxan-
dus. Hæc ſiquidem concluſio ſubtili
451 iuuatur ratione. Ex pluribus actioni
bus fidei cognoſcitur fides, cũ fides
ſine operibus ſit mortua, vt dicitur
in epiſtola diui Iacobi. cap. 2. & in. c.
Sicut vrgeri. 1. q. 1. & in cap. non eſt
452 mirum. de pœnit. diſtin. 2. Iuſtus em̃
ex fide viuit. ad Hæbr. c. 10. c. vbi ſa-
na fides. 24. q. 1. Et ſine fide impoſsi-
bile eſt placere Deo. 1. Pet. 2. Vnde
dicit Chryſoſto. quem refert Cardi.
in Clem. vni. nu. 5. de ſum. Trinit. &
453 fide Catho. quod fides religionis Ca
tholicæ eſt lumen animæ, oſtium vi-
tæ, & fundamentum ſalutis æternæ.
Itaq; cõfeſsio exterior fidei, ſiue fiat
verbis, ſiue operibus, aut alijs ſignis,
eſt actio fidei, vt dictum eſt: ergo ex
454 operibus & actibus exterioribus co-
gnoſcitur fides, quæ eſt in mente, &
455 per contrarium infidelitas. Nam co-
gnito vno de cõtrarijs, cognoſcitur
& reliquum. l. etſi contra tabulas. in
fine. ff. de vulga. & pupil. l. ſi hæres in
ſtitutus. ff. ad. l. falcid. l. Si mandato.
§. quoties.



§. quoties. ff. mand. cùm contrario-
rum iuxta regulam vulgaram eadẽ
456 ſit diſciplina, quoad cognitionem. l.
1. Vbi Bal. ff. de his qui ſui, vel alie.
iur. ſunt. & in prin. inſtit. eod. tit. &
de tutel. in prin. quia quod operatur
457 propoſitum in propoſito, idem ope-
ratur oppoſitum in oppoſito. l. fin. §.
fin. qui ita ſummatur. ff. de legat. 3. §.
458 plus autem. inſtit. de action. Etſi con
tingit vnum oppoſitorum eſſe mul-
tiplex, reliquum per conſequens eſt
multiplex. l. cùm proponebatur, vbi
glo. ff. de legat. 2. quam allegat Bald.
ad ſing. q. in. l. fi. C. de fideicõ. Alex. in
rub. ff. de acquir. poſſeſ.
459 ¶Rectè igitur prædictum argu-
mentum ſequitur; cùm hæreſis ſit
ſpecies infidelitatis, quæ opponitur
fidei. S. Tho. 2. 2. q. 10. Card. de Tur.
Crem. in ſum. de Eccle. lib. 4. par. 2. c.
460 1. & c. 6. Id verò intereſt inter infide
litatem & hæreſim, quod inter ge-
nus & ſpeciem, nam ad poſitionem
generis non ſequitur poſitio ſpeciei.
l. fina. C. de reb. alien. non alien.
glo. in. l. ſi cauſa cognita. C. de trãſ.
alia. glo. in. §. plebiſcitum. inſt. de iur.
nat. gen. & ciuil. Decius in. l. in to-
to. ff. de regul. iur. latius ipſe retuli
in mea Epitome ſucceſsionum. cap.
19. nu. 8. cum ſequen. Ita conſequen
tia nõ eſt bona, quia fallibilis eſt iſte
infidelis, ergo eſt hæreticus, non ſe-
quitur, ex eo quia poterit eſſe Sarra-
cenus, vel Paganus, & non baptiza-
461 tus. Ad hoc autem vt aliquis ſit hæ-
reticus requiritur, quod ſit baptiza-
tus, vt ab Inquiſitoribus poſsit puni-
ri. cap. contra Chriſtianos. de hæret.
libro. 6. cap. maiores. §. ſin autem. de
bapt. cap. qui ſincera. c. licet. 45. diſt.
glo. in Clem. vni de vſur. Villadiego,
de hæret. q. 2. in princi. Nam de his
qui foris ſunt nihil ad nos. Paulus
Apoſtolus prima ad Corinth. cap. 5.
& c. gaudemus. de diuor.
462 ¶Neque iſte qui non eſt baptiza-
tus poteſt dici diuiſus ab Eccleſia,
quia nunquam in ea fuit. d. c. gaude-
mus. de diuort. c. multi. 2. queſt. 1. Et
463 nullus inuitus ad fidem eſt cogẽdus.
ca. maiores. §. item quæritur. de bap.
c. de Iudæis. 45. diſtinct. Albert. de a-
gnoſ. aſſer. q. 30. num. 10. pleniſsimè
Ferdi. à Loazes in ſuo tract. de con-
464 uerſ. infid. E contra affirmatiuè ſpe-
cies rectè comprehenduntur ſub ge
nere. l. 2. § doli mali. ff. de vi bon. rap.
l. ſi quid earum. §. 1. ff. de legat. 2. &
ita, eſt hæreticus: ergo eſt infidelis,
465 rectè ſequitur. Negatiuè verò de ſpe
cie ad genus argumentum minimè
procedit, ſed è contra. l. duobus. §. ſi
quis iurauerit. ff. de iur. iuran. glo &
Angel. in dict. §. plebiſcitum, veluti
non eſt hæreticus, igitur neque infi-
delis nõ ſequitur, per ſupradicta, ſed
è conuerſo.
466 ¶Error quoque reſpectu hæreſis
eſt genus, & ob id ſpecies contine-
tur ſub genere. l. fin. C. de reb. alien.
non alien. vt puta omnis hæreſis eſt
467 error, & non vice verſa, cum hære-
ſis ſit falſum dogma fidei orthodo-
xæ repugnans. cap. hæc eſt fides. 24.
quæſtio. 1. vt plenius in princi. expo-
ſuimus. Error verò eſt falſi, pro ve-
468 ro approbatiõ; vel aliter vera pro fal
ſa, aut falſa pro vera aſſertio, vel cer-
ta pro incerta, aut incerta pro cer-
ta affirmatio, docet Auguſtinus in
Enchiridio cap. 17. & in libr. de aca-
dem. optimè declarat Cardinal. de
Turre. Crem. in ſum. de Eccle. lib. 4.
par. 2. cap. 1. & 11. Archiepiſco. Flor.
2. part. ſum. tit. 12. cap. 5. in princi. &
Alphon. de Caſtro. aduerſus omnes
hæreſes, libro. 1. cap. 1. pag. 12. & in
2. lib. verb. anima. in fine. pag. 285. l.
error. C. de iu. & fac. ignor. l. errore.
C. de teſtamẽ. l. 1. C. de errore. Calc. l.

ſi per errorem.ff.de iur.om.iud.l.bar
barius.ff.de offic.prætor.vt ſunt er-
rores circa interpretationem iuris
Canonici, vel Ciuilis, de his quæ fi-
dei catholicæ non ſunt contraria, &
errores de rebus naturalibus vt de
numero elementorum, de effectu
& ordine ſyderum, & de figura cæ-
li: vel de generatione & natura ani-
malium, de quibus fides orthodoxa
nihil contrarium aſſerit, ſeu de alijs
ſcientijs.
469 ¶Itaque hæreticū non facit qui-
cunque error, veluti ſi quis affirma-
uerit terram ſole eſſe maiorem con
tra communem Aſtrologorum ſen
tentiam, quod refert glo.in.c.ſolitę.
de maior.& obed. in verb. inter ſo-
lem & lunā. Et quāuis ſit error hoc aſ
ſerere, non ob id eſt hæreſis, quia nō
eſt de his quæ ſunt fidei. Sicque non
omnis error eſt hęreſis, ſed omnis hę
reſis eſt error, cū hæreſis ſit ſpecies,
470 quæ ſub ſuo genere continetur. Ita
Archiep.Flor.vbi ſupra.& Caſtro in.
d.pag.185.Albert. in rub. de hæret.
lib.6.quæſt.2.num.47.melius in. ca.
1.q.13.nu. 9. cū ſequē. & de agnoſc.
aſſer.q.1.nu.3.&.q.6.nu.8. Ia.Sep.in
inſt.catho.c.24.nu.5.& in Enchi.tit.
24.nu.5.&.tit.48.nu.2.&.3.
471 ¶Aliud etiam inter errorem & hę
reſim eſt diſcrimen. Hæreſis, vt plu-
ries dictum eſt, habet principium, &
complementum: principium in in-
tellectu, cōplemētum in voluntate:
hæreſis enim ſecundū. D. Hierony-
mum ſuper epiſto. ad Galat. & habe
472 tur.in.c.hæreſis.24.q.3.ab electione
dicitur: quia vnuſquiſque eam eligit
diſciplinam, quam putat meliorem,
electio autem habet firmam animi
& voluntatis adhæſionem: in errore
verò non eſt voluntas, vt inquit Iu-
reconſ. nihil tam contrarium eſt vo-
473 luntati, quàm error. l. non fatetur
qui errat. ff. de confeſſi. l. Si per erro-
rem. ff. de iur. om. iud. Et in hūc mo-
dum intelligendū eſt vulgatū dictū
D. Auguſt. li. 1. de Trinit. errare pote
ro, ſed hęreticus nō ero: de quo ſupra
latiùs. nu. 47. & ſequent.
474 ¶Vel aliter dicendum eſſe arbi-
tror, quòd propriè propoſitio hære
tica eſt illa, quæ in aliquo aduerſatur
articulis fidei, vel ſacramentis Ec-
cleſiæ, vel eius traditionibus aut diſ-
finitionibus, vel concilijs generali-
bus legitimè congregatis, in his quę
ad fidem pertinent. cap. ad abolen-
dam in prin. de hæret. Innoc. Io. de
Imol. & alij in. c. 1. de ſum. Trin. & fi-
de catho. Iac. Sep. in enchirid. titu.
475 24. in prin. Sed ſi aliqua in ſacra pa-
gina proponuntur credenda, non
principaliter propter ſe, ſed pro-
pter aliud, & de re non graui &
ponderoſa, aſſertio contraria po-
tiùs erit error, quàm hæreſis. Ve-
luti ſi quis errore etiam cum creduli
tate ductus dixiſſet Iſaac non fuiſſe
filium Abrahæ. quod eſt falſum &
ſacræ paginæ contrarium, vt Gen.
c.21. vel quod Thobias non habuit
Canem, vel Aaron, quòd non habuit
barbam: iſte eſt propriè error, & non
hæreſis, vel dicere quòd non cor-
rumpunt bonos mores colloquia
praua, contra aſſertionem Pauli
Apoſtoli. 1. ad Corint. cap. 15. quia
iſta nō ſunt principaliter de his, quæ
ad fidem pertinent, & non ſunt de
501 re graui & ponderoſa, vt voluit Al-
bert. in. d. q. 13. num. 14. & de agnoſ.
aſſer. q. 30. num. 15. qua proter hunc
abſolutione & reconciliatione non
indigere arbitror, data etiam credu
litate, quòd longè aliter eſſet, ſi aſſe
reret non eſſe Purgatorium, aut nō
eſſe neceſſariam confeſsionem vo-
calem, vel aliud quid ſimile hæreti-
cum formale.





476 ¶Eruditiſsimus verò dominus Iac.
Sept. Epiſcopus Paceñ. in ſuo enchir.
titu. 24. num. 5. inquit, quòd erronea
propoſitio, in quo ab hæretica diffe-
rat Theologi certant, & adhuc ſub
iudice lis eſt. Erronea quidem pro-
poſitio minus ſignificare videtur,
477 quàm hæretica, & ea fortè eſt, quæ
continet errorem contra veritatem
aliquam, nondum plenè ab Eccle-
ſia diffinitam, vel obſcuram, & non
omnibus manifeſtam. Quam theo-
ricam iuri & rationi conſonam eſſe
cenſeo, quanuis in iure reperio hęre
478 ſim & errorem eſſe nomina ſynony
ma idē iuxta ſubiectam materiam ſi
gnificantia, ac iura vno pro alio, &
vice verſa paſsim vtuntur, vt patet.
in. c. ad abolendam. & in. c. excom-
municamus. 2. §. fi. de hæret. c. accu-
ſatus. §. ille quoq;. eo. titu. lib. 6. & in
extrauag. vas electionis. eod. titu. in-
ter com.
479 ¶Solet ſimili modo in dubiū ver
ti in quo, ſecta ab hæreſi differat.
Qua in re dicendū eſt, quòd ſecta tā-
quam genus comprehendit ſub ſe
plures ſpecies, vidilicet, hæreticos,
Iudæos, Sarracenos, gētiles, & alios
infideles: ſed hæreſis tantum Chri-
480 ſtianos comprehendit. cap. accuſa-
tus. §. cui verò. de hæret. lib. 6. glo. in
verb. ſecta. in clem. ne in agro. §. ſta-
tuimus. de ſtat. monach. glo. in. cap.
quibuſdam. 32. diſt. Nam ſicut hære
481 ſis dicitur ab eligendo, ita ſecta à ſe-
quendo. Secta autē eſt quidam habi
482 tus animorum ad malum, circa fal-
ſam diſciplinā, & ita ij dicuntur ſecti,
id eſt, ſeparati, ſeu diuiſi ab vnitate
Eccleſiæ & fidei. Ita Iſidor. in li. Ethy
molo. S. Thom. 2. 2. quæſt. 11. artic.
1. &. 3. Card. de Turr. Crem. in ſum.
Eccl. lib. 4. par. 2. capitul. 4. Alberi.
de Roſate in ſuo dictionario, verbo,
ſecta. Caſtro li. 1. ca. 1. aduer. om. hæ-
reſes. Alberti. in rub. de hæret. lib. 6.
q. 2. in prin. Multoties verò ſecta ca-
483 pitur pro religiōe. l. falſi quidē crim.
ibi, ſecta mea non patitur. C. de fal. l.
fin. C. de pact. l. fin. in fine. ibi, ſecta
temporum noſtrorum non pati-
tur. C. de pact. iuncta. l. vni. C. de ſe-
nat. conſult. cland. tollen. ibi, religio
temporū meorum nullo modo pati
tur. l. in honoribus. §. philoſophis. ff.
de vacat. & excuſat. munerum
Alberic. in. d. verb. ſecta. Lucas de
Penna. in. l. 2. C. de delator. lib. 10.
484 ¶Maximum etiam diſcrimen eſt
inter hæreticum & apoſtatam. Apo
ſtata enim vox Græca eſt, Latinè ve
rò ſonat defectio, & ita omnis apo-
ſtata eſt hæreticus: non tamē è con-
tra omnis hæreticus eſt apoſtata.
Ideo apoſtaſia deterior eſt quacun-
485 que hæreſi, loquimur tamen de pro
prio apoſtata, qui eſt ille qui in totū
à fide catholica recedit, vt fuit Iulia-
nus apoſtata cap. non poteſt. 2. q. 7.
cap. Iulianus. 11. quæſt. 3. Diffinitio
486 autē propria apoſtaſiæ eſt, temera-
rius à ſtatu fidei catholicæ receſſus,
taliter quod à fide orthodoxa in to-
tū recedat. Veluti ſi aliquis de Chri-
ſtiano Iudæus, vel Sarracenus effi-
ciatur, vt ſunt omnes neophyti hu-
ius regni Valentię, qui potiùs apoſta
tæ, quàm hæretici ſunt cenſendi,
quia in totum à fide catholica rece-
487 dunt. Hæreticus verò in aliquo, vel
aliquibus fidei articulis errat, & nō
in totum à fide deuiat. cap. non po-
teſt. 2. q. 7. c. beatus. 3. q. 4. c. nō obſer
uetis. 16. q. fin. c. contra Chriſtianos.
de hæret. lib. 6. l. 1. C. de apoſtat. In-
noc. Abb. & alij in. c. 1. de apoſtat.
Bar. in rub. C. de apoſtat. Ana. in rub.
de ſchiſmat. S. Thom. 2. 2. q. 12. art. 1.
Alex. de Ales. 2. part. q. 183. Alfon.
Caſtro de iuſta hæret. punit. libro.
1. capitulo. 7. &. 23. Lud. Carre. de

hæret.§.circa ſecundum. nume.73.
Paul Grillan.de hæret.q.2. nu.8. Vi-
lladie. de hæret. q.20. Albert.in rub.
de hæret.lib.6.q. 11.nu.4.Iaco.Sept.
in inſtit.catho.ca.7.& in enchiri. tit.
4.Hoſtien.Sylueſt. atque alij ſummi
ſtæ,in verbo apoſtaſia.

488 ¶Veruntamen glo. 1.in cap. 1.de
apoſtat. quam Doctores modo cita-
ti ſequendo referũt, inquit, quod tri
plex eſt apoſtaſia. Prima,quãdo om-
nino receditur à fide, de qua eſt no-
ſtra controuerſia: ſecunda eſt inobe
dientiæ, qua quis ſponte tranſgredi-
tur præceptum Dei, vt patres noſtri
Adam & Eua, Gene.c.3. c.ſi quis ve-
nerit.ca.illud. de maior.& obedien.
Tertia eſt irregularitatis, qua retro-
ceditur ab ſtatu ordinis, vel religio-
nis. c. 1.&.2.de apoſtat. c.placuit, &
489 c.fin. 50.diſt. Prima verò apoſtaſia &
hæreſis à pari procedunt, eiſdemq́;
pœnis puniuntur. Contra tamẽ hos
apoſtatas à fide catholica receden-
tes tanquam contra veros & forma-
tos hæreticos Inquiſitores hæreticæ
prauitatis procedunt. l.nos redden-
tes.§.manifeſtum.C.de ſumma Tri-
nita.& fide Catho.ibi,Iudaicæ atque
apoſtaſiæ. ca. contra Chriſtianos.de
hæreti.lib.6.& patet in ſupraſcriptio
nibus, text. cap. filij, vel hæredes.&
cap. vt commiſsi. de hæret.lib.6.vbi
490 dicitur,Inquiſitoribus hæreticæ pra
uitatis. Denique vt vnica omne apo
ſtaſiæ genus diffinitione amplecta-
tur,dicendum eſt,quòd apoſtaſia eſt
temerarius à ſtatu fidei, obedientiæ,
vel ordinis receſſus, quæ diffinitio
ex iuribus ſupra citatis probatur.

491 ¶Non verò me latet vltra differẽ
tiam hæreſis & apoſtaſiæ ſuperius à
me relatam, Matthæ. de Afflictis in
conſtit.Neapol.libr.3.rub.3.in prin.
alias differentias, meo iudicio non
iuridicas, ſcripſiſſe. Quarum prima
eſt,quòd hęretico pœnitenti ac con
uerſo Eccleſia non claudit gremium
ſuum. cap. ad abolendam. de hæret.
ſed apoſtatis pœnitentibus & con-
uerſis non parcit.l.2.&.l.hi qui.C.de
492 apoſtat. Quod omnino falſum eſſe
cenſeo per tex.expreſſum.in.c.à no-
bis de apoſtat. ibi, vita ſibi miſera re-
ſeruetur,vbi glo.&.dd. Delicti tamẽ
veniam pœnitentibus nõ negamus,
ait Impera. in.l.Manichęos.C.de hæ
ret. c. quod quidam.de pœnit.& re-
miſſ.c.vni.de ſchiſmat.lib.6.reg.pec
cati venia de regu.iur.libr.6.Hiere.
c. 3. dicens,tu fornicata es cum ama
toribus multis, tamen reuertere ad
me, & ego ſuſcipiam te. Et Prophe-
ta Malach.ca.3. Reuertimini ad me,
& ego reuertar ad vos. cap.reuerti-
mini. 16.quæſt.1. Epiſtola Inter cla-
ras. in fine. C. de ſumma Trini. & fi-
de Catholi.

493 ¶Aliam etiam differẽtiam refert
idem Matthæ. de afflictis; in loco ſu
pra citato. nume.5.dicens,quòd cõ-
tra hæreticos mortuos poteſt proce
di, vt damnetur eorum memoria,&
etiam reſpectu bonorum vſque ad
triginta annos. l. Manichæos. C. de
hæret. notatur in. l. quiſquis. C.ad.l.
Iul.maieſt.vt concludit Alber.de Ro
ſat.in.l.1.C.de apoſtat.ſed cõtra apo-
ſtatam mortuum ſolum intra quin-
que annos poteſt procedi, poſt quin
quennium verò talium memoria nõ
accuſatur.Poterat Afflictus allegare
494 text.in.l.2.C.de apoſtat.vbi Barto.&
Salicetus dicunt, nota ex iſta lege,
quòd leges & canones, qui diſpo-
nunt, quòd de crimine hæreſis po-
teſt cognoſci poſt mortem, debent
intelligi intra quinquennium,quod
tene menti propter Inquiſitores,
qui inquirunt poſt mortem, & pu-
blicant bona. idem tenuit ipſe Bart.
& Alexander in. l. fina. ff.de ſicar.&





Phil.Fran.in.c.2.de præſcrip.lib.6.&
glo.ſing.in.l. Manichęos. C. de hæ-
ret.& Angel.in tract.maleficiorum,
in verbo, che hay tradita la tua pa-
tria.num.17.Rom.ſingu.431.incip.
de crimine.Thom.Gram. deciſ.105.
incip.magnificus.num.22. Et hanc
affirmat eſſe communem opinionẽ
Frã.Balbus.de præſcrip.par.2.5. par.
prin.quæſt.1.

495 ¶Contrarium verò expreſſè pro
bat tex.in.c.2.de pręſcrip.in.6.quòd
bona hæreticorum etiam ſi nunc de
regantur hæretici extitiſſe,publica-
ri debeant,dummodo bona fide à fi
lijs, vel alijs quadraginta annorum
ſpatio,& non minori tempore eorũ
bona fuiſſent poſſeſſa.quo caſu pro-
pter huiuſmodi præſcriptionem, bo
na non publicarentur, vt eſt glo. ad
id in verb.poſt mortem.in.ca. accu-
ſatus.§.in eo verò caſu. de hæret. in.
6.glo.in ſumm.24.q.3.Angel. & Al-
beric.in.l.1.C.de apoſtat. Abb. in.c.
cùm nobis.nu.8.vbi Felin. num. 11.
&.12. de præſcrip. licet nitatur hoc
ſoluere diſtinguendo inter ius ciui-
le & cannonicum. Conrad. Brun. de
hæræt.lib.5.c.17.Villadiego. de hæ-
ret.q.22.Repert.Inquiſit. verb.præ-
ſcriptio.verſ.ſed dato quòd quadra-
genalis.Iac.Sep.in inſti. catho. ca.7.
num.4.& meliùs. c. 17.num. 7.affir-
màns hanc opinionem eſſe veriorẽ,
& allegat ad id inſtruct. Hiſpalen. 1.
c.20.Quam quęſtionẽ in ſex conclu
ſionibus vberrime examinauit Li-
centiatus Quemada in ſuis quęſtio
nibus.quæſt.16.

496 ¶Hæc tamen opinio vltima mihi
ſemper placuit,propter tex. expreſ-
ſum in.d.c.fi.de pręſcrip.in.6.cui⁹ di
ſpoſitio in vtroq; iure eſt ſeruanda,
cùm ad Eccleſiam pertineat huiuſ-
modi criminis cognitio.c.vt Inquiſi
tionis.§.prohibemus.de hæret. in.6.
Bal.in.l.priuilegia.num.3.C.de ſacr.
ſanc.Eccleſ. glo. in. c. poſſeſſor.de
reg.iur.in.6.gloſ. in. §. hactenus.in-
ſtit.de gradib.affin.Abb.in.c.fin. de
præſcrip.Feli.in.c.2. nu. 3.de teſtib.
& in.c.Eccleſia ſanctæ Mariæ. num.
497 42.de conſtit. Nam vt inquit glo. fi.
in.capit.fin. 29.diſtin. inepte agunt
qui ad canones & leges concordan-
das dicunt,aliud eſt ſecũdum leges,
& aliud ſecundum canones. Quam
glo.refert Iaſ. in.l. filium quem ha-
bentem. nume. 28. C. famil. herci-
ſcun.& in auten. nouiſsima. C. de
inoffi.teſtamen. Et ego id latiùs re-
tuli in mea Epitome ſucceſſ. c.8.nu.
10.cum ſequent.

498 ¶Omnes denique differentias in
ter hæreſim,& errorem, ſectam, at-
que apoſtaſiam latè ſupra ſcripſi-
mus,modò quid interſit inter hære-
ſim & ſchiſma eſt vidẽdũ.Diuus Hie
ronymus in Epiſtola. 1. Pauli ad Ti-
tum.cap.3. huiuſmodi differentiam
499 ſcripſit dicens,inter hæreſim & ſchiſ
ma hoc intereſſe arbitror,quòd hęre
ſis peruerſum dogma habeat, ſchiſ-
ma propter Epiſcopalem diſſenſio-
nem ab Eccleſia pariter ſeparat. &
habetur in.c.inter hæreſim & ſchiſ-
ma. 24. quæſtione.3.ſchiſma enim
500 nomen Græcum eſt, Latinè ſciſſu-
ram ſignificat.c.ſchiſma. c. quicun-
que.24.q.1. Eſt autẽ ſchiſma ſecun-
dũ Hoſtien.in ſum. de ſchiſ. in prin.
illicita diuiſio per in obedientiam
ab vnitate Eccleſiæ facta.quã diffini
tionẽ probat. cap. loquitur. ca. alie-
501 nus.24.q.1.c. vni. in prin. de ſchiſm.
in.6.S.Thom.2.2.q.39.art. 1. Alex.
de Ales.part. 2.quæſt. 182. S. Bona-
uent.in.4. diſt. 13. Vbi Gabr.Biel.la-
tius.q. 2. Et Alph. de Caſtro aduerſ.
hæreſ.libro.1.capit.9.Cardi. de Tur-
re Crem.in ſum. de Eccleſi. libr.4.
part.1.c.1.Archiepiſc. Flor. 2. part.

ſum.tit.3.c.11.Felician. Ninguarda, de hæret.art.10.primę confeſsionis. fol. 50.cum ſequen.repert. Inquiſit. verbo.ſchiſma.Innoc.Abb.&Anan. in rubr.de ſchiſmat.Idem Abb.in.c. quia diligentia. de elect.latius in lectura ſuper concil.Baſilien.Paul.Grillan.de hæret.q.2.nu.6.Villadieg.de hæreti.q.3.Lud.Carrer.de hæreti.§. circa ſecundum. nu. 50.cum ſequē. Bal.in ſuo diuino conſil.ſchiſmat.tit. C.ſi quis aliq. teſtat.prohib.Ioā.Lup. de reten.& iure regni Nauarræ.par. 5.§.7.Bernar.Diez in pract.crim.canon.c.105.Albert.in rubr.de hæret. lib.6.1.&.2.col.Iac.Sep.in inſtit.cathol.c.56.per totum,& in Enchirid. Inquiſit.titu.5. Conrad.Brun.de hæret.lib.3.c.18.& in libr.1.c.16.Deciꝰ conſil.151.incip. maximi ponderis. nume.8.

502 ¶Quæ ſanè diffinitio inter cæteras à Doctoribus relatas,præſertim à Turre Crem.vbi ſupra, ſufficienter comprehendit vim & naturam proprij ſchiſmatis, & cauſam eius originalem. Loco enim generis ponūtur illa verba illicita diuiſio, quia nō omnis diuiſio eſt ſchiſma, ſed illicita diuiſio per inobedientiam. Et poterit tribus modis diuiſio illicita contin-
503 gere,ſeu conſiderari. Primò largiſsimè dicuntur diuiſi omnes cōſtituti in peccato mortali, quia ſunt extra charitatem. c. audi denique.11.q.3.
504 c.dixit.24.q.3. Secundò largè dicuntur diuiſi, ſeu ſchiſmatici omnes excommunicati,quia ſunt extra Eccleſiam, & communionem fidelium.c. ſi quem.de ſenten. excōmu.c.ad mēſam. ca.cum excommunicato. 11.q.
505 3.Tertiò propriè & ſtrictè dicitur diuiſus, & ſchiſmaticus, qui ſponte & intentione ſe ab vnitate Eccleſiæ ſeparat, & ſummo Pōtifici renuit obedire, vt fuerunt Ioannes & Petrus de Columna. de quibus in. c. vnico de ſchiſmat.libro.6.& Epiſcopus Aquileien.de quo in.c.quia diligentia, de elect.& Guido,& Octauianꝰ Epiſco-
506 pi. de quibus in. c.1.de ſchiſmat. Nā de neceſsitate ſalutis eſt obedire ſūmo Romano Pontifici. extrauaga. Vnam ſanctam.de maior.& obed.inter commu.

507 ¶Alij autem impropriè dicūtur ſchiſmatici, nulliſque pœnis ſunt obnoxij, quotiens ambiguam electionem duo aut plures de Pontificatu contendunt, vt tempore Vrbani Papæ.6.contigit,& vnus illorū, pro vero Pontifice,& Vicario Chriſti habebatur. Tunc etiam illum ſequentes non intendentes ſe diuidere ab Eccleſia Romana(vt fecerunt Græci tēpore ſchiſmatis) ſed ſemper vnitati Eccleſiæ inhærentes credūt electionem illam,tāquam canonicam probabiliter eſſe ſequendam. glo. ſing. in verbo. qui verò in.c.1.24.q.1.quā pro ſing. refert Abb.in rub. de ſchiſmat.& in.c.quia diligentia.nume.2. de elect. Paul. Grillan. de hæret.q.2. Lud.Carre. vbi ſupra.n.51.& repert. Inquiſit. verb.ſchiſma. Franc.Marc. deciſ.949.incip.quęritur an ſchiſmatici.nu. 5.Idem tenuit Caſtro aduerſus om.hære.lib.1.c.6.& Picus Mirādul.de fide.Theore.17.Sylueſt.verb. ſchiſma. q.5.Iaco.Sep.d.c.56.nume. 6. & in Enchir.tit.de ſchiſmat. nu.2. Turr.Crem.vbi ſupra.c.10.& melius
508 c.13.Archiepiſc.Flor.2.par.ſum.tit. 3.c.11.§.6.ſicut contigit anno. 1378 vt refert Platina in vita Vrbani. 6.& Turr.Crem.vbi ſupra.ca.12.& Bal.in d.conſi.ſchiſmatis.& Archiepi.Flor. in loco modo citato.c.11.§.6.& Frā. Marc. deciſ. 838. incip. quando aliquis eſt electus.alſ.938.

509 ¶Mortuo enim Gregorio.11.Cardinales metu, vel violentia forſitan coacti,



coacti, quia Romani armati proclamabant ad Conclaue, *Romano lo volemo al manco Italiano*, elegerunt in Pontificem Archiepiſcopum Barenſem Italicum, qui Vrbanus.6.fuit dictus. Et lapſis aliquibus menſibus in ciui-
510 tate Fundenſi Cardinales præfati alium in Pontificem elegerunt, qui fuit vocatus Clemens.6.qui tranſtulit curiam ſuam in Auinionem, cui vniuerſa Hiſpania,Francia,& Cathalonia obediebat.Vrbano verò.6.obediebat Italia, Alemania, & Vngaria.
511 Quod horrendum ſchiſma in Eccleſia triginta annis,& vltra permanſit, ex eo,quòd ex vna parte Vrbano ſucceſsit Bonifacius. 9. & Bonifacio Innocentius.6.& Innocentio Gregorius.12.Ex alia verò parte Clementi ſucceſsit. Petrus de Luna regni Ara-
512 goniæ dictus Benedictus. 13. Sub his Gregorio. 12. & Benedicto.13. protēſum fuit ſchiſma vſq; ad annū. 1410.quo tempore Piſis,per Cardinales depoſitis illis duobus, videlicet Gregorio, & Benedicto electus
513 fuit in Pontificem Petrus de Candia ordinis minorum, Alexander.5.nuncupatus, quo mortuo ſucceſsit Ioannes. 23. Bononiæ electus, cui omnes ferè Principes Chriſtiani, dimiſſo Gregorio & Benedicto, obedientiam præſtiterunt. Et propter magnum ſcandalum, quod in Eccleſia oriebatur,quia vltra Ioannē.23.Gregorius & Benedictꝰ præfati, pro ſummis Pontificibus ſe gerebant,cōgregatum fuit concilium Conſtantien.
514 per Imperatorem Sigiſmundum,vbi Gregorius.12.ſponte iuri ſuo renuntiauit.Ioannes verò.23.& Benedictꝰ 13. fuerunt depoſiti atque communi voto totius concilij aſſumpti fuerunt ex omni natione, videlicet ex Hiſpania, Gallia, Alemania, Anglia, & Italia,nonnulli prudentia, ac religione præſtantiores viri, qui ſimul cum Cardinalibus vocem in electio
515 ne ſummi Pontificis habuerunt.Tādem communi voto canonicè electus fuit in Pontificem Cardinalis Otho cognomēto Columna, qui vocatus fuit Martinus Papa.5.quia in feſto ſancti Martini,in.11.Nouemb. anno. Dñi.1415.fuit celebrata prædicta electio. Sic habitus fuit ab omni clero & vniuerſis Principibus Chriſtianis, pro vero & indubitato Pontifice Petri ſucceſſore, ac Chriſti vicario, permanente in ſua duritia & pertinacia Petro de Luna, Benedictio. 13. nuncupato, in ſuo ca-
516 ſtro de Paniſcola regni Valen. Poſt cuius mortem à Paucíſsimis fuit electus quidam canonicus Barchinonen. Antipapa dictus Ægidius, ſed ſtatim iuri ſuo ſponte renunciauit, & omne ſchiſma euanuit.

517 ¶Vnde illi qui Vrbano.6.prædicto, vel alij qui ex alia parte Clementi adhærebant, non fuerunt propriè ſchiſmatici, quia præter intentionē, & voluntatem eorum fuit illa diuiſio & ſchiſma: at dubium erat, quis eorum rectè,& canonicè fuiſſet electus. Et an fuiſſet metu, vel ſine eo facta electio prædicta, & an ignorātia facti dubij excuſaret, credentes: quæ ignorantia prudentiſsimos ſæpè fallit, vt inquit Iuriſconſul. in.l.2. ff.de iur.&fact.ignor.l.fin.ff.pro ſuo.& inferius eſt videndum.

518 ¶Aduertendum tamen eſt, quòd quando duo, vel plures in ſummos Pontifices, vt in ſchiſmate ſuperius dicto eliguntur, Concilium generale eſt congregandum, ad huiuſmodi ſeditionem ſedandam, & tunc ille erit verus Romanus Pontifex, quem Conciliū approbauerit.ſing.eſt text. in.c.ſi duo forte contra fas.79.diſt.
519 vbi glo. Hugo, & Archidiac. dicunt,

519 quòd ad collegium Cardinalium pertinet in huiuſmodi caſu concilium generale congregare, quem tex. pro ſing. allegat ad hoc Abb. in c. quia diligentia. num. 3. de elect. & in c. licet de vitanda. nu. 8. eo. tit. dicens, quòd
520 in prædictis Concilijs Piſis, & Conſtantiæ congregatis prædictus text. ab omnibus iuriſperitis, pro ſingulari fuit allegatus. Idem Abb. in c. cùm veniſſent. nume. 7. de Iudic. Archid. in c. in fidei fauorem. de hæret. in 6. Turr. Crem. in d. ſum. lib. 4. par. 1. ca. 10. Archiep. Flor. in d. 2. par. tit. 3. ca. 11. §. 6. in prin. Fran. Marc. deciſ. 937.
521 in fine. & deciſ. 942. incip. quæritur quando fit electio. num. 2. nam non poſſunt eſſe ſimul duo Romani Pontifices: vt Cantic. cap. 6. Vna eſt colūba mea, perfecta mea, vna eſt matri ſuæ electa genitrici ſuæ. ca. aliud eſt. de conſecr. diſt. 4. c. loquitur. 24. q. 1.
522 Paul. ad Epheſ. cap. 4. Vnum corpus, vnus ſpiritus, vnus dominus, vna fides, vnū baptiſma, vnus Deus, & habetur id in. c. hanc regulam. 1. q. 1. &
523 in dict. c. loquitur. Et quoniam ſicut Domini veſtimentum ſciſſum non eſt, ita neque Eccleſia ſcindi debet. c. ſicut. 16. q. 7. quia eſt vnum ouile, & vnus paſtor. Ioan. c. 10. & in Nicena Synodo dicitur. Et vnam ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. &c. Vnde inquit Bald. in c. paſtoralis. nu. 7. de reſcript. quod ſchiſma eſt velut vnum monſtrum in natura, ſicut quando vnum corpus, ha-
524 bet duo capita, & ad id licet non allegauit, poterat tamen ipſe Bald. allegare. l. quæret aliquis. ff. de verbo. ſignific. & l. non ſunt liberi. ff. de ſtat. homi. qui text. hoc exactiſſimè probant.
525 ¶ Hæreſis autem & ſchiſma ſecūdum ea, in quibus per ſe, & directè opponuntur, in hoc differunt. Nam hæreſis per ſe opponitur fidei, ſchiſma verò opponitur vnitati Eccleſiaſticæ charitatis. Quia ſicut fides & charitas ſunt diuerſæ virtutes, quamuis quicunque caret fide, careat etiā charitate; ita hæreſis & ſchiſma ſunt
526 diuerſa, & quicunque eſt hæreticus, eſt ſchiſmaticus: ſed non è contra. Verba ſunt formalia diui Thom. 2. 2. q. 39. art. 1. in fine. quem referēdo ſequitur Archiep. Floren. in d. c. 11. in princ. Turr. Crem. in dict. ſum. lib. 4. par. 1. cap. 4. & c. 6. & Marian. Socin. in rub. de hæret. nu. 6. & in rub. de ſchiſmat. nume. 5. Villadiego de hæret. q. 3. Albert. in rubr. de hæret. libro. 6. q. 11. nume. 2. Nam hæreſis, vt ſæpiſſimè dictū eſt, peruerſum eſt dogma circa ea quę ſunt fidei: ſchiſma verò, vt in diffinitione ſuperius tradita, eſt quædam illicita ſciſſura ab vnita-
527 te Eccleſiæ, & ita eſt intelligendus, tex. in d. c. inter hæreſim & ſchiſma. 24. quæſt. 3. quia hæreſis ſe habet ad ſchiſma per additionem: & omne, ꝙ ſe habet per additionem ad aliud (vt diui Thomæ verbis vtar) potentius,
528 & efficacius eſt illo, cui additur ſiue in bono, ſiue in malo. l. nunquā plura delicta. ff. de priuat. delict. l. & ſi cōtra tabulas. in fine. ff. de vulga. & pupil. ibi, portio accreſcens auget. l. ſi hæres inſtitutus. ff. ad l. falcid.
529 ¶ Ob id maxima cū ratione ſchiſma maius peccatum eſt, quàm hæreſis, quia grauiori pœna punitur iuxta illud Deutero. c. 25. pro menſura peccati erit & plagarum modus: pœna enim delicto commenſurāda eſt. l. reſpiciendum. ff. de pœn. l. ſancim⁹.
530 C. eo. & ex genere pœnarum cognoſcuntur qualitates delictorum. l. nemo clericus. vbi Bald. nume. 6. C. de ſumma Trinita. l. 2. ff. de pub. iud. ſed ſchiſmatis crimen grauiori vindicta punitur, vt patet in Nume. c. 16. & in Deute-





Deutero. c. 11. & in Pſalm. 105. tranſumptiuè in cap. licet deuitanda. de elect. & in c. denique. 7. q. 1. & in c. didiſcimus. 24. q. 1. vbi Dathā & Abiron, & Chore fecerunt ſchiſma in de-
531 ſerto contra Moyſen & Aaron, quærentes ſibi ducatum & Principatum pro Moyſe vſurpare, & ſummum ſacerdotiū pro Aaron, qui propter hoc grauiter fuerunt puniti à Deo, quando vniuerſo populo ſeparato à tabernaculis Chore, Dathan, & Abiron, confeſtim dirrupta eſt terra ſub pedibus eorum, & aperiens os ſuum deuorauit illos, cum tabernaculis ſuis, & vniuerſa ſubſtantia eorum, deſcēderuntq; viui in infernum. Et ſchiſmatici etiam ipſo iure ſunt excommunicati. c. quia diligentia. de elect. c. 2. de ſchiſmat. c. de Liguribus. 23. q. 5. Abb. in rub. de ſchiſmat. vbi pleni⁹ Maria. Socin. nume. 7. Paul. Grillā. de hæret. q. 2. nume. 2. latiſſimè Conrad. Brun. de hæret. lib. 5. c. 18. Turr. Crē.
532 in d. ſum. lib. 4. part. 1. c. 8. vbi inquit, quòd ſchiſmaticus eſt etiam deponendus. allegat. c. in nomine Domini. 23. diſtin. poterat etiam allegare. c. ſi quis presbyter. 11. q. 3. & c. licet de elect. & ca. vni. de ſchiſmat. lib. 6. idē verò Cardin. Turr. Crem. in prædicto loco. c. 9. magiſtraliter. 22. ſchiſmata ſcripſit quæ fuerunt in Dei Eccleſia, quæ nota, & tene menti.
533 ¶ Inſuper vt ad meam ſentētiam reuertar quòd ex prauis & reprobatis actibus, prauus præſumatur animus, probatur ſic. Voluntas & cōſenſus interior interiùs operantur, ſi nihil exteriùs infunditur: & iſta voluntas quo ad iuris effectum non eſt voluntas, neque conſenſus iuxta notiſſimam iuris regulam, qua voluntas in mente retenta, nihil operatur. l. ſi
534 repetendi. C. de cōdic. ob turp. cauſ. l. ſi mater. C. de donat. ant. nup. l. quidam cùm filiū. vbi Bart. ff. de hæred. inſtit. Sed quando volūtas operatur exteriùs, & ad facta procedit, validū
535 habet conſenſum. Nam in factis præſumitur animus & voluntas operantis, niſi in contrarium ipſe fuerit proteſtatus. l. repetenda. C. de inſtitu. & ſubſtit. ſub con. fact. l. vnica. §. ſed & qui domini. ibi, fiant itaque ciues. C. de latina libert. tollen. Quia voluntas in actibus humanis complendis debet eſſe extrinſeca & ſenſibilis, & non interior & ſpiritualis, vel mentalis tantùm. l. Paulus. ff. rem ratā hab. l. recuſari. vbi glo. & Bartolus. ff. de
536 acquiran. hæred. Quæ ſanè volūtas cùm ſit inuiſibilis per actus exteriores cognoſcitur in quibus animi effectus exprimuntur. l. plures. §. ſi parentes. ff. de adminiſt. tut. l. cùm debitum. C. de iur. delibe. Qui actus cum ſint manifeſta quædam ſigna interioris diſpoſitionis, & verum experi-
537 mētum animi & voluntatis. eſt concordare cum rebus ſenſatis. l. conficiuntur. ff. de iur. codicill. l. nō aliter. ff. de leg. 3. vnde colligitur quòd qualitas factorum apertè demonſtret intentionem actorum.
538 ¶ Vſque adeo id verum eſſe dicimus, quia ex propria vi & natura factum in ſe includit animum & volūtatem: nam impoſſibile eſt probare animum à voluntate abeſſe. Hoc autem optimè probant duo iura ſing. videlicet. c. tua nos. de ſpōſal. ibi, nec habebat propoſitum contrahendi, & ibi, qualiter conſtet non videmus. Vbi iudicatur validum & perfectum eſſe matrimonium, etiam ſi contrahens animum, & voluntatem contrahendi non habuiſſe affirmet. tex. in. c. vidua de regular. id etiam probat, vbi vidua, quæ ſponte ſe ingerit actibus profeſſarum cenſetur profeſſa, & non auditur etiam ſi proba-

re voluerit,talem animum, & volun
tatem abfuiſſe.
539 ¶Ex actu etiam nullo & inualido,
ac minus ſolenni agentis intentio,
& voluntas colligitur.l.fin.ff.de reb.
cor. qui ſub tutel. & cura ſunt. l.qui
teſtamento.ff.de fideicommiſ.liber.
Authent.ex cauſa. C.de libr.præter.
vel exhæred. & in facto etiam pro-
pter aliud emiſſo ineſt voluntas præ
ſumpta.l.pro hærede.§.1.ff.de acqui
ren.hęred.l.cum debitum.C.de iur.
deliber.vbi ſoluendo debitum hære
ditarium animum adeundi hæredi-
tatem habere videtur. c.accedenti-
bus.de priuileg.ca.ex ore,de his quæ
fiunt à maior.par. ca. c.ſolicitudinē.
de appellat. vbi ſi appellans ab infe-
riori, coram eo ſuper concernenti-
bus ipſam appellationem cōpareat,
ipſi appellationi renuntiare videtur.
Vnde in facto nō propter ſe,ſed pro-
pter aliud emiſſo, quadā iuris fictio-
ne agentis animus,& præſumpta vo
luntas ineſt.
540 ¶Ex quo meritò à noſtri iuris pro
feſſoribus traditum eſt, contrahen-
tem ſecundum matrimonium pri-
ma vxore viuente,ab inquiſitoribus
hæreticę prauitatis poſſe puniri,qua
ſi non rectè ſentientem de ſacramē-
to matrimonij.Ita Domin. & Philip.
Fran.in.c.accuſatus.§.ſanè.nume.7.
de hæret.in.6.allegando Lapum.ibi.
Villadiego.de hæret.q.9.num.5. Fe-
lin.in.c.ad abolendam.in prin. de hę
ret.Franc.Squill.de fide Catho.c.15.
nume. 2. Alphon. de Caſtro.de iuſt.
hæret.pun.lib.1.c.1.Conra.Brun.de
hære.lib.1.c.2.ſumma Roſella.in ver
bo, hæreticus.nu. 6.repert.inquiſit.
verb.hęreticus.verſ.ex quibus ſupra
traditis.Ioan.Lupus in dict. c.per ve
ſtras.§.12.nu.25.Lud.Carrer.de hæ-
ret.§.circa ſecundum.nu.60.in fine.
Couarru.in.4.decretal.par.2.ca.7.§.
3.num.6.Albert.pleniſsimè omniū,
de agnoſ.aſſer.q.23. per totam quæ-
ſtionem. Iac. Sep.in enchi.tit.12.di-
541 cens, quòd omnino reijcienda eſt o-
pinio multorum diſtinguentium in
ter matrimonium occultum, vel pu
blicum:quæ opinio omni ratione ca
ret. Et ab eo illa opinio plenius fuit
confutata,in inſtitu.catho.c.40.nu.
3. & hoc iure vtimur ſiue matrimo-
nium occultè, aut publicè fuerit cō-
tractum.Nam ad Inquiſitores hære-
ticæ prauitatis cognitio huiuſmodi
delicti pertinet, contra diſtinctionē
per Doctores modo citatos relatam
inter publicum & occultum matri-
monium,præſertim quia per concil.
Triden.ſeſsio.24.cap.1.de reformat.
matrimonij, Clandeſtina matrimo-
nia ſunt nulla.
542 ¶Communiter autem iuris pro-
feſſores affirmant cognitionem hu-
ius criminis eſſe mixti fori, & conſe-
quenter inter Inquiſitores, Epiſco-
pum, & iudices ſeculares locum eſſe
præuentioni, vt concludit Abb. per
text.ibi.in.c.1.de offic. ordina.idem
in. c. cùm ſit generale.de for. comp.
& in. c.cum haberet.nu.3. de eo qui
dux.in matri. quam poll. per adulte.
Alber.de agnoſ.aſſer.q.23.nume.76
& Couarru.in.d.c.7.§.3.num.6.alle-
gando Rom. ſing. 531. de qua re eſt
l.eum qui duas.C.de adulter.ex qua
l.iuncta glo.in verbo infertur,cōtra-
hens ſecundum matrimonium, vi-
543 uente prima coniuge , verberatur
cum relegatione ad quinquennium
& amiſsione dimidiæ partis bonorū.
Alexan.optimè,conſil.165.vol.7.Re
gia.l.2.titu.19.part.7.De iure autem
nouiſsimo regio regni Caſtellæ con
trahenti binas nuptias candenti fer
ro in fronte imprimitur litera.q. vt
habetur.l.6.titul.15.libro.8.ordin.&
544 l.3.titu.1.lib.5.ordin. Quidam verò
putant



putant prædictam legem vitio ſcri-
ptorum eſſe deprauatam,& quod in
codicibus antiquis hoc ſignum: ij.e-
rat poſitum, quaſi duas haberet vxo-
res, & ex his duobus characteribus.
ij. in parte ſuperiori iunctis propter
nimiam ſimilitudinem, facta fuit li-
tera.q. Et iſta pœna in regno Caſtel-
læ ad proxim recepta eſt. Didacus Co
uarruuias inſignis Doctor in. d.ca.7.
nume.7.in fine, refert in vetuſtiſsi-
mis ordinationibus regni Caſtellæ
loco literæ, q. ſignum ✠ inueniſſe,
quaſi contrahens binas nuptias ma-
le ſentire videatur de ſigno crucis.
In hoc verò regno Valentiæ eſt pœ-
na pecuniaria mille ſolidorum, cum
relegatione à toto regno, & eſt fo-
rus.44. Regis Iacobi.1.ſub tit. de cri-
minibus.
545 ¶De iure verò canonico per iudi
ces eccleſiaſticos publica ignomi-
nia imponitur.c.de benedicto.32.q.
1. vbi glo.in verbo & caluatos, quia
pannis abſciſsis, id eſt, dehoneſtatis
veſtes, & capilli inciduntur ante &
retro in ignominiam, etiam ſi ſit mū
lier.c.Epiſcopi.26.q.1.c.nuper.de bi
gam.refert Abb. in dict.c.cùm habe
ret.nu.3. & Couarru.vbi ſupra. Vſus
tamen obtinuit hos & ſortilegos, ac
diuinatores in ſcala ante portas Ec-
cleſiæ poni.
546 ¶In ſacroſancto Inquiſitionis hæ
reticæ prauitatis officio,contrahen-
tes binas nuptias,primis vxoribus vi
uentibus, fuſtibus cædi ſolent, cum
relegatione ad tempus, vt refert Ia-
co. Sept.in inſtit.catho.c.40.num.1.
in fine. Sed in Enchirid. tit.12.num.
6. inquit, quòd plebei flagellis cæſi
ad remos, vel triremes dimittantur,
nobiliores verò alijs iuſtis pœnis
coerceantur. Et quòd ad triremes hi
condēnentur, ſic nuperrimè per æ-
quiſsimos ac prudentiſsimos fideiq;
defenſores Regij ſenatus ſacroſancti
officij generalis Inquiſitionis conſi-
liarios ſuperioribus hiſce diebus de-
cretum eſt. Quod ſane decretū vim
legis, & authoritatē Canonis, & con
ſtitutionis in omnibus alijs ſimilibꝰ
547 cauſis obtinet.l.fin. C.de legib. ca.in
cauſis.de re iud.ca.conſultationi. de
548 frig.& malefi. Nam pœnarum gene-
ra ſunt diſtinguēda ex qualitate per
ſonarum. l.aut facta.§.perſona. ff.de
pœn. l. pedius. & l. fina. de incend.
ruin.& nauf.l.fin. C.ad.l.Fa.de plag.
c.cum quidam.de iur.iuran. ca.ſicut
dignum de homicidio. Et eſt aduer-
tendum, quòd in caſu dubio conſue
tudo in pœnis imponendis eſt ſeruā
da.l.hodie.iuncta glo.fina.ibi.ff.de
pœn.& glo.in.ca.cum venerabilem.
verb.migraſſe.vbi Abb.de conſuetu
di. Idem Abb.in.c.inter cætera.vbi
Felin.in fin.de reſcrip.& in.c. de cau
ſis. de offic. delegat. Idem Abb. per
text.ibi in.c.1.de ſecun. nūp. Bald.in
l. etſi ſeuerior. C. ex quibus cauſ. in-
fam.irrog. & in. l. quid ego.§.pœna
grauior.ff.de his qui not.infam. Ple-
nè Tiraquell. de pœn. temperan.in
549 præfat.num.4.& in cauſa.42.Cogni-
tionem tamen huius criminis ſuſpi-
cor ad ſolos Inquiſitores hodie per-
tinere per extrauag. Clementis. 6.
per Albert.relatam,in libr. de agno-
ſcen.aſſer.q.23.num.75.in fin. Quia
iſte talis qui duas vxores ſimul ha-
bet, interrogandus eſt de intentio-
ne, ſi credit ſibi id licere, vt cōſtitua-
tur verè hæreticus: quia male vide-
tur ſentire de illo ſacramento Eccle
ſiæ.c.ad abolendam in princi.de hæ-
ret. Alber.de agnoſ.aſſer.q.23.num.
53.cum ſequent.
550 ¶Et eadem ratione contra cleri-
cos in ſacris ordinibus conſtitutos,
& monachos profeſſos, contrahen-
tes de facto matrimonium, Inquiſi-
tores

tores hæreticæ prauitatis procedũt.
Bal. in. l. nemo clericus. num. 5. &. 6.
vbi Paul. de Caſtro. & Salice. C. de ſũ-
ma. Trini. & fide Catho. Abb. in cap.
cum quidam. nume. 4. de iureiuran.
& in ca. de homine. de celeb. miſſar.
Squillacen. de fide Catholi. c. 15. nu.
2. Felin. in. d. c. ad abolẽdam. in prin-
ci. vbi plenius Ioan. de Anan. nume.
27. Ludo. Carrer. de hæret. §. circa ſe-
cundum. nume. 60. Bernar. Diez. in
practica crim. canon. c. 74. poſt prin.
Alberti. in rubr. de hæret. in. 6. q. 13.
num. 36. & de agnoſ. aſſer. quæſt. 23.
num. 54. Iacob. Septim. in. d. c. 40. nu
me. 1. & 2. & in Enchiridi. Inquiſit.
tit. 12. in princip. Matthæ. de Afflict.
in conſtit. Siciliæ lib. 1. titu. 1. nume.
25. Abb. verò in cap. licet de vitan-
551 da. num. 4. de elect. inquit, quòd Pe-
trus habebat vxorem quando fuit
promotus in Pontificem. Vbi Philip
pus Decius dicit. nume. 9. quòd con
tra Papam electum non poteſt poni
quòd ſit vxoratus, allegat glo. mag.
in. c. ſi quis pecunia. 79. diſtin. Idem
Abb. in cap. Ioannes. de regular. ait,
quod intelligendum eſt iuxta diſtin
ctionem glo. in. d. ca. ſi quis pecunia.
Martin. Laudẽ. de Principibus not.
250. pleniſsimè de ſacerdotum cœli
batu. Felician. Minguarda. in aſſer.
Catho. fidei. par. 1. ar. 9.

552 ¶Neque hoc in loco prætermit-
tendum eſt tanquã in hoc regno Va
lentiæ quotidianũ Inquiſitores pre-
fatos optimè procedere poſſe cõtra
Iudæos, vel Sarracenos, vel alios infi-
deles nõ baptizatos dogmatizãtes,
inter Chriſtianos, præſertim ſi ſunt il
li qui vulgo Alfaquini vocãtur. glo.
eſt celeb. in verb. hæreticum. in fin.
in Clem. vni. §. fina. vbi Card. nu. 10.
de vſur. idem Ioan. An. in cap. quod
ſuper his. poſt Innoc. ibi. nume. 8. de
voto. & idem. Io. Andr. in. ca. contra
Chriſtianos. de hæret. in. 6. vbi ad id
allegat quaſdam ſum. Pontifi. extra-
uag. Optimè Oldrad. conſi. 36. incip.
infraſcripti ſunt articuli, per totum
conſil. Felin. in. c. poſtulaſti. nume. 4.
de Iudæis. Villad. de hæret. q. 9. in fi.
Conrad. Brun. de hæret. libr. 4. ca. 2.
Bald. conſi. 315. incip. Iudæis tutelæ.
volu. 1. & conſi. 156. incip. quia ſæpe
reuocatur in dubium volu. 1. Alber.
in rub. de hæret. in. 6. q. 3. in fin. & q.
2. num. 51. & q. 7. num. 6. Ioan. Berta
chin. de Gabellis. 7. part. principali.
num. 39. repert. Inquiſit. verbo. cære
moniæ in fine.

553 ¶Item Inquiſitores præfati pro-
cedunt cõtra Iudæos, & Sarracenos
non baptizatos, impedientes iuriſdi
ctionem ſancti officij Inquiſitionis
hæreticæ prauitatis. c. vt officium. §.
compeſcendi. de hæreti. in. 6. tenet
Innocen. in. d. ca. quod ſuper his. nu-
me. 8. de voto. Abb. in. c. gaudemus.
num. 12. de diuort. repert. Inquiſit.
verbo. Iudæus. verſ. an ex qua cauſa
554 Inquiſitorum. Ratio tamen eſt, quia
Inquiſitores ſunt fidei defenſores, at
que eis commiſſa eſt religionis Chri
ſtianæ defenſio. c. accuſatus. §. ſanè.
&. §. de quæſtionibus. & cap. vt offi-
cium. §. deniq;. de hæret. in. 6. Clem.
1. de hæret. Et per conſequens cen-
ſentur omnia eis conceſſa, ſine qui-
bus iuriſdictio exerceri non poteſt.
l. 2. ff. de iuriſ. om. iudi. c. preterea. ca.
ſuſpiciõis. de offi. delegat. huic enim
concluſioni ſuffragatur text. in. c. 1.
& in. c. ſignificaſti. & in cap. pruden
tia. de offic. delegat. vbi delegatus
555 non ſolùm iuriſdictionem contra
partes in reſcripto contẽtas obtinet
ſed etiam contra alios quoſcunque
impedientes ſuam iuriſdictionem.
Ideo meritò inquit Innocen. in. c. di
lectus. de pœn. quẽ ſequitur Stepha-
nus Aufrer. nonnulla notatu digna
referen-



referendo in tractatu de poteſtate
ſeculari ſuper Eccleſiaſticas perſo-
nas. nume. 23. dicens, ordinario om-
nimodam iuriſdictionem compete-
re contra extraneos, & exẽptos ſuã
556 iuriſdictionem impedientes. Quod
ego ipſe exiſtens in epiſcopatu Pam
pilon. Prouiſor, ac Vicarius generalis
pluries in praxi contra Canonicos
regulares illius Eccleſiæ, & quoſdam
monachos diui Bernardi obtinui.

557 ¶Inſuper Inquiſitores fidei pro-
cedunt contra Iudæos, Sarracenos,
vel alios infideles nõ baptizatos, cir-
cuncidantes pueros, & contra hære-
ticorum receptatores, & contra cõ-
pellẽtes aliquem, vt fidem abneget,
vel inducentes illum ad eorum rit⁹,
& publicas cæremonias, aut ad alia
ſimilia in offenſam diuini nominis,
& opprobrium noſtræ fidei Chriſtia
næ, vt eſt tex. in cap. nonnullis de Iu-
dæis. & in Clem. vniuerſa. eo. titu. ita
tenet Oldral. in dict. conſil. 35. Con-
rad. Brun. optimè lib. 4. de hæret. c. 2.
Villadieg. de hæret. q. 9. nu. 11. Car-
di. in. d. Clem. vnica. de Iudæis. num.
1. in fine. per tex. ibi in illis verbis, no
minis ipſius ſacrilegi Mahometi pu-
blicè. &c. Et Alberi. de Roſate in ſuo
diction. verb. Sarraceni. Hoſtien. in
rub. de Sarracen. Alber. in. d. rub. de
hæreti. q. 3. & repert. Inquiſitorũ ver
bo. cæremoniæ, & verbo Iudæus. Io.
Bertachin. de Gabell. 7. par. princip.
nu. 39. Belluga. in ſpecul. princip. tit.
de propo. graua. §. viſo. rub. 11. num.
21. Contrariũ verò tenuit Iaco. Sep.
in inſtit. Catho. c. 35. num. 8. & in En
558 chirid. Inquiſit. titu. 17. nu. 2. dicens,
Inquiſitores contra predictos mini-
mè poſſe procedere, cuius opinio,
ſalua ſumma eius authoritate, reij-
cienda eſt, & etiam opinio. Bart. So-
cin. in conſi. 119. incip. præſupponi-
tur. volu. 4. vbi referendo pro parte
affirmatiua. 14. fundamenta, & pro
negatiua. 18. concludit Iudæum illũ
dicentem aduerſus Chriſtianum il-
la verba turpiſsima videlicet, *La fede
veſtra, è fede di catzi*, ab Inquiſitoribus
non poſſe puniri. Idem tenuit Areti
nus. conſi. 157. incip. copioſè & ſubti
liter. Et Anchar. conſi. 15. vbi conſu-
luit, quod iudex ſecularis debet pu-
nire Iudæum, qui proiecit immun-
ditias ſuper crucem, quæ in litanijs
559 deferebatur. Quod conſi. non rectè
allegatum refert Felin. in dict. c. po-
ſtulaſti. nu. 5.

560 ¶Sed tutius eſt opinionem pri-
mam ſupra relatam ſequi, nam illius
non debemus diſsimulare oppro-
brium, qui probra noſtra deleuit, vt
inquit text. in dict. c. nonnullis. Quia
quod in religionem diuinam com-
mittitur in omnium fertur iniuriã. l.
Arriani. l. Manichæos. C. de hæret. l.
2. C. de apoſt. & in Leuit. c. 24. habe-
tur de illo homine alienigena, qui in
deſerto maledixit Deo Iſrael, quem
Deus mãdauit lapidari. Et eadem ra
tione, qui vicem Dei gerit in terris,
pro vt eſt ſummus Pontifex. c. ſigni-
ficaſti. de elect. ca. ſolitæ. de maior. &
obedien. ca. 2. de maledic. poteſt pu-
nire huiuſmodi delictum. Nam text.
in. c. 2. de maledic. indefinitè, & ge-
neraliter loquitur, & ſic in omni ca-
ſu eſt intelligendus. l. ſi plures. ff. de
legat. 3. l. 1. §. & generaliter. ff. de le-
gat. præſtan. ca. ſi Romanorum. 19.
diſtin. quia vbi lex non diſtinguit, ne
561 que nos diſtinguere debemus. l. de
pretio. ff. de pub. in rem act. Maximè
quando certum eſt quòd ratione de
licti eccleſiaſtici, id eſt, ad forum ec-
cleſiaſticum ſpectantis, delinquens
efficitur de foro Eccleſiæ. cap. Iudæi.
2. c. ad hæc. c. poſtulaſti. de Iudæ. vbi
in illis delictis Eccleſia punit Iudæos
& in alijs relatis per glo. ſing. verbo,
princi-

principũ. in Clem. 1. de teſtib. Et ho-
rum omnium optima ratio eſt illa,
quæ pro religione facit, vt hiſce ver-
bis inquit. l. ſunt perſonę. ff. de religi.
& ſump. fun. Et præſertim quia ad id
562 eſt quædam conſti. Nicolai Papæ
quarti, quæ habetur in direct. Inqui-
ſit. & eam refert Iac. Sep. d. tit. 18. in
princ. Aliæ etiam extant conſtitutio
nes Gregorij. x. & Clementis. 6. quas
refert Io. An. in. d. c. contra Chriſtia-
nos. & Villad. de hære. quęſt. 9. in fin.
563 ¶Neque prædictis obſtat notiſsima
iuris regula, dicens, quòd de his qui
foris ſunt nihil ad nos attinet iudica
re, vt inquit Paul. Apoſt. 1. Corint.
cap. 5. &. ca. gaudemus. de diuort. ca.
multi. 2. q. 1. Nam illud intelligen-
dũ eſt, quòd Iudæos, vel infideles ex
communicare, vel ad fidem ſuſcipiẽ
dam compellere minimè poſſumus:
c. ſicut. de Iudæis. c. maiores. §. Item
quæritur. de baptiſ. c. ad fidem. 23. q.
5. c. de Iudæis. 45. diſtin. Et ita quoad
hæc nihil ad nos: quia tales non ſunt
de Eccleſia. & ſic Innoc. in. d. c. quod
ſuper. de voto. Abb. in. c. gaudemus.
num. 12. de diuor. &. in. c. poſtulaſti.
nu. 2. de Iudæis. vbi pleniùs Felin. &
Marian. Socin. per tex. ibi quod Iu-
dęus percutiens clericum, in excom
municationem non incidit: ſed pœ-
na pecuniaria vel corporali eſt pu-
niendus.
564 ¶Sed indubitatum exiſtimo per
principes & iudices ſeculares, poſſe
Iudæos paganos ſeu infideles in hu-
iuſmodi delinquentes puniri. l. nul-
lus. l. Iudæos. C. de Iudæis. l. j. & l. ne-
mo. C. de pag. capit. ſicut Iudæi. de
Iudæis, Nam ratione delicti efficiun
tur de eorum iuriſdictione. l. fin. ff.
de accuſat. auth. qua in prouincia. C.
vbi de crim. agi oport. c. poſtulaſti. c.
fin. de foro compe. Ob id meritò Iu-
dæi à regibus & principibus Chriſtia
nis expelli à ſuis regnis & prouin-
565 cijs poſſunt, ne ſua perfidia noceant
catholicis. Imò in concil. 6. Toleta.
ſub Honorio Papa celebrato. c. 3. cau
tũ eſt, quod Hiſpaniarum reges tem
pore adipiſcendæ regni poſſeſsionis
iuramentũ præſtare teneãtur, de ex-
pellẽdis à ſuo regno infidelibus. Quo
ſaluberrimo ſtatuto Chriſtianiſsimus
rex Ferdinandus cognomento Ca-
tholicus, anno ſalutis. 1492. vſus fuit.
Qui à tota ditione ſua omnes Iudęos
656 expulit, edita ſuper hoc pragmatica
ſanctione Granatẽſi, vltima die Mar
tij dicti anni. 1492. & alia anno. 1499
Quod vtiq; maximis laudibus refert
Picus Mirandulan. libr. 5. aduerſus
aſtrologos. c. 12. & Bartholomæus
Miranda, nunc Archiepiſcopus To-
letanus in ſumma parua Concil. ſu-
per. d. ca. 3. & repert. Inquiſit. verbo
567 Iudæus. verſ. ſed an poſſunt Iudæi ex
pelli. Et fuerunt tunc expulſi qua-
dringenta viginti millia Iudæorum,
& refert Albert. in rub. de hæret. q.
3. num. 6. & Iac. Sep. in inſtit. cathol.
capit. 35. num. 7 & in Enchirid. tit.
17. in fine. Et tempore religioſiſsimi
Hiſpaniarum regis Siſebuti, Iudæi
coacti fuerunt baptizari, vt refer. ca.
35. concil. 4. Toletan. &. capit. de Iu-
dæis. 45. dict.
568 ¶Sed qua ratione hodie in ciuita
te Romana, atque in aliquibus Ita-
liæ partibus, ſicut olim in Hiſpania
ante prohibitionem religioſiſsimi
principis Ferdinandi, Iudæi habita-
re, & ſuos ritus, & feſtiuitates celebra
re permittuntur, potiùs quàm Sarra
ceni, vel alij infideles, vt in. ca. Iudæi
de ciuitate. &. c. conſuluit. de Iudæ-
is. Probant enim veteres Synago-
gas Iudęos poſſe habere. &. c. ſicut Iu
dæi. eo. tit. quòd Iudæi in feſtiuita-
tum ſuarũ celebratione à Chiſtianis
minimè moleſtentur. &. l. Iudæos.
C. de



C. de Iudæis. quòd Iudæi ritus ſuos
& conſuetudines citra contemptũ
Chriſtianæ religionis retineant. &.
l. die ſabbato. C. eod. tit. quòd Iudæi
in die ſabbati, & in alijs ſuis feſtiuita
tibus non poſſunt conueniri, neque
ad iudicium trahi. Et in. cap. qui ad
ſyncera. 45. diſt. Gregorius Papa ſcri-
pſit Epiſcopo Neapolita. dicẽs quòd
569 nullo modo permittat Iudæos Nea-
politanos in terris Chriſtianorũ ſuas
feſtiuitates celebrantes moleſtari,
ſed quòd prædicti Iudæi liberam ha
beant facultatem ſuos ritus & feſti-
uitates celebrandi: quod aliter eſt
in Sarracenis, & alijs infidelibus. l. 2.
C. de pagan. l. 2. C. de ſumm. trin. &
fid. catho. l. conuenticula. C. de Epiſ.
& cleric. clem. vnica. de Iudæis. vbi
Card. nu. 3. & Ioan. de Imol. referũt
rationem diſcriminis, videlicet, quia
Iudæi colunt Deum vnum & verũ,
570 Sarraceni verò Mahometum homi-
nem facinoroſum & nefandum. Et
Ioan. An. & Abb. in. d. cap. conſuluit.
de Iudæis. dicunt quòd ex eo Iudæi
ſuſtinentur, quia eſt ſpes de eorum
conuerſione, atque vt faciliùs ad fi-
dem trahantur. Bald. in. dict. l. 2. C.
de ſumm. Trinit. nu. 4. inquit quòd
Iudæi non ſunt adeò deteſtabiles ſi-
cut hæretici: quia fides Iudæorum
habuit principium veritatis. Felin.
in rub. de Iudæis. latè Petrus de Car-
caſſona in. l. quoniam. in fin. C. de
hæret. Paul. ad Hæbreòs. cap. 7. ex
tribu Iuda ortus eſt Dominus no-
ſter. & in Euangelio Ioã. cap. 4. Salus
ex Iudæis eſt.
572 ¶Item comprobatur principalis
noſtræ cõtrouerſię aſſertio per tex.
in. l. Si tamen ſine culpa. §. ei qui ſer-
uũ. ff. de ædil. edict. ibi, multò enim
amplius eſt id facere quàm pronun-
tiare. l. qui ſtatuas. & l. famoſi. §. fin.
ibi, crimen maieſtatis facto commit
titur violatis ſtatuis & imaginibus
principis. l. 1. ff. ad. l. Iul. maieſt.
A fortiori igitur hæreſeos crimen ſo
lo facto perpetratur, cùm longè gra-
uiùs ſit diuinam, quàm temporalem
lædere maieſtatem. ca. vergentis. de
573 hæret. cap. ſicut qui Eccleſiam. 17. q.
4. Æquum enim eſt, vt tantò gra-
uior ſit in Deum iniuria, quãtò Deus
eſt homine ſuperior. l. aut facta. §. per
ſona. ff. de pœn. l. omnis. §. 1. ff. de re
milit. Nobilitas enim ſubiecti deli-
ctum auget & aggrauat. l. atrocem.
C. de iniur. l. Prætor edixit. §. atro
cem. ff. eo. auth. vt non lux. hom. cõt.
nat. in prin. col. 6. Hæretici ponũt os
574 in cælum, alij verò delinquentes in
homines, ideo Bald. in. l. 1. num. 31.
in fine. C. de his qui accuſ. non poſſ.
affirmat hæreſim, in quam quis ex lu
575 brico ignorantiæ cadit grauius deli-
ctum eſſe, quàm doloſum homici-
dium, refert Anani. in rub. de hæret.
num. 2. & Conrad. Brun. de hæret.
lib. 1. cap. 3. in prin. Si enim læſæ ma-
ieſtatis humanæ crimen grauiſsimũ
in iure cenſetur ex eo quòd honor
& gloria principis detrahitur, vel
eius ſtatuæ corrumpuntur, vel conſi
lio, vel dolo malo quicquam in Rem
pub. fuerit perpetratum, vt in. l. 1. &
2. & in. d. l. qui ſtatuas. ff. ad. l. Iul. ma-
ieſt. quantò magis erit grauiſsimum
crimen eorum, qui ipſam diuinam
maieſtatem lędunt, & Eccleſię ſacra
menta ſacrificia & cæremonias ad
gloriã & honorẽ Dei pertinẽtes cor
rumpunt, & omnino ſubuertunt?
576 ¶Et quia hæretici ipſa Chriſtianæ
religionis fundamẽta radicitùs co-
nantur euellere, meritò ſancti Pa-
tres, hæreticos fures, latrones, ſacri-
legos, lupos rapaces, canes rabidos,
vaſa iræ, pſeudoprophetas, & orga-
na diaboli vocarunt, vt refert Faber
contra Lutherum, tract. 5. text. 5.
&. 16.

&c. 16. &c. 25. Conrad. Brun.in.d.c.3.
&c. 13. & Iac.Sep.in inſtitu.Catho.ca.
31. num. 10. Ex genere enim pœna-
rum, quibus hæretici & ſchiſmatici
puniuntur qualitates delictorũ co-
gnoſcuntur.l.2.ff.de pub. iud.l.reſpi
577 ciendum. ff. de pœn.vt patet in Da-
tan,& Abiron,& Core,quos tanquã
hæreticos & ſchiſmaticos terra de-
uorauit cũ tabernaculis ſuis, & vni-
uerſa ſubſtantia eorum,vt in Deute-
ronomio.c.11.& Num.c.16.& habe
tur in. c. licet. de elect. c. didicimus.
24. q. 1. hoc autem tam deteſtabile
crimen inultum & impunitũ eſſet,
ſi per ſigna & actus exteriores ani-
mus, intentio, & voluntas non pro-
barentur. Quę alioquin eſſent diffi-
cilis ſeu impoſsibilis probationis, cũ
in animo & intellectu cõſiſtant, quæ
578 à ſolo Deo, vt dictum eſt, cognoſcun
tur, meritò per actus exteriores de-
claratur, & euidenter probatur mẽs
& voluntas alicuius, vt in dict.c.tua
nos, de ſponſal.& in. c.accuſatus.de
hæret.in. 6.c.à nobis.2.de ſenten.ex
comm.quem tex. ibi notat Marian.
Socin. not. 7. &. Palat. Rub.in alleg.
hæreſis.§.7.in fin.dicẽs, quòd ea quæ
in animo conſiſtunt, probantur per
ſigna exteriora. l. ob quæ vitia. ff. de
ædil.edict.l.quidam in ſuo.ff.de cõd.
inſtitu. vbi furor & dementia, quæ
in mente,& in intellectu ineſt, & ſo-
579 li Deo cognita eſt, & tanquam rem
inuiſibilem neque oculus videt, ne-
que aures audiunt, nihilominus te-
ſtibus per actus exteriores proban-
tur, vt docet Bart.in tract. de teſtib.
§.oppoſita prudentiæ. num. 95. & in
l.fin. ff. de bon. poſſeſſ.furioſ.vel in-
fan. delat. Optimè declarat Curtius
Iunior, conſi. 151. nu.8. & Corneus
conſi.85.nu.5.vol.2.
580 ¶ Et quamuis furor & dementia
ſint res quæ in intellectu conſiſtunt,
tamẽ ex his quę ſenſu corporeo per-
cipiuntur, per teſtes probantur, ab-
ſque alia ratione cauſæ. Quo caſu te
ſtis teſtificari videtur per ſenſum cor
poreum, ſaltim ſenſu intellectus: nã
iuris præſumptione actus interior
præſumitur, & per conſequens pro-
batio etiam, ſi teſtis in noſtro caſu
de credulitate deponat, nullam a-
liam ſuæ credulitatis cauſam reddẽs,
niſi quòd credit illum eſſe hæreticũ,
ex eo quòd ritus, & cæremonias hæ-
reticales fecit.Bald.in.l.conuenticu
la.nume.5. C. de Epiſcopis & cleric.
& in.l.data opera.nume.35.C.de his
qui accuſ. nõ poſſ. Ioã. de Imol.ſing.
in. c. literis poſt glo.ibi. num. 4.&.5.
de præſump. & in. c. quotiens.nu.7.
de teſtib.ſing. Anton.Gabriel.in ſuis
com.opinion.pag.386.verbo, teſtis.
581 Nam in actibus qui nõ cadũt in ſen-
ſum corporalem teſtium, prout eſt
actus credulitatis, dementiæ, doli bo
ni vel mali, ſat eſt teſtes de actibus
exterioribus deponere, quos ſenſu
corporeo percipere valent, ex qui-
bus iuris præſumptione concluda-
tur actus intrinſecus, de quo quæri-
582 tur. Talia enim ſunt, vel eſſe præſu-
muntur ſubiecta, qualia eorum præ-
dicata demonſtrant. l. hæredes pa-
lam. §. 1. in fina.ff.de teſtamẽ.l.cùm
quid.ff.ſi cert.petat.l.3. ff.de legat.3.
Ex quibus apertè cõmunis. dd.theo
rica declaratur, quòd quamuis regu
lariter teſtimonium de credulitate
non ſit efficax ad probandum. l.te-
ſtium. C. de teſtib. c.cùm cauſam.1.
de teſtib. Abb.in.c.quotiẽs.nu.6.de
teſtib. & in.c.vnico.nu.27.de lit.con
583 teſt. neque fidem teſtibus eſſe adhi-
bendam, nõ reddentibus rationem
per ſenſum corporeum: puta per vi-
ſum, auditum, guſtum, odoratũ, vel
tactum. l.diem proferre.§.coram. ff.
de recep. arbit. l. teſtiũ. C. de teſtib.
c.cum



c.cũ cauſam. 1. vbi Innoc.& alij, præ
ſertim Felin.num.5.de teſtib. Subti
liter Bal.in rub.C.ſi ex falſ. inſtr. vel
teſtim. iud.ſit. Tamen illud limitan-
dum & intelligendum eſt, niſi teſtes
deponant de actibus qui ſuapte na-
tura in ſenſum corporeum non ca-
dunt, vt proximè dictum eſt.
584 ¶ Prędictorum autem ratio ea eſt
quòd iura ſecundùm diuerſas rerum
ac negotiorum qualitates, diuerſas
formas ac varios probandi modos
ſtatuerunt. Ita inquit Feder.de Sen.
conſ.119.incip.nulli dubiũ eſt.quod
refert Felin.in. cap. veniens. nu. 21.
de teſtib. de quo pleniùs per me in
585 ſing.meo.189. incip. teſtis crimino-
ſus.nu.25. Et ob id probationum ma
teria in iudicantis arbitrio conſiſtit,
& eius iudicio relinquitur.l.3.ibi, tu
magis ſcire potes.ff.de teſtib. capit.
cõſtitutus.in fin.de fideiuſſor. Paul.
Caſtren.in.l.admonendi.ff. de iure-
iuran.Nicol. Boer.deciſi. 101. incip.
586 difficile eſſe.nu.8. Indiciorũ quoque
materia eſt arbitraria Bart.in. l. fin.
nume.5. ff. de quæſtion. Bald.in.l. 1.
nu. 21. C.de confeſs. Io. An. in reg.
cum in contemplatione.de reg. iur.
Thom.Gram.conſi. 57. in cauſa mi-
hi tranſmiſſa.num.24.
587 ¶ Vſque adeo id verum eſſe cen-
ſemus, quod pulchrè inquit Bart. in.
l.Lucius Titius.nu.3.in fin. ff. de his
qui.no.infam.in arbitrio iudicis eſſe
nõ adhibere fidem teſtibus clarè &
apertè deponẽtibus, dummodo cau
ſam in ſententia ne puniatur in ſyn-
dicatu exprimat. Idem tenuit Bal.in
l.cum magiſtratus.nu.6. C.quã. pro-
uoc.nõ eſt neceſſ. Sequitur Paris de
Puteo de ſyndicatu.verbo, poteſtas.
& verbo. conſulo.Felin.in.cap.licet
cauſam. num. 5. & in cap. quoniam
cõtra.nu.49.de probat. & in.c.de cę-
tero.& in.ca.ſicut.de re iudic. Quod
vtique dictum Bart.dixit eſſe ſtupẽ-
dũ. Thom. Grã. vbi olios refert voto.
588 14.nu.20. Tutiùs tamẽ eſſe arbitror,
quòd etiam in præſentia teſtium eo
rum vacillationes & trepidationes,
aliaq́; ſigna, quibus iudicis animus
formatur, in ſcriptis reddantur, vt
docet Innoc.in.d.cap.quoniam con
tra.num. 5. vbi latiùs Felin. num.49.
idem Felin.in capit. ſicut. nu. 16. de
re iudicata. Hyppol. in.l. eos qui di-
uerſa.ff. de falſ. & in ſing. 103. incip.
varietas, iuxta illud, ò quàm diffici-
589 le eſt crimen non prodere vultu.l. 3.
ff.de teſtib.auth. apud eloquentiſsi-
mum.C.de fide inſtr.c.in capite qua
drageſimæ.50.diſt.
590 ¶ Poſtremò noſtra aſſertio apertè
conſtat, ex eo quòd qui facta, vel ver
ba hæretica dixiſſe, ſeu commiſiſſe
inficiatur, negatque ſtante legitima
probatione, tanquam impęnitens
& negatiuus eſt relaxãdus. c. ad abo-
lendam. in prin.de hæret cap. ſuper
quibuſdam.de verb.ſig.c.cõuenien-
tibus.ca.quotiens.1.q.7. Verùm qui
591 factum hęreticum confitetur. eiuſq;
intentionem impiam & prauam cre
dulitatẽ renuit, virtualiter & in effe
ctu, cùm credulitas & intentio ſit
principalis forma & ſubſtantia, quæ
dat eſſe rei. l. Iulianus.ff.ad exhiben.
l.verum. l. qui iniuriæ. ff. de furtis
totum factum & delictum negare
videtur, vt docet Bart. in.l.inter ſti-
pulantem. in princ.ff.de verb.oblig.
& in. l. fin. §. fin. poſt glo. ibi. ff. de
doli mal. & met. excep. Optimè De-
cius in capi.cum venerabilis.nu. 20.
de excep.Felin.in cap. de hoc. nu. 5.
de ſimon.plenè Tiraquel.de pœn.tẽ
per.cauſ.30.num.17.
592 ¶ Ratio prędictorum euidens eſt,
quia in parte ſubſtãtiali, videlicet in
credulitate & intẽtione eſt diminu-
tus, ac per cõſequens pertinax & ne-

gatiuus eſt cenſendus. cap. perfecta
pœnitentia.de pœnit.diſt.1.c.fin.de
pœnit.diſt.5.Neceſſariaenim eſt pec
cati confeſsio ad pœnitentiam,neq;
veniam meretur qui peccatum non
agnoſcit.c.ſuper quibuſdã. de verb.
ſig.c.non poteſt.c. ſerpens. de pœni-
593 ten. diſt. 1. regul. peccati venia. de
regl.iur.in.6.Nam corde creditur ad
iuſtitiam,ore autem confeſsio fit ad
ſalutem.Paul.ad Rom.cap. 10. & ca.
quis aliquando de pœni.diſt. 1. & in
pſal. 50. quoniam iniquitatem meã
ego cognoſco. & pſal. 31. delictum
meũ cognitum tibi feci, & iniuſtitiã
594 meam non abſcondi.c.fin de pœnit.
diſt. 1. Quia taciturnitas peccati ex
ſuperbia cordis naſcitur, vt inquit
tex.in.d.c.quis aliquãdo. & omnes
hæretici ſunt ſuperbi. ca. hæreticus.
24.q.3. Optimè Philaſtrius Brixiẽſis
de hæret.pag.66.qui in illo tract. 27.
hæreſes quæ ante aduentum Chriſti
ſaluatoris noſtri.&.128. poſt aduen-
tum ſcripſit.
595 ¶Eadem ratione dicẽdum eſt de
eo qui pluribus erroribus plenè con
uictus nonnullos confitetur, alios
verò negat;qui tanquam impęnitẽs,
& in parte ſubſtantiali diminutus,
eſt relaxandus.ca.quem pœnitet de
pœnit.diſt.1.hiſce verbis,quem pœ-
nitet omnino pœniteat,& dolorem
lachrymis oſtẽdat.vbi glo. in verbo,
omninò pœniteat,inquit,id eſt,per-
fectè conteratur de omnibus pecca-
tis.cap.ſunt plures. de pœnit. diſt. 3.
c.conſideret de pœnit.diſt.5. ca. qui
vult.de pœnit.di.6.c.omnis vtriuſq;
ſexus.de pœnit.& remiſs.ibi, omnia
596 ſua peccata.Impium enim eſt mediã
ſperare veniam.c.ſunt plures. de pœ
nit.diſt.3.c.fin.de pœnit.di.5.quo ca
ſu præſumitur ficta & ſimulata con-
uerſio,& locum ſibi vẽdicat deciſio
tex.in capit.vt officium.verſ.proui-
ſo ſolerter.de hæret.lib.6.
597 ¶Quidam ſimili modo arbitran-
tur non confitentes omne errorum
tempus,de quo per legitimos teſtes
plenè conſtat eſſe impęnitẽtes dimi
nutos & negatiuos,& iudicio ſecula
ri tradendos,vt voluit Ia.Sep. in inſti
tu.catho.c.47.nu.22.in fine. Quod
neque iuri, neque rationi cõſonum
eſſe arbitror.Inquit enim Ariſt. lib.
598 1.Ethi.ca.4. vero omnia conſonant,
falſo autem cito diſſonat verum:nã
ratio eſt adæquatio ad intellectum.
Bal. in.l.omnes populi. 3.oppo.ff.de
iuſt.& iur. & in. l. non omnium. ff
de legib. Quia non eſt veriſimile,
quòd qui omnes errores confitetur,
ſi longioris tèmporis eſſet memor,
illud occultaret,cum ob id neque au
599 genda,neq; diminuenda eſſet pœna
ideo potiùs obliuio in hoc caſu præ-
ſumenda eſt,facilè enim tẽpus à me-
moria hominũ recedit,vt inquit In-
noc.in.c.qualiter & quãdo. 2. de ac-
cuſ.nu.4.Bal.in.l.1.num.45.C. de his
qui accuſ.nõ poſs.& in auth. presby
teri.nu.6.C.de Epiſc.& cler.Propte-
rea teſtis non dicitur ſingularis, ne-
600 que eius dictum vitiatur, ſi non de
ponat de tempore quo res fuit geſta,
& interrogatus iureiurãdo affirmet
ſe non recordari.c.cùm Ioannes. de
fide inſtrum. ibi, anni verò,vel men
ſis, vel diei quo venditio facta fuit
ijdem teſtes dixerunt minimè re-
cordari. glo. fin.in. l. ob carnem. §.
fin.ff. de teſtib.glo. in verbo, præſto.
in.l.teſtium. C. de teſtib. Innoc. &
Bal.in locis modò citatis. Bart. in.l. ſi
librarius in fin.ff. de reg. iur. & in. l.
in ſumma.§. idem Labeo.ff. de aqua
plu.arcen. Lanfran. in capit. quo-
niam contra falſam.in verbo, teſtiũ
depoſitiones.nu.154.de probat. Fe-
lin.in.c.ex tenore.nu.3.& in. c. cum
cauſã.1.nu.13.de teſt.vbi hãc fatetur
eſſe



eſſe communem opinionem & re-
gulam,& nonnullas fallentias ibidẽ
ſcripſit:quarum vna eſt quando tem
pus eſt dè ſubſtantia probationis, &
principalis controuerſia eſt de pro-
bando tẽpore, ad effectum probãdi
negatiuam,& ad alios iuris effectus:
tunc ita intelligendus eſt tex.in. ca.
ex tenore.&.c.cùm cauſam. 1.de te-
ſtib.&.c.ſi à ſede Apoſtolica.de præ-
601 ben.in.6.&.cap.duobus. de reſcrip.
eo. lib. Meritò tamen ipſemet Iac.
Sep. meliori ductus conſilio ſibi con
trarius oppoſitam tenuit ſententiã
in Enchirid. tit.16.nu. 5.dicens non
eſſe diminutum qui non confitetur
omne tempus ſuorum errorum.
602 ¶Et quemadmodum ex factis &
cæremonijs reprobatis & hæreticis
quiſpiam hæreticus, vt ſuperius la-
tè dictum eſt,iudicatur;ita pari ratio
ne ex verbis hæreticis cenſendus eſt
hæreticus. cùm in eis violentiſsima
iuris præſumptione malus animus
peruerſa atque impia intentio & cre
dulitas præſumatur. l.ſi non conui-
tij. C. de iniur. l. non aliter. l. ille aut
ille.ff. de legat.3.cap.1.de præſump.
603 cap. is autem. cap. humanæ aures.
22.q.4.hoc verborum tenore,huma
næ aures talia verba noſtra iudicant,
qualia foris ſonant. nec eſt præſumẽ
dus quiſquã dicere, quòd non priùs
mente cogitauerit.l. Labeo.§. idem
Tubero.ff.de ſupellect. legat. quam
ad id allegat Bal. in. d. conſ.chiſmat.
poſito in rub. C. ſi quis.aliq.teſt. pro
hib.numer.21.& in. l. voluntatis. in
prin. C. de fideicom. & in. l. de qui-
bus. in fin. ff. de legib.&. cap.1. nu.
15. de conſtit. Felin. in rub. in prin.
de fid.inſtrum. Decius in. l. ſemper
in ſtipulationibus.num.4. ff. de reg.
iur. Thom.Gram.voto.22.nu. 16. &
in deciſ.37.nu.6.&. 9. Palac. Rub in
alleg. hæreſis. §.7. Hippol. in.l. 1. §.
diuus Adrianus.nu.8. ff. de ſicarijs,
& in.l.1.num.31.C.eo.& conſ.21. in
cip.vocem meam.nu.12.Boerius de
ciſ.1.nu.8. Albert. de agnoſ. aſſer. q.
22.nu.35.&.q.25.nu.10.Lud. Carre.
in prac.crim.§.homicidij autem.fol.
105.nu.75.repert.Inquiſ.verbo,cre-
dẽtes.Iac.Sep.in inſtit.cath.c.49.nu.
11.& in enchirid.tit. 29. nu.7. & tit.
40.num.13.Tiraquel.in glo.5. poſt.
ll.connubial.num.51.Latiſsimè om-
nium in.l.ſi.vnquã.in verbo, libertis
nu.17.cũ ſequẽ. C. de reuoc. donat.
vbi plurimas allegationes. dd. ad id
refert.
604 ¶Idem autẽ quod prędictus.§.idẽ
Tubero,probat.l. in ambiguo. ff. de
reb. dub. &. l. nepos proculo. ff. de
verbo.ſign.&.l.fideiuſſores magiſtra
tuum.ff.de fideiuſſ. &. l.ſi quis ſtipu-
latus ſit Stichum. ff. de verbo. obli.
&.l. fin. C. com. vtriuſque iud. &. l.
1. C. ſi quis imp. male. Vnde egre-
giè inquit Bal. allegando dictum
Caſsiodori, quod nullum maius mẽ
tis & fidei noſtræ eſt teſtimonium,
605 quàm qualitas inſpecta verborum,
in. l. generaliter.prim.not.C.de non
num. pecun. & in. l. tres denuntia-
tiones.numer.5. C. quom, & quan.
iud.& in.l.ad cognoſcendos.in prin.
C.de ingen. & manumiſſ.& in. cap.
ſuper literis.num.11.de reſcrip.& in
rub.de teſtib. in decretal. Iaſ. in. l.
neq; profeſsio.nu.6. C.de teſtam. &
in.l.ſi quis filium.in fine.C.de li.prę-
ter.vel exhæred.Decius in. d. l. ſem-
per in ſtipulationibus.nu.4.vbi alios
refert. latiùs Tiraquel. in.d. l. ſi vn-
quam.in verbo, libertis.nu.18.C.de
reuoc.donat.
606 ¶Alibi ipſemet Bal. inquit, quòd
ſi habemus ſonum verborũ, nõ ege-
mus interprete.Bal.in.c.1.nu.15. de
cõſtit.quẽ Iaſ.in locis modò citatis re
fert, & Thom. Gram. voto. 22. in

cauſa deuotæ mulieris.nu.16. & vo-
607 to.23.in cauſa magnificæ. nu. 8. Idé
Bal.in.c.mãdatum.in prin. de reſcri.
dicit quòd mens eſt radix verborũ,
& eius ſubſtantia prima;& cor eſt im
perator linguæ, & eam habet ſicut
608 dominus mancipium ſub iuriſdictio
ne ſua : & voces ſunt notæ earum
quæ in anima ſunt paſſionum , vt ait
Ariſt. allegat ad hoc. d. §. id Tube-
ro. Idem refert in. d. l. de quibus. in
fine.& in.l.vnica.§.ſin autem ad defi
cientis.in prin.C. de caducis tollen.
& in.ca.bonæ.2.nu.3.de poſtul.præ-
lat.& conſ.160.facta fuit.vol.1.&.in.
d.conſi. ſchiſmat. nume. 27.dicens
quòd lingua eſt nuntius & organum
intellectus, & tuba & præco.Et in.
l.ea quæ numer.2.C.quom.& quan.
609 iud.quòd vox eſt mentis euidentiſ-
ſimum argumentum.Idem Bal.in.c.
ex trãſmiſſa.numer.2.de reſtit. ſpo-
liat.ait, quòd vox eſt inſtrumentum
noſtræ voluntatis & intellectus; &
data fuit ad ſignificandum per labia
cor & voluntatem hominibus.Et in
d. l. voluntatis. in prin. dicit, quòd
non credimus hominem velle, niſi
illud verbis exprimat.l.ſi repetendi.
610 C.de cond.ob cauſ.l.quicquid aſtrin
gendæ. ff. de verb. oblig. Idem Bal.
in. l. ſed & reprobari. in princ. per
tex.ibi,ff.de excuſ.tutor.ait,quòd ex
loquela hominis animus iudicatur,
& ob id ſunt nomina & verba in-
uenta , vt oſtendatur voluntas di-
centis : vt in Euang. dicitur, loque-
la tua manifeſtum te facit, Matthęi.
cap.16. Tradit Tullius lib. 1.de leg.
orationẽ eſſe mentis interpretem,
iuxta vulgare prouerbium; loquere
& cognoſcam te.quod refert Bal. in
rub.de teſtib.in fin.verbis.& in.c. ſu
611 per literis.num.11.de reſcrip.Et auis
cognoſcitur à cantu. refert idem
Bal.in.l.comparationes.num. 18.C.
de fid.inſtru. Ex aſpectu quoq; ho-
mo cognoſcitur,iuxta illud, ô quàm
difficile eſt crimen non prodere vul
612 tu , refert Alberic. in. d. l. Labeo. in
fine. Fertur etiam in prouerbium,
qualis vir, talis eius oratio ſeu locu-
tio:ex abundantia enim cordis os lo
quitur. l. nepos proculo. ff. de verb.
ſig.l.fin.C.co. vtriuſq; iud. Omne ſu
613 peruacuum,inquit Horatius, pleno
de pectere manat.atq; in Euangelio
dicitur,Lucæ.c.19.ex ore tuo te iudi
co ſerue nequã. Et bonus homo ex
bono theſauro cordis ſui profert bo-
na,& malus homo ex malo theſauro
cordis profert mala. Et mala mens
614 malam linguam prodit.c.etſi Chri-
ſtus.de iureiuran.ibi , ſicut procedit
ex ore,ita procedit ex corde.c.homi
615 nes.12.q.2.Per auditũ cognoſcimus
intellectum.Bal.in.d.conſ.ſchiſmat.
nu.27.qui allegat.l. qui teſtamento.
§.fin.ff.de teſtam.&.d.c.humanę au
res.Itaq; in malis verbis ſeu malis fa-
ctis malus præſumitur animus.
616 ¶Ratio autem prædictorum eſt
quia in opere,ſeu verborũ prolatio-
ne,animus, intellectus, ratio , & vo-
luntas concurrunt. Intellectus exa-
minat & illuminat , ratio determi-
nat,voluntas operando ſeu loquẽdo
acceptat:ideo quicquid eſt in ver-
bis,dicitur eſſe in mente,& qui con-
trarium allegat,apertè confitetur ſe
mẽtiri,& expreſſiſſe falſę vocis actũ.
& tanquam ſibi ipſi contrarius mi-
nimè audiendus eſt.l.j. C. de furt. l.
profeſsio ſua.C. de mu. patri.libro.
10. l. quod in hæredem. §. eligere.
ff.ad Trebell.maximè quia turpitu-
dinem ſuam allegat.l. cum precum.
C. de lib. cauſ. c. ſolicitudinem. in
fin. de appellat.cap. vnico. §. omni-
bus.vt Eccleſ.benef.ſine dimi.cõfer.
617 Voces enim ſine mẽte, & voluntate
ſunt fictitię & ſimulatę, & ſine radi-
ce.l.



ce.l. 1. &. 2. C. plus val. quod agit.l.
diuus. ff.de teſtam. milit. quia verbũ
procedit de corde , & ſcriptura de v-
troque. Bald. in.d. conſil. ſchiſmatis
part.2.nu.12.
618 ¶Ex omnibus igitur ſuperiùs di-
ctis liquidò conſtat,impiam intẽtio-
nem, peſsimamq; credulitatẽ, ex fa-
ctis ſeu verbis hæreticis (violentiſsi-
ma iuris præſumptione) probari.Prę
ſertim ſi verba ſeu facta fuerint ge-
minata, quæ maiorẽ animi affectum
& deliberationem oſtendunt, & eſt
perſona ſuſpecta , veluti ſi eſt de re-
gno vel prouincia, in qua vigent hæ
619 reſes,vt Anglicus,ſeu Gallus, vel Ger
manus. l. quod ſi nolit. §.qui manci-
pia.ff.de ædil.edict.ca. excõmunica-
mus. 1. §. qui autem.ibi, ſuſpicionis,
& qualitatem perſonæ.de hæret.c. ſi
gens Anglorum.56.diſt.Plenè Tira-
quel.de nobilit.c.12. Alber. de agno
ſcen.aſſer.q.25.nu.14.Palat. Rub.in
allegat.hæreſis.§.7.Iac.Sep.in inſtit.
Catho.c.49.nu.7.& in Enchiri.tit.40
620 nu. 13. De factis autem & verbis ge-
minatis eſt.l.ſi. C.ad.l. Fal.l.antiquæ.
C.ad Velleian.l.3.C.de Epiſcop.aud.
l.cũ ſcim⁹.vbi Bar.n.7.& pleni⁹ Alex.
C. de agric.& cenſ.lib. 11.l. eum qui.
ff.de cõſti.pecun.l.balliſta. ff. ad Tre
bel.c.ſuper eo.c.accuſatus.§.1.de hę
ret. in.6.Bal.in.l.nec damnoſa. C.de
pre.imper.offeren.Ioann.de Plat.in
l. 1. per text. ibi. C. de ſup.exacto.li-
bro. 10. Iaſ.in. l.cùm procurator.§.ſi
dominus. nume. 6.cum ſequenti.ff.
de no. oper. nunt. Hippol. in. l. 1.§.
quæſtioni.num.4.cum ſequen. ff.de
quæſtion.& in conſi.2.opportuna a-
nimaduerſione.nu.58.& in ſing.378
incip. geminatio actus. Albert.de a-
gnoſ.aſſer.quæſt.32.num.18.Latiſsi-
mè omnium Anto.Corſetus in trac.
ſuo de verb.geminat.& habetur in.1
volu.tractat.
621 ¶Vnde meritò inquit glo. in ver-
bo,iterare,in.c. ſi quis iratus.2.q.3.cõ
feſsionem geminatam, tanquam cũ
deliberatione factam, prętextu erro
ris non poſſe reuocari. quam pro ſin
gulari refert Bal.in procem.ff.Alexã.
in.l.vnica.C.de error.calcul.Decius
in.l.quicquid iracundiæ.in princi.ff.
de regu.iur.Hippo.in.d.§.quęſtioni.
nu.7.&.10.Pala.Rub.in repe.rub.de
donat.inter virum & vxor.§. 17.nu-
me. 14. Anton. Corſet.in. d.tractat.
nu.20. Idem dicendum eſt, quando
reo datus fuit terminus ad deliberã
622 dum & reſpondendum:quia confeſ-
ſio poſt deliberationẽ facta , propter
errorem non reuocatur. glo. eſt ni-
mis ſing.in verbo,ad moniti. in.c.ex
literis.de diuort.quam allegat Bal.in
l.cum precũ.nu.6.C.de liber.cauſ.&
in. l. ſiquidem.in fine.nu. 6.de exce-
ptio.& in.l.vnica.colu.10. C.de con-
feſſ. & in.c.dudum. 2. de electio. Ar-
chid.in.c.fin.de iure iuran.in.6.& in
c. 1.de accuſ.eo. lib. 6. Decius in.d.l.
quicquid.num.5.Hippo.in.d.§.quæ-
ſtioni. nu. 11. & in rub. C. de probat.
nu.102. Abb.in.c.fin.nu. 11.de con-
feſſ. & in. c. cũ venerabilis. poſt glo.
2.ibi,de exception.
623 ¶Veruntamen aduerſus prædi-
ctam glo.in.d.c.ex literis (eam repro
bando) tenuit Bart.in.l.error.in fine,
vbi latè Iaſ.num.28.C.de iur.& fact.
ignor.Bald.in.l.iureiurandum , & ad
pecunias.ff.de iureiuran. & in cap.ſi
na.nume. 21. de confeſ.optimè Lu-
do.Roman.in.l.ſi verò.§.de viro. fal-
len. 31. ff. ſolut. matrimo. dicens, ſe
ita de facto Florentiæ conſuluiſſe, &
in conſilio. 391. incip. vt propoſita
624 conſultatio. Etiam ſi talis confeſsio
eſſet iurata, tãquam erronea poteſt
reuocari , vt concludit Iaſ.in.d.l.er-
ror.nume. 30. & in.l.ſerui electione.
nu. 29. ff. de legat. 1.Tho.Grã.voto.

625 10.cæleſtis curiæ.num.33. Denique vnico tantùm verbo omnibus iuribus, rationibus, & fundamentis pro contraria parte adductis reſpondetur, quòd omnia ſupradicta procedunt, dummodo non ſit proteruus atque pertinax, obſtinatus, vel induratus, aut incorrigibilis hæreticus, cùm paratus ſit corrigi. Sed certum eſt eum qui errorem habuit in intellectu eſſe, vel fuiſſe hæreticum. Et ne longiùs noſter protendatur ſermo, ſub breui verborum laconiſmo, quinquaginta aſſertiões analyticas hoc in loco anneētã, quibus omnes fidei cauſæ, quæ in ſacroſancto Inquiſitionis, foro paſsim verſantur, facile definiri valeant.

# FINIS.



# SECVNDA PARS DE hæreticis.

## SEQVITVR SECVNDA PARS huius tractatus, in qua continentur quinquaginta analyticæ aſſertiones, quibus omnes fidei cauſæ facilè diffiniri valeant.

### ASSERTIO PRIMA.

1 ¶*Quæ ſummaria cognitio ad hæreticorũ capturam ſit neceſſaria, Inquiſitorum arbitrio, inſpecta delicti, & perſonæ qualitate, relinquitur.*

2 IN omnibus cauſis, tã ciuilibus, quàm criminalibus à captura reorum minimè inchoandum eſt, niſi præhabita priùs de maleficio contra reum aliquali ſummaria Inquiſitione.l.nullus in carcerẽ.l.fin.vbi Bart. Bald.&Salicet.C.de exhib. & trãſ. reis.l.nemo.carcerẽ.C. de exacto. tribu.libro.10.&.l.1.C.de execut.rei iudicat.Bal.in.l.quod euitandi. nume.2.in fine.C.de cond.ob
3 turp. cauſ. dicens, quòd reus non debet capi ante ſummariam informationem, niſi ſit probabilis ſuſpicio de receſſu, & in.l.ſeruum quoque.§.publicè.ff.de procurat.Salice.in.l.abſentem.num.9.C.de accuſ.Iaſ.in.l.plerique.nume.12.ff.de in ius vocan.& in l.vinum.nu.4.ff.ſi cert.petat.Archid. in.c.1.de iudicijs, in.6.Idem Ioan.Andre.in.c.ſi clericos.de ſentẽ. excom. in.6. Felin.ni.c.cum non ab homine, num.2.de iudi.Sebaſtian.Bancius de nullitate proceſſus ex defectu citat. nu.32. Ægid.Boſ. de captura reorũ. num.3.& in tit.de indicijs ante torturam. num.180.Anto.Gome.lib.3.reſolut.c.9.colu.1.&.2. Hippo.in.l.1.in prin.ff.de quæſtion.& in pract.§.conſtante.nu.5.&in ſingul.93.incip.iudex.Frã.Marc.deciſ.946.&.912.part. 1.optimè Nicol.Boer.deciſ.215.incipit.& ante quàm veniam.nume.34. vbi refert quatuor eſſe in captura reorum neceſſaria.

4 ¶Bald.verò ſibi contrarius in.l.cõſentaneum.num.14.C.quom.& quãdo iud.inquit, quòd quando iudici viſum fuerit, ipſe poterit in criminalibus ad capturam non præcedentib⁹ indicijs procedere, & in.l.2.nume.3. C.de his qui latro.occulta.Ange.in.l. item apud Labeonem.§.quæſtionis. ff.de iniur. Plenè Robert.Maranta. de ordin.iudicior.par.6.memb.1.nu.
5 6.Thom.Gram.conſi.56.inci.proponitur dubium.nu.6.dicit tutiùs eſſe iudici primam tenere opinionem, niſi ſit perſona ſuſpecta, vel ſit timor de fuga.l. ait prætor.§.ſi debitorem.vbi Bar.ff.de his quæ in fraud.credit.Bal.

in.d.l.conſentaneum.nu.32.Hippol.
in.d. §.conſtante.num.5.Iaſ.in.l.ple-
rique.nu.26.ff.de in ius vocan.&in.l.
2.nu.15.ff.de iur.omni.iudi. & in.d.l.
vinum. ff.ſi cert.petat.& in princ. in-
ſtit. de actionib. nu. 70. cum ſequen.
vbi ſingulares declarationes & limi-
6 tationes ſcripſit.Sed ſi in fragranti de
licto reus fuerit inuentus, eo in caſu
quilibet etiam priuatus de populo de
linquentem capere poterit, & iudici
infra 20. horas præſentare. l. capite
quinto vbi glo.Bar.&alij.ff.de adulte.
l.interdũ.2.§. qui furẽ. ff. de furt. l. v-
nica.C.de priuat.carcer.quam ibi no
tat. Bal. nu.4.& in.l.nec timorem. ff.
quod met. cauſ.& in. c.1.§.ſi quis ve-
rò.1.nu.6.de pace iurament.firman.
Iaſ.in prin.inſtitu.de actionib.nume.
7 68. Anto. Gome.in.d.c.9.num.3.vbi
concludit quòd id licet etiam ex in-
teruallo non ſolùm in delictis publi-
cis,ſed etiam priuatis.

¶Ideo meritò cuilibet de populo
hæreticum manifeſtum comprehen
dere, & ſtatim coram Inquiſitoribus
fidei trahere permiſſum eſt: quia hæ-
reticus eſt hoſtis communis, Authẽt.
9 Gazaros. C.de hæret.Hoſtien.in ſum
ma. tit. de hæret. §.qualiter deuiten-
tur.Alberic.in rub.C.de hæret. num.
5.Iaco.Sep.in inſtitu. Catho. c. 16.in
10 prin.Nam cùm liceat propria autho-
ritate hæreticum occidere, à fortio-
ri capere.d. Authen. Gazaros,ibi,diſ-
fidamus atque bannimus. c.excõmu
nicamus.2.§.Catholici.de hæreti.Io-
an.Andr.in.c.præſidentes.de hæret.
in. 6. Villadieg.de hæret.q.24. Ludo.
Carrer. de hæreti. §. nunc de pœnis.
nume.7.& habetur in lib.Numer.ca.
25.ibi, occidat vnuſquiſq; proximos
ſuos qui adorauerunt Deos alienos.
& in.4.lib. Reg.c.22.&.23.& in libro.
Machabęo.ca.2.c.ſi audieris. vbi glo.
in verbo, mœchaberis.23.quæſtio.5.

11 Archid.verò in.d.cap.præſidentes,in
quit tutiùs eſſe omnia proximè dicta
iudicis authoritate, & non propria
fieri: quod mihi placet,niſi ſit proba-
bilis ſuſpicio de fuga,vt paulò ante di
ximus.

12 ¶In ſacroſancto Inquiſitionis offi-
cio mos iuri atque rationi conſonus
viget,vt receptis teſtibus, propoſitio
nibuſque qualificatis, Promotor fi-
ſcalis coram Inquiſitoribus petat in-
quiſitos comprehendi, & carceribus
mancipari, vt animaduerſione debi-
13 ta puniatur. Inquiſitores verò in cau
ſis arduis,ratione delicti, vel perſona-
rum (vt puta) ſi inquiſiti ſunt religio-
ſi, vel nobiles ſimul cum Conſultori-
bus excuſſis informationibus delibe
rare debent, atque ſuperiores ante
executionem conſulere, an rei in car
cerem ſint mittendi, iuxta inſtruct.
14 de Madrid,anno.1561.c.4.&.5. Nam
in tã graui crimine oportet cum ma-
gna cautela procedi. c.vt officium.§.
15 verum.de hęret.in.6.ob idque in reo
rum captura magna prudentia & de
16 liberatione opus eſt: quia ſola captu-
ra pro crimine hæreſis vehementer
infamat,vt inquit Villadiego, de hæ-
ret.q.11.Iacob.Sept.in Enchiri.titul.
25.nume.3.allegando.l.1.§.diligens.
17 ff. de ſer. fugit. quod ſecus eſt in alijs
criminibus.l.1.C.ex quibus cauſis in-
fam. irrog.vbi ob id ſolũ quod in car-
cerem quis coniectus eſt,famę detri-
mentum minimè patitur.

18 ¶Cùm enim maior ratio in crimi-
ne hęreſeos,quàm in alijs criminibus
vrgeat,maiori inquiſitione atq; ſum-
maria cognitione ad capiendos reos
opus eſt.c.ad abolendam.c.excõmu-
nicamus.1.§.adijcimus.de hæret. Vi-
lladiego de hæret.q.11.nu.4. Alberti.
de agnoſ.aſſer.q.32.num. 22.& quæ-
ſtio.34.nu.21.Iac. Sep.in inſti.catho.
c.16.in princi.repert.inquiſit.verbo,
captu



captura.Et ipſe Sep.in Enchirid.titu.
25.inſtruct. Hiſpalen. anno Virginei
partus.1484.c.2.inſtruct. Abulen.an
no. 1498.ca.3.inſtruc.de Madrid.an-
19 no.1561. c.4. Ideo propter leuia deli-
cta,ſeu propoſitiones male ſonantes,
vel ſcandaloſas, vel blaſphemas, vel
alias,quibus hæreſes formatæ non cõ
cluduntur,non facilè quis in carceri-
bus ſecretis mancipandus eſt, ſed in
aliquo monaſterio , vel propria do-
mo,ſeu ciuitate detrudendus eſt.l.le-
uia crimina.ff.de accuſat.l.reſpicien-
dum.§.1.ff. de pœni. & dict.inſtruct.
Hiſpalen.c.4.optimè Alex.conſil.13.
num.11.vol.6.

20 ¶Nam certum & indubitatum eſt
Inquiſitores fidei contra aliquem in
crimine hæreſis poſſe ex leui, & mo-
dica ſuſpicione procedere, vt ſuſpe-
ctus interrogetur quid ſentiat de fi-
de,caſus eſt in. c. accuſatus de hæret.
in. 6. ibi, ſi autem leuis,& modica ſu-
ſpicio,vbi Dominic.& alij.num.2.no
tant ad hoc.c.vt officium.eo.titul. in
6.& Matth.de Afflict.in conſtit. Nea
polita. rub.1.num.58. allegando Au-
then.Gazaros.C.de hęret.Fran.Squi
lacen. de fide Catholi.cap.26. Ludo.
Carrer. de hęret.nu.116.Iacob.Sept.
in inſtit.Catho.cap.49.num.20.dicẽs
21 illud eſſe intelligendum ex iuſta cau
ſa,& cũ homine alioqui abiecto. Sed
quãdo quis dicatur leuiter, vel vehe-
menter ſuſpectus de hæreſi optimè
explicat Alberti.de agnoſ.aſſer.q.34.
nume.46.

22 ¶Solet plerunque iuxta ſuperiùs
dicta dubitari quot teſtes, vel indicia
ad reos pro crimine hæreſis compre-
hendendos ſint neceſſaria:& videtur
tres teſtes eſſe neceſſarios. cap.excõ-
municamus.1.§.adijcimus.de hæret.
ibi, tres, aut plures boni teſtimonij vi
23 ros. Ille verò text.ſecundum verum
eius intellectum, in Inquiſitione ge-
nerali eſt intelligendus.Iacob.Sep.in
Enchirid. Inquiſit.titu.25.num.5.in-
quit, duorum vel trium teſtium teſti
monio opus eſſe, allegat.c. accuſatio.
2.q.7. quod procedit in presbytero
accuſato, vt de eius tenore apparet.
24 Meo quidem iudicio vnius teſtimo-
nium omni exceptione maioris de-
ponentis de viſu, vel auditu proprio
ſufficere, non temere arbitror, cùm
vnus integer teſtis ſufficiat ad tortu-
ram.glo.communiter recepta.in.l.3.
in verbo, conuictus. C.ad.l.Iul.maie-
ſtat. Bart. in. l.maritus.in princi.poſt
glo.ibi.in verbo à quæſtionibus. ff.de
quæſtioni. Hippol.poſt Bart.& dd.in
l.fin.nume. 5.cum ſequen. ff.eo.& in
pract.in.§.diligenter.in prin.& nu.6.
&.12.Bald.in.l.miles.C.eo. Abb.& a-
lij in.c.cùm in contemplatione.de re
gu.iur.Ludo,Carrer.in pract.§.qui au
tem.fol.48.Ægid.Boſ.in pract.titu.de
25 indicijs ante torturam.num.16.Tho.
Gram.optimè voto.3.num.21.etiam
in cauſa hæreſis.Card.& Ioã.de Imol.
in Clem.1.de hæret. Fran. Squillacẽ.
de fide Catholi.c.31.Iacob.Sep.in in-
26 ſtitu.Cathol.c.63.nume.13.à fortiori
igitur ad reorum capturam vnius te-
ſtimonium eſſet ſufficiens, cùm ma-
27 ior ſolennitas in tortura, quàm in ca-
ptura à iure requiratur. Clemẽ.1.de
hæreti. &.4.inſtru.Toletan.vbi In-
quiſitores ſine Epiſcopo ad reorum
capturam, & non ad reorum torturã
28 procedere valent, cùm grauior ſit tor
tura, quàm captura.l.1.§.quæſtioni.
ff.de quæſt.vnde Bal.in.l.1.in fine. C.
vnde vi.dicit, quòd cruciatus corpo-
29 ris morti æquiparatur, & grauior eſt
tortura, quàm vtriuſque manus ab-
ſciſſio. Authen.vt nulli iudi.§.fin.col
lat.9.Hippo.in.l.diuus.nume.2.ff.de
quæſtio.&.in.l.1.§.pręterea.nume.8.
ff. ad.l.Cornel.de ſicar. Prætere a in-
ſtruct. Hiſpalen. anno noſtræ ſalutis
1484.

1484.& alia Granaten.anno. 1499 &
inſtruct.de Madrid,anno.1561. c.61.
30 diſponunt plenam probationem re-
quiri,vt aduerſus defunctum hæreti-
cum procedatur, videlicet, ſi duo le-
gitimi teſtes exiſtant.ca.in omni ne-
gotio.c.licet.1.de teſtib.c.cùm eſſes.
31 c.relatum.1.de teſtament. Per argu-
mentum autem ab ſpeciali ſatis colli
gitur contra nõ defunctum ſemiple-
nam probationem ſufficere, quæ vni
co integro teſtimonio fit. glo.in ver-
bo, conuictus.l.3.C.ad.l.Iul.maieſta.
glo. vbi Bart. num.36.in.l.admonen-
di.ff.de iureiuran.& Iaſ.ibi.in.2.lectu
ra.num.187.& Franciſ.de Cur. num.
204.glo.in.l.in bonę fidei. C.de rebus
credi.

32 ¶Item ad id conſidero prædictam
inſtruct.de Madrid.c.4. ibi, *ſi la teſtifi-
cacion no fuere baſtante para priſion.* Quæ
ſanè inſtructio in numero ſingulari
loquitur,& id annuere videtur, ſcili-
cet vnicum legitimum teſtimonium
ad capturam ſufficere, præſertim ſi
eſt abiecta, vilis, & ſuſpecta perſona,
(prout ſunt) in ſecta Mahometica
omnes huius regni Valentiæ neophi
33 ti,& in ſecta Lutherana, Galli,& Ger-
mani:in illis enim prouincijs ſecta Lu
therana, & hæreſes pullulãt,vt refert
Caſſaneus in conſuetu. Burgun.rub.
1.in prin. nu. 44. l.quod ſi nolit.§.qui
mancipia.ff.de ædil.edicto.c.excom-
municamus. 1.§. cùm autem.de hæ-
34 ret.c.ſi gens Anglorum.56.diſtin.Sin
autem accuſatus eſſet nobilis ac bo-
næ opinionis, & famæ,ad eius captu-
ram vnius teſtis dictum minimè ſuf-
ficeret,ſed plures teſtes & indicia.ca-
ſus ſing. in.c.accuſatio.2.q.7.meritò
id inſpecta delicti, & perſonæ qualita
te iudicantis arbitrio relinquitur, vt
35 in noſtra habetur aſſertione, dũmo-
do fidei Inquiſitores ad reos capien-
dos non ſint proni, ſed magno conſi-
lio,prudentia,& deliberatione vtan-
tur,quia ſola captura pro crimine hæ
reſis,vt ſæpe dictum eſt,vehementer
infamat.

36 ¶Inquiſitores verò hæreticæ pra-
uitatis in tam graui crimine ſint om-
ni tempore prouidi atque circunſpe-
cti, præſertim in teſtibus examinan-
dis:qui in primis teſtes moneant,quã
horrendum & nefandũ ſcelus ſit fal-
ſum teſtimonium proferre in omni-
bus cauſis, maximè in ſancto Inquiſi
tionis officio:& Deum atque eius ter
ribile ac tremendum iudicium præ
oculis habeant, ne prece, vel pretio,
odio, aut coniuratione, aliove iniu-
ſto affectu, de tanto crimine innocẽ-
tem infament. c.dignum eſt.c.horta
mur. 3.q.9.diligentiſsimeq; ad eliciẽ-
37 dam veritatem teſtes interrogent de
antea dictis & inde ſecutis,& qua oc-
caſione, vel cauſa illa verba hæretica
38 fuerunt prolata. Nam ſequentia de-
clarare ſolent præcedentia,& præce-
dentia ſequentia, vt inquit iurecon-
ſul.Papinian.in.l.cùm pater.§.cũ im-
perfecta ſcriptura. ff. de legat.2.l.qui
filiabus. in prin.l.ſi ſeruus plurium.§.
fina. ff. de legat. 1. c.clericum nullus.
ij.11.q.1.ibi,ex ſequentibus datur in-
telligi.&c. ſicut vna pars legis per a-
liam declaratur. l. vtrùm. vbi Bart.in
prin. ff.de petit.hæreditat. l. inciuile
eſt.ff.de legib.Item teſtes prudenter
39 interrogẽt de loco,tempore,viſu,au-
ditu, an ſemel, vel pluries actum ite-
rauerit, aut hæretica verba protule-
rit, & qua pertinacia ſeu furore affir-
mauerit, & de alijs perſonis ibidẽ præ
ſentibus,de cauſis & rationibus,& oc
caſione qua pręſentes fuerũt,ac de a-
lijs neceſſarijs circunſtantijs, ad hoc,
vt veritas, vel mẽdacium detegatur,
docet tex. in.c.cùm cauſam quæ.1.c.
cum clamor. de teſtib. l.vbicunque.
ff.de interrogat.actionibus.

¶Iudican



40 ¶Iudicantem enim oportet cun-
cta rimari, & ordinem rerum plena
inquiſitione diſcutere.ca.cùm Ioan-
nes.in fine.de fide inſtrum.c.iudican
tem. 30. quæſt.fin. & quo vultu,qua-
41 ve trepidatione, vel verbis teſtes de-
ponant, ſũmopere eſt conſiderandũ
vt ſi ſunt ridentes, vel lachrymantes,
vel triſtes,aut pallentes,ſeu ſaliuã de-
42 glutientes. Nam ex modo loquendi
facilè deprehenditur falſitas. l. 3.§.1.
ff.de teſtib. & cũcta hæc plenè in pro
ceſſu conſcribantur.d.c.cùm cauſam
43 quæ.1.&.d.l.3.vbi optima glo.in ver-
bo, inimicitiæ. ff. de teſtib. Bald in.l.
presbyteri.in princi.C.de Epiſcop.&
cleri.dicit quod pallor, & trepidatio,
44 vacillatio, & mutatio coloris in facie
ſunt ſigna falſi teſtimonij. Innocen.
& alij in.c.quoniam contra.de proba
ti.Felin.in.c.ſicut.num.16.de re iudi.
Hippo. ſingu. 103.incip.varietas. Ia-
cob.Sept.in inſtit.Cathol.c.62.nu.7.

## ASSERTIO. II.

45 ¶*Bonorum ſequeſtrationem pro hæreſi
vera & formata ſolummodo fieri.*

46 QVando reus comprehenditur,
& carceribus ſancti Officij
mancipatur,ſtatim fieri debet ſeque
ſtratio bonorum illius,ne bona ſurri-
piantur, vel abſcondantur, & penes
aliquam perſonam idoneam coram
tabellione, & executore ponantur,
quæ perſona eorum cuſtodiam & cu
47 ram habeat. Et illa bona quæ ſeruan-
do ſeruari non poſſunt, Inquiſitorũ
mandato per cuſtodem vendantur.
l.fin.ff.de requirend. reis. & in.l.1.C.
eod. vbi Salic.& nu.5.l.ſi quis contra.
C.de bon. proſcrip. inſtruct. Hiſpalẽ.
anno ſalutis. 1485. alia Abulen.anno
48 1498. alia de Madrid, anno.1561.c.7.
&.8. In omnibus verò caſibus, in qui-
bus propter enormitatem delicti bo
na delinquentis confiſcantur, vt in.l.
quis quis. C.ad l.Iul.maieſt. & in Au-
thenti. inceſtas nuptias.C.de inceſt.
nupt. & in.l.aufertur.§.in reatu.ff.de
iur. fiſ.& alijs quàm plurimis cõgeſtis
per Matth.de Afflict.in conſtit.Nea-
polita. lib.1. rub.2.nu.13.cum ſeqũẽ.
neceſſe eſt in his criminibus quòd
præcedat bonorum deſcriptio, quæ
eſt ad confiſcationem præparatoria.
Idem meritò dicendum eſt in crimi-
ne hæreſeos, vt expreſsè deciſum eſt
in. d. inſtruct.de Madrid. ca.6.in qua
principaliter noſtra fundatur aſſer-
49 tio. imò in hoc crimine maior ratio
vrget, cum ſint ipſo iure bona hæreti
ci confiſcata.c.cùm ſecundum leges.
de hæret.in.6.

50 ¶Ex quibus optimè deducitur bo
norum ſequeſtrationem, ſeu deſcri-
ptionem minimè fieri, quoties Inqui
ſitores contra blaſphemos, ſeu ſortile
gos procedunt, ſeu contra ſecundò
nubentes, prioribus vxoribus viuen-
tibus, ſeu contra clericos in ſacris, vel
monachos profeſſos matrimonium
contrahentes, ſeu contra proferẽtes
propoſitiones temerarias, vel ſcanda
51 loſas, ſeu iniurioſas, vel male ſonãtes,
& in omnibus denique cauſis, in qui-
bus non ineſt de iure bonorum pu-
blicatio, eius præparatoria, quæ eſt
deſcriptio, per conſequens ceſſat. Id
etiam iure communi cõprobari po-
teſt.c.vergentis.ca.excõmunicamus
1.§.damnati.de hæret.cap.ſuper qui-
buſdam.de verbo.ſignifica. & in.d.c.
cùm ſecundum leges.nam ibi hæreti
52 corum bona publicantur. Sed prædi-
cti & alij ſimiles propriè & verè non
ſunt hæretici: ergo eorum bona non
debent publicari, neque aliqua opus
eſt in ijs bonorum deſcriptione. Quia
[illegible] diſpo-

diſpoſitum in ſenſu directo, oppoſitũ
arguit in ſenſu contrario. l. qui teſta-
53 mento. §. mulier. ff. de teſtamen. l. 1. §
huius rei. ff. de offi. eius cui mand. eſt
iuriſdict.

## ASSERTIO. III.

54 ¶*Hæreticum etiam emendatum coram*
*Inquiſitoribus fidei eſſe neceſſario denun-*
*tiandum, contra nonnullos contrarium te-*
*nentes.*

55 OMnes Catholici neceſſario te-
nẽtur indicare Inquiſitoribus
fidei hæreticos, etiam occultos. ca. 2.
vbi glo. & dd. de hæreti. Innocen. in
c. 1. num. 4. de teſtib. cogen. S. Thom.
2. 2. quæſt. 70. artic. 1. Archid. in. ca. ſi
peccauerit. num. 29. 2. quæſt. 1. Abb.
in. c. 1. num. 9. de reſtit. ſpoliat. Villa-
diego de hæret. q. 6. nume. 9. &. q. 10.
num. 7. Soto de iuſt. & iure. lib. 5. q. 5.
art. 2. Caſtro de iuſta hæretic. punit.
lib. 2. c. 25. Iacob. Sept. in inſtitu. Ca-
56 tholi. cap. 18. &. c. 42. num. 10. & in En
chirid. Inquiſi. titul. 23. nam pro ſalu-
te communi vna omnibus debet eſſe
vigilantia. l. Arriani. l. Manichæos. C.
de hæreti. l. quiſquis. §. fin. C. ad. l. Iul.
57 maieſtat. Neque caret ſcrupulo ſocie
tatis occultæ, qui manifeſto facinori
deſinit obuiare, vt inquit tex. hoc ver
borum tenore in. c. negligere. 2. q. 7.
58 & error cui non reſiſtitur, approba-
tur. c. error. 83. diſtin. Quia qui alios
cum poteſt ab errore non reuocat,
ſeipſum errare demonſtrat. cap. 2. de
hæreti. ca. Etſi Iudæos. de Iudæ. Et in
Leuiti. c. 5. ibi, niſi indicauerit, porta-
bit iniquitatem ſuam. Et in Deutero
nomio cap. 13. ibi, ſi tibi voluerit per-
ſuadere frater tuus, aut filius, vel filia
tua, ſeu vxor quæ eſt in ſinu tuo, aut
amicus quem diligis, vt animam tuã,
clam dicens, eamus, & ſeruiamus dijs
alienis, non acquieſcas ei, neq; audias
neq; parcat ei oculus tuus, vt miſereã
59 ris, & occultes eũ. De hac re regulã &
octo ampliationes, & tres fallentias,
in meis ſpecialibus in fidei fauorẽ in
verbo, accuſare. ſpeciali. 3. pleniùs
ſcripſi, vbi, num. 32. cum ſequen. con
futaui ſententiam illorum, qui aſſe-
rebant hæreticum emendatũ & cor-
rectum non eſſe coram Inquiſitori-
bus fidei denuntiandum, prout te-
nuit Domin. de Soto, de iuſti. & iure.
lib. 5. quæſt. 5. art. 1. & Mincha. cõtro-
uer. 16. nu. 4.

60 ¶Ratio autem aduerſus prædictos
euidens eſt, nam hæretici ſuapte na-
tura ſunt callidi, vt inquit Conra. Bru
nen. libr. 1. de hæret. c. 7. &. 8. & Epy-
phanius, de hæret. lib. 1. tom. 3. hære-
61 ſi. 38. & libro. 2. tom. 1. hæreſi. 59. Et
hæretici etiam fingunt ſe eſſe corre-
ctos & emendatos, vt hoc pacto Ca-
tholicos decipiant, qui bona fide &
ſynceritate credunt hæreticos iam
eſſe emendatos (& re vera) non ſunt,
cùm peruerſi difficillimè corrigan-
tur. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re
62 milit. l. ſi aliquid. C. de ſuſcep. & ar-
ca. libro. 10. nam ſemel malus, ſem-
per præſumitur malus. cap. illo vos.
de pignori. regula ſemel malus. de re
63 gu. iur. in. 6. Et ita qui ſemel fuit hæ-
reticus, ſemper præſumitur hæreti-
cus. Bald. expreſsè in. l. non ignora-
bit. num. 5. C. ad exhiben. Alberti. de
agnoſ. aſſer. q. 25. nume. 14. Sed qui
64 nunc eſt hæreticus, non præſumitur
retro fuiſſe hæreticus, vt optimè tra-
dit Bal. in. d. l. non ignorabit. nume. 4.
quia hæreſis eſt qualitas accidentalis
& non naturalis.

65 ¶Et quanquam huiuſmodi hære-
tici eſſent correcti, nihilominus ni-
mis vtile ac neceſſarium eſſe arbi-
tror denuntiandos fore, vt Inquiſito
res fidei eos interrogent, quos magi-
ſtros



ſtros illorum errorum habuerũt, vel
quos diſcipulos ante ſuam conuerſio
nem docuerũt, vel ſi aliqui amici, vel
familiares ſuã peruerſa doctrina fue-
66 runt corrupti. Operationes enim ani
mæ velociores ſunt operationibus
67 corporis, vt Paul. Apoſtol. ait. 2. ad Ti-
mo. cap. 2. & hæreſis, vt cancer ſerpit,
& modicum fermẽtum totam maſ-
ſam corrumpit. 1. Corinth. ca. 5. Sca-
bioſa enim ouis à caulis eſt repellen-
68 da. c. reſecandæ. 24. q. 3. Nam morbi-
da ſola pecus inficit omne pecus. c. ea
quæ. de ſtatu monacho. ca. ſed illud.
45. diſtinct. ca. ſæpe malorum. 28. q. 1.
69 hoc verborum tenore, ſępe malorum
conſortia etiam bonos corrumpũt.
Vnde Dominus per Moyſen. Num.
16. inquit, recedite à tabernaculis ho
minum impiorum, & nolite tangere
quæ ad eos pertinent, ne inuoluami-
ni in peccatis eorum. Et leproſus ex-
tra caſtra & ciuitatem propter vitan
dam cõtagionem ponebatur, donec
70 mundaretur. Nume. cap. 12. Ideo hæ-
reſis in iure aliquando peſtis appella
tur. ca. accuſatus. §. ſanè ibi, impediri
peſtis. de hæret. in. 6. c. excommuni-
71 camus. 1. §. credẽtes. de hæret. Labes
quoque & prauitas, hæreſis vocatur.
Clem. 1. §. verum. de hæret. Paul. Gri-
llan. de hæret. q. 1. nu. 2.

72 ¶Minimè hac in re omittendum
eſt illud memorabile exemplum. ca.
omnis qui. 24. quæſt. 1. de ſanctiſsimo
illo viro Polycarpo, qui cùm apud
Epheſum balneum lauandi cauſa in-
greſſus fuiſſet, & vidiſſet inde Che-
rinthum hæreticum exire, continuo
non lotus diſceſsit, dicens, fugiamus
hinc, ne & balnea ipſa nos corrũpãt,
in quibus Cherinthus lauatur inimi-
73 cus veritatis. Vitanda enim eſt hære-
ticorum communicatio. nam qui te-
tigerit picem inquinabitur ab ea, &
qui cõmunicauerit ſuperbo, induet
ſuperbiam. Eccleſiaſt. ca. 13. & qui cũ
ſapientibus graditur, ſapiẽs erit: ami-
cus ſtultorum ſimilis efficietur. Pro-
uerb. c. 13. & cum ſancto ſanctus eris,
74 & cum peruerſo peruerteris. Pſal. 17.
inſtar regis Saulis, qui cum Prophetis
prophetabat, & cum iniquis inſanie-
75 bat. libro. 1. Reg. cap. 10. ſiniſtra verò
oritur ſuſpicio cõtra aliquem ex mu-
tua communicatione cum malis ho-
minibus. l. ædiles. §. Pedius. ff. de ædil.
edic. l. ſi plures. §. quamuis. ff. de admi
76 niſtra. tutor. & in. c. etſi Iudæos. de Iu
dæis. dicente, illam retributionem ſo
lent impij exhibere ſuis hoſpitibus,
quam mus in pera, ſerpens in gremio
& ignis in ſinu.

77 ¶Vnde text. ſingu. in. c. inter ſoli-
citudines. de purga. canoni. ibi, in pœ
nam autem familiaritatis illi⁹, quam
cum hæretico ſcienter habuiſſe di-
gnoſcitur. probat magnam ſuſpicio-
nem contra aliquem oriri ex familia-
ritate, & hæreticorum conuerſatio-
ne. Et ita per. d. text. tenuit Hoſtien.
in ſumma de hæret. §. qualiter depre-
hendatur. num. 4. Alphon. Guerrero
in theſa. relig. Chriſtianæ. titul. de hæ
ret. num. 9. in fine. Caſtro. de iuſta hæ
78 ret. puni. lib. 2. c. 17. Bal. conſi. 79. vol.
3. vbi cõſuluit quendam Epiſcopum
poſſe torquere aliquem conuerſan-
tem cum hæretico, ſi de hæreſi accu-
ſaretur. Quod conſi. refert. Lud. Cap
rer. in pract. crim. folio. 63. vigeſimo
quinto indicio. ſicut contigit duab⁹
ciuitatibus propinquis & vicinis So-
domorum, quæ propter viciniitatem
ſimiliter perierunt. Geneſ. cap. 19. ca.
ſed & cõtinuò. de pœnit. diſt. 1. c. cleri
79 ci. de exceſ. prelato. nam cùm pronio
res ſint homines ad malum, facilius
alliciuntur & trahuntur ad illud, quã
ad bonum. cap. procliuius. 20. quæſt.
3. c. 1. 12. q. 1.

80 ¶Simili modo violenta oritur ſu-
ſpicio

ſpicio contra eum qui nouit aliquem
eſſe in hæreſim lapſum, & illum iudi-
ci ſtatim non manifeſtat. Alphonſus
de Caſtro.de iuſta hæret. punit.lib.2.
c.25.quem refert Iacob. Sep. in inſti-
tu.Catholi.c.18.num.2.dicens,quòd
ex varijs circunſtantijs, maior vel mi
81 nor ſuſpicio poteſt oriri, ex quo ſum-
pta eſt Inquiſitorum fidei conſuetu-
do puniendi,vel ſaltem reprehendē-
di teſtes tardiùs denuntiantes, nã ad
id quilibet tenetur nulla monitione,
ſeu fraterna correctione præceden-
te. Villadiego de hæret.quæſt.10.nu-
me.6.optimè Caſtro in dict.c.25.vbi
plures rationes & fundamenta ſcri-
pſit.Iacob.Sep.in inſtitu.Catholi.ca.
42.num.10.& in Enchirid.Inquiſi.ti-
tu.24.nu.5.&.6. Domin.de Soto,de
ratione tegendi ſecretum. 2.mem.q.
4. Dictum autem Alphon. de Caſtro
iuuatur ex ſingu.dicto.Bart.in.l.vtrũ.
82 num.3.ff.ad.l.Pompe.de parricid. di-
centis,quòd ſciens proditionem con
tra Principem,vel rempub.;ſi non re-
uelauerit, pœna capitali eſt punien-
dus: quem optimè ſequitur Salice.in
l. quis quis. in fin. C.ad.l.Iul.maieſta.
vbi Angel. inquit, illam opinionem
83 Bart. ſeruari in practica. Contra eam
tenet Hippo.in.d.l.vtrùm.in prin. &
in ſing.164.nemo debet. Anã.in rub.
de his qui fil.occid.num.6.referendo
quoddam conſi. Bal. quod non repe-
ritur, dicentis propter illam opinio-
nem animam Barto. ſepultam eſſe in
inferno. Ioan. de Neuizanis, in ſylua
nup.fol.22.Angel. de malefic.verbo,
*che hai tradita la tua patria* in fin.Felin.in
capi.de cætero.num.17.de re iudica.
84 Concludendum igitur cùm noſtra
aſſertione eſt, hæreticos etiam cor-
rectos, & emendatos eſſe denuntian
dos: quod ſatis colligitur ex inſtru-
ctio.de Madrid,anno ſalutis.1561.ca.
59.in fine.

## ASSERTIO. IIII.

85 ¶*Per duos tantùm teſtes omni exceptio-
ne maiores hæreſis crimen plene probari con-
tra Hoſtien. Alberti. & alios.*

86 COMMVNIS.dd. extat opi-
nio, duos teſtes legitimos, om-
niq; exceptione maiores, ad integrã
probationem in hoc crimine ſuffice-
re.Ioan.Andr.Domin.in.c.vt officiũ.
vbi Philip. Franc.num. 3.de hæret.in
6.Card.in Clem.1.§ verum.eod.titu.
Hanc fatentur eſſe communem Ma
rian. Socin. & Felin.in. c.excommu-
nicamus.1.nu.27.de hæret. vbi Ioan.
de Anan. nu. 2.Villadiego de hæreti.
q.13.num. 9.Ludo. Carrer.de hæret.
nu.126.Alphon.Guerrero, in theſau.
relig.Chriſt.titu.de hæret.nu.20.Cõ-
rad. Brun. libr.4.de hæret.c.9.Nicol.
Boer.deciſ.341.incip. & videtur.Al-
bert.de agnoſ.aſſer.q.34.in prin.& in
rep.c.1.de heret.lib.6.q.16.num.4.&
25. Syllueſt.in ſumma.verbo, hæreſis.
2.q.4.Villad.de hæret.q.13.num.9.Ia
cob.Sep.in inſtit. Catholi.c.50.num.
3.& in Enchirid.tit.34. num.4. Palat.
Rub.in allegat.hereſis.§.13.Ægidius
Boſ.de hæret. nu. 4. Anto.Gabriel.in
ſuis communibus opinionibus, ver-
bo, teſtes duo. pag. 395. Iul. Clar. in
pract.§.hæreſis.verſ.habet etiam per
regulam vulgatam, in ore duorum,
vel trium teſtium, ſtat omne verbum
cap. in omni negotio. cap. licet.1.de
teſtibus.
87 ¶Duo legitimi teſtes, etiam con-
tra ſummum Romanum Pontificem
vel Imperatorem, in hoc crimine ple
nè probant. glo. 1. in. c.præſul.2.q.5.
quam pro ſing.refert Abb.in.c.tertio
loco.nu.3.de probat.& in.c.at ſi cleri
ci.num.3.de iudic.& in.c.quoties.in
prin. & in. c.ſuper eo.2.nume.2.& in
c.licet vniuerſis.in princ.de teſtib.in





c.1.nu.5.de procurat.in rep. c. cùm
eſſes.nu.16.de teſtamen. in.cap. per
tuas. vbi plenè Felin. de maiori. &
obediẽ.Petr.de Rauen. in alphabe.
aureo.verbo. teſtis. Anto. Corſetus
in ſingu.incip. Papa poteſt. Ægid.
Boſ.de hæret.nu.5.& in tit. de cõfeſ-
ſis,in prin.Albert.in.c.1.q. 16. nu.8.
de hæret.in.6.Villad. de hæret. q.13.
nu.9.Decius conſi. 100. in cauſa in-
quiſitionis, in prin.& conſi.342.Ber
nar.diaz de Luco in practi. capitu.
120.in fine.Anto. Gabriel.in loco ſu
pra citato.
88 ¶Teſtes dicuntur legitimi, vel le
galiſsimi,omniq; exceptione maio-
res, qui aliqua exceptione repelli
non poſſunt, neq; cõtra eos aliquis
affectus opponi valeat. glo. ordina-
ria,in verbo,maiores. in.c.1. de con-
ſan.& affinita.quam allegat Bald.in.
l. optimam. C.de contrahen.& com
mitten. ſtipul. vbi ad id eſt text. &
glo.& Bal.nu. 8. inquit quòd ille te-
ſtis eſt omni exceptione maior, qui
89 omnem friuolam exceptionem ſu-
perat,& nulla ei exceptio vera,vel le
gitima opponi poteſt. prædictã glo.
etiã refert Abb.in. c. at ſi clerici. nu.
32.de iudic.Feli.vbi optimè in. cap.
cùm Ioannes.nu. 44. de fide inſtru-
men.Hippo.in.l.de minore. §.pluri-
mũ.nu.57.ff.de quæſt. Alex. con.70.
nume.12.volum.2.Matth.de Afflic.
in conſt.Neapol.li.1. rub.79. nu. 31.
Pala.Rub.in alleg. hæreſis. §. 13. Al-
berti.de agnoſ.aſſer.q.34.nu.5.Tho.
Gram. conſ. 35. in cauſa magnifici.
nu. 35. Lud. Carrer. in pract.fol.72.
nu.26.Fran.Cur.in trac.de teſtib.nu
me.73.gloſſ.eſt ſimilis in verbo ido-
neos,in.§.Item verborum. inſtit. de
inutil.ſtipul.alias refert Alex. & Frã.
de Cur. in locis modò citatis. Ideo
meritò ſuperioribus annis fui in hac
opinione per duos teſtes minores vi
ginti quinq; annis crimen hæreſis
non fuiſſe plenè probatum, cùm in
90 criminalibus minores viginti quin-
que annis,licet aliâs ſint idonei,non
tamen ſunt legitimi teſtes.l.3.§.lege
Iulia. ff.de teſtib.l. in teſtamentis.ff.
de teſtam.c.ſi teſtis. §. cùm teſtimo-
niũ.4.q.3.l.3.tit.16.par.5. Alberi. in.
d.§.lege Iulia.Lanfran. in. c. quoniã
cõtra.§.teſtiũ depoſitiones.nu. 142.
de probat.& tres fortaſsis non ſuffi-
cerent, vt infra aſſertione quinta.
91 ¶Neque Promotor fiſcalis aſtrin
gitur probare teſtes contra hæreti-
cos productos eſſe idoneos. De iure
enim teſtes præſumũtur eſſe omni
exceptione maiores, niſi contrariũ
probetur.glo.in verbo, idonei. in.c.
1.de teſtib.pro qua eſt tex. in.c.præ-
ſentiũ.de teſtib.l. ſi quis teſtibus. C.
eo.vbi dictis teſtium ſtandum eſt, ſi
nihil in eorũ perſonas fuerit obiectũ
nam quilibet bonus & idoneus præ
ſumitur.l.nõ omnes.§.à barbaris. ff.
de re milit.l.cùm pater. §.rogo.ff.de
legat.2.c.dudum. de præſump. cap.
vnico.de ſcruti.in ordi.facien.Bal.in
l. neque natales.nume. 10.C.de pro
bat.Ancharr.in clem.1. de conceſsi.
præben.vbi Ioan.de Imol. nu. 12.la-
tè Fel.in.d.c.dudum. Alciat. de præ-
ſump.re.3.præſupmti.3. d.glo. in.d.
c.1.de teſtib.Sequitur Ioan.de Imol.
in.l.1.§.ſi quis neget.in fine.ff.quem
admo.teſtam.aperian. Fran. de Cur.
Iunior.in.d.tract.de teſtib.nu.75.&
ſenior conſ.56.ſuper proceſſu. Lud.
Carrer.in practi. crim.fol.72. nu. 27.
Thom.Gram.conſ.35.in cauſa mag-
nifici.num.39.Alberti.in. c. 1. q. 15.
num.28.de hæret.in.6.
92 ¶Et ratio prædictæ rationis eſt,
quia idoneitas eſt qualitas naturalis
intrinſeca, quæ ſemper præſumi-
tur.auth.contra qui propriam.C. de
non num.pecun. c.ſicut.1.q.1.glo.

in.l.ſi verò.§.1.ff.qui ſat. dare cogan.
glo.vbi optimè Abb.in. c.fin.de ſuc-
ceſ. ab inteſtat. melior glo.in verbo,
ſcientiæ. in.c. ſi fortè. de elect. in.6.
Non verò me latet contrarium te-
nuiſſe Angel.in.l.tabularum.ff.quē-
ad.teſtam.aper.quem ſequitur Hip
po. & alij ab eo relati.in.l.ſi quis ne-
que quæſtio. num.136.cum ſequen.
ff. de quæſtioni.ſolutionem, vel po-
tiùs eius reprobationem vide per
Fran.de Cur.Iunior.& Albert. in lo-
cis ſupra citatis.

93 ¶Hoſtien. verò in ſum.de hæret.
§. qualiter deprehendatur. nu. 4.te-
nuit ad probandum crimen hæreſis
duos tantùm teſtes nō ſufficere, ſed
tres, vel plures requiri, quia durum
eſt hominē bonæ famæ duobus tan-
tùm teſtibus cōuictum de tāto cri-
mine condemnari. Cui opinioni ad
hæret Conrad. Brun. lib.4.de hæret.
c.9.& Nicol.Aymer.in direct. Inqui
ſit.part.3. quæſtio.71. Archiep. Flo-
ren.in. 3.part.ſum.tit.18.c.2.§.5. Io-
an.de Tabia.in ſua ſumma, verbo, In
quiſitor.num.37.dicens opinionem
Hoſtien.procedere de æquitate.cō-
munem verò opinionem de rigore.
glo.magna.in.5.q.in fine.in.l.1.titu.
26.par.7.dicens, quòd ad minus tres
teſtes in hoc crimine requiruntur:
quia de maiori præiudicio agitur,
quàm in alio delicto. Alberti. de a-
gnoſce.aſſer. q. 34. nu.5.inquit opi-
nionem Hoſtien.ſeruari in practica,
& ea communiter Inquiſitores fidei
94 vti, & nō communi opinione. Idem
Alberti in repe.c.1.q.16.num. 12.de
hæret.in.6.opinionem communem
ſibi non placere affirmat, referendo
præfatum dictum Hoſtien. pro quo
ſolet allegari text.in.c.excommuni-
camus. 1.§. adijcimus. de hæret.ibi,
tres aut plures boni teſtimonij vi-
95 ros. Sed ille.§. adijcimus, loquitur de
inquiſitione generali, quam Inqui-
ſitores viſitando ſuas prouincias per
tres, vel plures teſtes in hæreſibus in
quirendis informationem recipiūt,
& non de probatione particulari, de
qua eſt noſtra quæſtio.

96 ¶Vehementer illud contra com-
munem Doctorum ſententiam, &
in fauorem Hoſtien. vrget. Nam in
cauſis fidei teſtium tantùm dicta, &
non eorum nomina reo publicātur,
tacitis etiam omnibus circunſtan-
tijs, quibus de teſtibus reus ſuſpicari
poſsit, eorum dicta eduntur & pu-
blicantur. c.fina.de hæret.in. 6.præ-
ſertim quando teſtium & accuſan-
tium imminet periculum, vt ibi di-
97 citur. Et idem eſt in alijs quibuſcun-
que delictis, quando hoc periculum
ineſt. Ioan. Andr.in.c.quoniam fre-
quenter.in prin. vt lite non conſtet.
tex.in.c.præterea.2.vbi Abb.nu.4.&
7.& alij, de ſpōſali. reperto. Inquiſit.
verbo, nomina. verſi. ex prædictis.
98 Ceſſante etiā omni periculo hodie
nomina teſtium publicare minimè
tenentur Inquiſitores, pro vt per ex
trauag.Innocētij ſexti.ibi, ſanè volu
m9, vt nomina tā accuſantiū prauita
tē hæreticā, quàm teſtificātiū ſuper
ea, nullatenus publicentur, propter
ſcandalum, vel periculū, ꝙ ex publi-
catione huiuſmodi ſequi poſsit. Quā
extrauagantē refert Nico. Aymeric.
in direct. Inquiſit.part.1.in fi. Et Pet.
Paul.Pariſi.conſ.2.vol.4.Iaco.Sep.in
Enchiri.Inquiſit.tit.35.nu.15.& Re
pert. inquiſit.verbo, nomina.verſic.
nunc videndū eſt. Et expreſsè cautū
eſt in inſtruc. Hiſpalen. anno Virgi-
nei partus. 1484.& in alia Mantuæ
Carpentanæ, vulgo Madrid, anno
1561.cap.31.quia ſemper imminere
periculum præſumitur, & vt maior
99 teſtificandi contra hæreticos auda-
cia & ſecuritas teſtibus tribuatur,
nomina



nomina teſtium reis occultari ſolēt;
eisq; integra defenſionis facultas
tollitur: ac proinde diminuta & trū-
cata eſt reorum defenſio.

100 ¶Quonam ergo pacto delatus, in
carceribus ſecretis detentus, amico-
rum, & conſanguineorum ſuorum,
atq; procuratorum ſolatio & cōſilio
deſtitutus, defectus & obiecta aduer
ſus teſtes obijcere poterit, cùm eo-
rum nomina ignoret? Si forte ſunt
eius inimici, vel criminoſi, vel infa-
mes, vel excōmunicati, vel aliâs in-
habiles. Nam in tam graui crimine,
in quo omnia pœnarum genera cō-
currunt, videlicet, excōmunicatio,
bonorum publicatio, perſonæ rela-
xatio, perpetua ſua & ſuorum infa-
mia.c.ad abolendam. c. excommu-
nicamus.2.in prin.& in.§.fin.de hæ-
ret.c.ſuper quibuſdam. de verb. ſig.
c.cùm ſecundum leges. de hæret.in.
6.maiores probatiōes, quàm in alijs
101 criminibus ſunt neceſſarię, vt inquit
Oldra.conſi.210.incip. regularis ha-
bet traditio.Bal.in.l.fin. nu. 4. C. de
probat. dicens pleniores probatio-
nes eſſe neceſſarias, vbi maiores ſunt
condēnationes. Idē Bal. & glo.in l.
in bonę fidei.C.de reb.credit.Alber.
de agnoſ.aſſer.q.34.num.24.

102 ¶Neque erit temerarium aſſere-
re teſtes, quorum nomina non pu-
blicantur, reſpectu rei non eſſe om-
ni exceptione maiores, cùm nō poſ-
ſit delatus propter ignorantiam, ad-
uerſus eos aliquid obijcere: ſiquidē
illi dicuntur omni exceptione maio
res (vt ſuperius dictum eſt) qui ali-
qua exceptione repelli non poſſunt,
& ſic propter omiſſam iuris ſolenni
tatē, quia eorū nomina non exhibē-
tur, minus poſſunt opponi crimina
defectus & obiecta. cap. qualiter &
quādo.2.§.debet.de accuſat. Abb.in
103 c.olim.nu.8.eo.tit. ſed poſtea quàm
verba dictæ extrauag. Innoc.6.con-
ſideraui.ibi, & adhibeatur dictis hu-
iuſmodi teſtium, nihilominus plena
fides, ob id paratus ſum palinodiam
recantare: nam vt inquit Tullius in
Philippicis, poſteriores cogitationes
ſolent eſſe ſapientiores. Verùm meo
tenuiſsimo ingenio, nō auderem in
tam graui crimine truncata atque
diminuta rei defenſione duobus tā-
tùm legitimis teſtibus quempiam
condemnare: ſed opinionē Hoſtiē.
tanquā æquiorem ipſe ſequerer, niſi
delatus eſſet malæ opinionis & famę
vel alia adminicula contra eum con
currerent, quo caſu communis Do-
ctorum opinio eſſet tenenda.

104 ¶Pleriq; tamen arbitrantur illam
ſolennitatem, quæ in reproductio-
ne teſtium adhiberi ſolet, quòd te-
ſtes reproducantur, & in iudicio ple
nario coram Inquiſitoribus, ac dua-
bus perſonis religioſis examinentur.
c.vt officium.§.verum.de hæreti.in.
6.& inſtruc. Toletana.c.14.ſupplere
ſolemnitatem aliam omiſſam de nō
exhibendis nominibus teſtium in
eorum publicatione, qui ſanè, meo
iudicio, hallucinantur, ex eo quòd
ſolennitas omiſſa eſt de ordine ſub-
ſtantiali iudiciario. vt in.d. cap qua-
liter & quando, & illa ſolēnitas de re
ligioſis perſonis, vt experientia do-
cet, parui, vel nullius eſt effectus: Nā
ea ſolet communiter eſſe hominum
conditio in ſua aſſertione, vel infi-
105 ciatione vera vel falſa perſiſtere, &
ſatis dicitur lucra capere qui volun-
tatem ſuam adimplet glo. in.l. Pau-
lus.1. ff. de ſoluti. gloſſ. fina. in.l.
fina. ff. de condic. cauſ. dat.l.3.l.
eum qui. ff. de probat. maximè vbi
periurij periculum vertitur. l. eos
qui diuerſa. ff. de fal. authen. de te-
ſtib.§.qui verò collat.7. Et illa ſolen
nitas in omnibus alijs etiam cauſis

poterit adhiberi,Bal.in.l.nullum.nu
106 me.5.C.de teſtib. prębens iudicibus
conſilium, quòd in cauſis arduis &
pôderoſis teſtes examinẽtur coram
aliquibus fide dignis perſonis. Abb.
in.d.c.cum cauſam.Alex.in addit.ad
Bart.in.l.1.§.ſi quis neget.ff.quem-
ad.teſtam.aper. Boer. Deciſ.1.num.
51.Fran.Mar.deciſ.900.incip. quæri
tur,parte.1.
107 ¶Teſtes verò in iudicio ſũmario
recepti minimè probant, niſi repro-
ducantur in plenario, prolata iã ſen-
tentia interlocutoria ad probandũ
l.ſi quando.C.de teſtib.c.veniens.2.
c.cũ in tua.de teſtib. Bar.in.l.maritꝰ.
nu.3.&in.l.fi.nume.8.ff.de quæſtio.
Abb.in.c.ſi clericus.num.15.de foro
compet.Boer.deciſ.43.nu.3.Hippo.
ſing.95.& ſingu.580.incip. acta fa-
cta in iudicio ſummario. Alberti.la-
tiſsimè omniũ. de agnoſ. aſſer.q.34.
nu.16.cum ſequen.&in.c.1.de hæ-
ret.in.6.q.16.nu.17.Villadie.de hæ-
ret.q.10.Iac.Sep.in inſtit. Catho.ca.
62.nu.16.& in Enchiri.tit.35.nu.10.
108 ¶Vſque adeò id verum eſſe cen-
ſeo, quòd neque operatur indicium
teſtis non reproductus. Bal.in.l.iube
mus.nu.4. C.de proba.Bar.in.d.l.ma
ritus.nu.3.&in. d.l.fi. allegando ad
hoc.l.ſi quis adulterium.ff.de adult.
Sali.in.l.fina.C.de quæſti.Inno.in.c.
per inquiſitionem.de electio. Alber.
de agnoſ. aſſer. q.34.nu.9 Sed ſum-
ma cura aduertendum eſt in repro-
ductione teſtium, vt prudenter &
cautè ipſi examinẽtur, & quòd prio-
ra teſtimonia eis non oſtendantur,
ſed ſaltim ſummatim prius repetant
teſtes quicquid de re illa fuerunt te-
ſtificati. Nam ex eorum variatione,
ſeu contradictione, vel trepidatio-
ne diſcretus & circunſpectus Inqui-
ſitor facilè ſuſpicari poterit, quanta
fides eis eſt adhibenda, & an aliqua
falſitatis ſuſpicio ſubſit intelligatur.
109 Quæ omnia in actis proceſſus con-
ſcribantur, quia fidei eorum detrahi
tur, & non eſt parua ſuſpicio de men
dacio.l.2.in fine.ff.de teſtibus.c.ſi te
ſtes.§. qui falsò, vel variè.4.quæſtio.
tertia, docet Bartolus in dicta lege
fina. numero tertio. ff. de quæſtion.
Felinus in cap. cùm in tua. nume.4.
de teſtib.Boeri.deciſ.108.Iaco.Sept.
110 in Enchirid.tit.35.num.10. Hoc pa-
cto teſtes eſſe mendaces deprehen-
duntur, ſi obliti eorum quæ prius di-
xerunt, diuerſa prioribus loquantur.
Nam iuxta vetus prouerbium, men
daces memores eſſe oportet, licet
poſteriori, & non priori dicto ſtan-
dum ſit.cap.accuſatus.§.licet.de hę-
ret.in.6.Ioann. Nicol.de hæret.not.
13.Alberti.in.c.1.quæſt.16.num.79.
de hæret. in.6.& de agnoſ.aſſer.quæ
ſtio. 34. nume. 41. fatetur hanc eſſe
communem opinionem. Couarru.
libro.2.reſolut.ca.13.nume.9.decla-
rando.d.§.licet.
111 ¶Nulli iudicum, præcipuè Inqui
ſitorum fidei, liceat teſtes pro ratifi-
catis à reis haberi, nec tres monitio-
nes ſolitas, & teſtium publicationẽ
omittere, quamuis delati plenè &
ſponte delictum ſint confeſsi: quia
ſæpe ſolent ſuas reuocare confeſsio-
112 nes, & proceſſus, & teſtificationes
abſque fide & probatione, vt ſupe-
rius dictum eſt, remanent. Id meritò
ea potiſsimum ratione fieri non de-
bet, quia rei in cauſis criminalibus
113 defenſionibus renuntiare nequeũt,
maximè ſi pœna corporali ſunt ple-
ctẽdi. glo eſt ſing. communiter rece-
pta.in.l.pactũ inter hæredem. in ver
bo, cũ liceat. ff. de pact. quã pro ſing.
allegat. Bart. in. l. qui vltimo ſuppli-
cio. in fi. ff. de pœn. Iaſ.in.l.ſi quis in
conſcribendo.num.18.C.de pact.&
in Authen.iubemus.nu.7.C.de iudi.
Felin.



Felin.in.c.ſi diligenti. nu.3. de foro
compete. & in. c.cùm dilecti.de ac-
cuſat. vbi octo fallentias ad eam ſcri
pſit.Refert etiam Hippol. in.l.1.§.ſi
quis vltrò.nume.63.& in.l.vnius.§.
cogniturum. nu.56.ff.de quæſtio.&
in pract.crimi.§.examinanda.num.
4.Ludo. Carrer.de hæret.§.circa igi-
tur.num.70.Thom.Gram.voto.7.
in cauſa nobilis.nu.6.Iac.Sep in in-
ſtit.catho.c.62.nu.38.& in.c.26.nu.
29.& in enchirid.titu.35.nu.11.pro
qua eſt ſing. tex.in.l.non tantum.ff.
de appellat.Sed text.videtur contra
ſupra dicta,vt in.c. vt inquiſitionis.
de hæret.in.6.ibi, non obſtantibus
114 appellationibus, vbi tollitur appella
tionis remedium, quod eſt quædam
naturalis defenſio. Abb.in.c.1.nu.2.
de reſcrip.Felin.in.d.ca.ſi diligenti.
nu.7.Primum tenendum eſt, nam
ſolutio omnibus notiſsima eſt.

## ASSERTIO. V.

115 ¶*Hæreſis crimen tribus tantùm minus idoneis teſtibus plenè nõ probari cõtra Frãc. de Aretio. & Alberti. & Lud. Carrer.*

PVlchrè inquit iureconſultus Ar-
cadius in.l.ob carmẽ.§.fin.ff.de
teſtib. quòd non ad multitudinem
teſtium reſpici oportet, ſed ad eorũ
mores, dignitatem, & autoritatem.
c.in noſtra.de teſtib.c.ſi teſtes.§.in
criminali.4.queſt.3.Bal.in.l.teſtium.
num.21.C.de teſtib.& in.l.in bonæ
116 fidei.nu.10.C.de reb.credit. dicens
duos teſtes omni exceptione maio-
res multis ſuſpectis præferri; & pau-
cos nobiles multis ruſticis; & duos
Cardinales multis pannoſis clericis.
Vnde inquit ipſe Bal. in.c.ad noſtrã.
in prin.de probat. quòd neq; in cau-
ſa criminali, nec ciuili ardua, pluri-
mi teſtes infames, vel minus idonei
plenè probant, neque numerus eo-
rum defectus ſupplet, allegat tex.in
117 c.licet cauſam.§.quãquã.de probat.
Dictũ Bal. ſequitur Iaſ.in.l.1.in pri-
ma lectura.nu.68.C.de ſum.Trin.&
fid.cath.& in auth.ſi verò nume.6.
C.de iudi.Felin.in.c.teſtimonium.
num.5.de teſtib.Decius in.d.c.licet
cauſam.nu.8.& in cõſi.133.viſo pro
ceſſu.nu.3.Hippol.con.109.audito.
nu.5.& in rub.C.de probat.nu.312.
& pract.crimi.§.expedita.nu.82.&
in ſing.437.in cauſis, & ſing.477.in
teſtibus. Ruinus, conſil.149.volu.
quinto.Anton.Gab.de teſtibus.cõ-
cluſione.6.
118 ¶Neq; prædictis obſtat glo. ordi-
naria.in.l.3.in verbo, numerus.ff.de
teſtib, quæ in cauſis ciuilibus, & non
in criminalibus, intelligenda eſt ſe-
cundum Bal.in.d.c.ad noſtram, &
doctores ſuperius citatos. & Bart.in
l. excuſantur.nu.7.ff.de excuſa.tu-
tor. Fran.Squilla.de fide catho.ca.
34.Pal.Rub.in alleg.hæreſis.§.fina.
optimè Hippol. in.d.ſing.477.& in
pract.§.expedita.num.82.Thom.
Gram.deciſ.11.num.2.& conſi.26.
in cauſa matrimonij.nu.50.& Fran.
de Curte.de teſtib.concluſ.16.Alex.
conſi.4.nume.10.vol.6.Socin.Iu-
nior.conſi.146.in cauſa turbatæ poſ
ſeſsionis.nu.15.vol.1.Neq; huic cõ-
119 cluſioni aduerſatur tex.in.c.in fidei
fauorem.de hæret.in.6.quia ex eius
tenore apparet, quòd vltra nume-
rum teſtium, aliæ præſumptiones
ſunt neceſſariæ. ibi, ex numero te-
ſtium, & perſonarum qualitate, &
alijs circunſtantijs. &c. Noſtra verò
aſſertio loquitur quando tantùm
ſunt tres teſtes minus idonei contra
Fran.de Aretio.in.c.fi.de teſtib.&Al
bert.de agnoſ.aſſer, quæſt.34.num.
3.& Lud.Carrer.de hæret.§.circa igi
tur.num.52.

## ASSERTIO. VI.

120 *¶Per teſtes ſingulares hæreſis crimē non*
*plenè probari contra Iac. Butrig. Bal. Salic.*
*ac plures alios, dicentes in genere probari.*
*Quam ſanè probationem ad pœnam delicti*
*ordinariam prorſus eſſe reijciendam.*

NOtiſsima eſt iuris regula, te-
ſtes ſingulares in omnibus cau
ſis tam ciuilibus, quam criminalibus
plenam probationem non facere. c.
bonæ. 1. §. contra verò. de electio. c.
cùm Eccleſia Sutrina. §. nos igitur. de
cau. poſſeſ. & prop. c. licet cauſam. §.
quanquã. de probat. ca. cùm dilecti.
de accuſat. ca. nihilominus. vbi glo.
& Archid. optimè. 3. q. 9. l. qui falſa,
vel varia. ff. de teſti. Et ratio eſt, quia
non eſt conteſtatio inter eos, nec nu
merus, nec pluralitas reſpectu vnius
actus, cùm ſinguli diuerſa, vel ſepara
ta dicãt, facit eos cõteſtari. Ob id me
ritò tantùm probant mille teſtes ſin
gulares quantum vnus teſtis, imò
121 ſi eſt ſingularitas obſtatiua minus
probant mille, quàm vnus: nam di-
ctum vnius debilitat dictũ alterius.
Bald. in. l. iuriſiurandi. nume. 4. C. de
teſtib. & in. l. de quibus. in fine. ff. de
legibus. Iaſ. in repet. l. admonendi.
num. 256. ff. de iureiuran. Alex. conſ.
19. in his quæ in themate. num. 22.
vol. 4. & conſi. 81. eo. volum. Decius
conſi. 189. in caſu propoſito. num. 8.
& conſi. 310. viſis diligenter. num. 7.
& conſ. 534. procedendo breuiter.
num. 12. Paul. Pariſ. conſi. 57. volum.
1. Hippoly. conſ. 109. audito & intel
lecto. nu. 3. & in ſing. 114. incip. vul-
gatum. Nicol. Boer. deciſ. 341. & vi-
detur. num. 2.
122 ¶Tria ſunt in teſtibus ſingularita
tum genera, quarũ vna eſt ſingulari-
tas obſtatiua, alia ſubalterna, alia ad
miniculatiua, id eſt, quòd aliquan-
do ſingularitas eſt cum contrarie-
tate: vt ſi vnus ait, alter negat quo ca
ſu dictũ vnius dictum alterius debi-
litat. Aliquãdo cum diuerſitate, quo
caſu dictum vnius non infringit di-
ctum alterius, imò adiuuat, ſi vnus
teſtis deponat de vno actu poſſeſsio
nis, alius de alio. Interdum eſt cum
connexitate, vt puta ſi vnus depo-
nit de veritate facti, alius de fama,
iſta etiam ſingularitas adiuuat. Ita
ſingulariter in effectu docet Bald. in
cap. licet cauſam. num. 11. de pro-
bat. & in. d. l. de quibus. & in. ca. bonę
1. de electio. & in. l. teſtium. C. de te-
ſtib. num. 9. & nu. 14. Subtiliter mo-
123 re ſuo decem prædicamenta in ex-
ponenda ſingularitate teſtium re-
fert, quòd optimè declarat Cæpola
conſ. ciuili. 3. in ordine. nu. 9. & Ay-
mõ. Craue. de antiquit. tempor. par.
4. nu. 157. Felin. in. c. licet ex quadã
de teſtib. nu. 2. & Decius in. d. c. licet
cauſam. nu. 7. Alber. in. c. 1. q. 16. nu.
61. de hæret. in. 6. Fran. de Curt. de te
ſtib. nu. 92. optimè Fran. Blan. in. l. fi.
ff. de quæſtio. nu. 366.
124 ¶Teſtes verò conteſtes & nõ ſin-
gulares in dubio præſumuntur, ita
in caſu dubio eorum dicta interpre-
tari tenemur. Inno. in. c. qualiter &
quando. 2. de accuſat. Bal. in. d. l. de
quibus. Iaſ. in. l. finali. nume. 14. C.
de bon. poſſeſs. cont. tab. Abb. in ca.
cùm Ioannes. nu. 6. de fide inſtrum.
Alex. conſi. 146. vol. 5. Aymõ. Craue.
conſ. 78. num. 9. & conſi. 151. nume.
15. Albert. in. c. 1. q. 16. nu. 57. de hæ-
ret. in. 6. Fran. de Cur. de teſti. num.
28. & 73. Ratio eſt, quia non præſu-
mitur pluralitas actuum. l. fina. C. ſi
125 cert. petat. l. omnium. vbi optima
glo. C. de teſtam. cap. in præſentia. §.
verum. 2. vbi dd. de probat. & etiam
quia teſtes, ſi id cõmodè fieri poteſt,
ad concordiam ſunt reducendi. cap.
cùm



126 cùm tu. de teſti. c. periculoſe. vbi op-
tima glo. de pœnit. diſt. 1. Bal. in. c. fi.
in fine. de cõſuet. Iaſ. in. l. interpoſi-
tas. nu. 3. C. de tranſa. & in. l. ſi is qui
pro emptore. nu. 10. ff. de vſucap. in.
l. 3. §. ex cõtrario. nu. 87. ff. de acquir.
poſſeſs. Hippoly. ſing. 418. incip. di-
cta teſtium. & ſing. 571. incip. audiui
ſemel. Ideo teſtis non dicitur ſingu-
laris quãuis alios conteſtes non alle-
get, & dicat de pręſentia aliorum nõ
recordari. Paul. Caſtrẽ. in. l. fin. in fi-
127 ne. C. de bono. poſſeſs. ſecum. tab. Fe
lin. in. d. c. licet ex quadam. nume. 2.
Alex. conſ. 185. vol. 7. Carol. Ruin.
cõſ. 36. vol. 4. Hippol. qui alios refert.
ſing. 401. incip. neſcio aliquem. Simi
li modo teſtes dicuntur conteſtes, &
non ſingulares, quãdo in facto prin-
cipali, in quo negotij ſubſtãtia prin-
cipaliter conſiſtit, cõcordant per ea-
128 dem, vel æquipollentia verba, licet
in alijs diſcordent. c. nihil obſtat nar
randi diuerſitas. de verb. ſignifi. l. qui
ſententiam. C. de pœnis. l. quicun-
que. §. idcirco. Vbi Salicet. C. de hæ-
ret. glo. in verbo. ſubſtantia. in. c. du
dum. de conuerſ. coniug. glo. in ver-
bo. Vacillaſſe. in. c. cum eccleſia Su-
trina. de cauſ. poſſeſs. & . propri. Bal.
in. d. l. teſtium. nume. 13. Iaſ. in. l. quæ
extrinſecus. num. 5. ff. de verb. oblig.
cũ alijs à me relatis in ſpeciali meo.
204. incip. teſtes ſingulares. nume-
ro nono.
129 ¶Sed Anto. de Butrio. & Abb. in.
d. c. nihil. num. 2. dicunt, quòd ſi eſt
quæſtio de probandis verbis formali
bus alicuius propoſitionis, per eadẽ
verba formalia, & non æquipollen-
tia, teſtes teſtificari tenentur alio-
quin non probant. Alex. in addit. ad
Bart. in. l. teſtium. §. ideoq;. ff. de te-
ſtib. Fran. de Curte. de teſtib. num.
24. Iaſ. in. l. fin. num. 18. C. de bonor.
poſſeſs. ſecun. tab. Nicol. Verardus
in Topicis iuris. in loco ab æquipol-
lentibus. vbi allegat Bal. in. c. bonæ.
1. de electio. idem tenet Catalian.
Cotta. in memorabilib. ſuis verbo, te
ſtis. Albert. in. d. c. 1. q. 16. num. 42. &
de agnoſ. aſſer. q. 34. num. 47. vbi al-
legando quoddam conſ. Domini. de
S. Gemini. 130. in ordine, per ſupradi
130 cta affirmat, vnum meo iudicio, ſa-
tis ſtupendum, quòd ad probandam
propoſitionem aliquam hæreticam,
ſi teſtes in verborũ forma ſunt diuer
ſi, quia non teſtificantur per eadem
verba formata, non plenè probant,
quia eſt de verbis quæſtio. idem te-
nuit in dicto tractatu de agnoſ. aſſer.
131 q. 35. num. 7. Quam ſententiam, ſal-
ua ſumma eius autoritate, tanquam
falſam reijciendam prorſus cenſeo,
nam virtus & ſubſtantia verborum
nõ in eorum cortice, vel ſuperficie,
ſed in ſenſu & intentione conſiſtit.
cap. intelligentia. capit. præterea. de
verb. ſign. ca. Marchion. 1. q. 1. & nõ
ſunt verba intelligenda Iudaicè, ſed
Iuridicè, vt Baldi verbis vtar in. l. qui
cunque. colum. 6. C. de ſer. fugit. quẽ
refert. Iaſ. in. l. non dubium. nume.
28. C. de legib. nam Iudæi nimis in-
hærent cortici verborum & literæ.
Et nihil refert vt docet iuris regula,
quòd aliquid ex æquipollentibus
fiat. l. mulier. ff. ad Trebell. l. ſi mater.
C. de inſtit. & ſubſtit. ſub cond.
fact. ea denique eſt natura verbo-
rum æquipollentium. l. 2. C. de vſu-
cap. pro empto. capit. licet ex qua-
dam. de teſtib. Quare meritò teſtes
non dicuntur ſingulares, ſi in effe-
132 ctu & verborum ſubſtantia concor-
dant, quamuis verbis vtantur diuer
ſis, veluti ſi duo teſtes producti,
vnus dicat audiuiſſe Titium dicen-
tem indulgentias ſummorum Pon-
tificũ nullas eſſe, alter verò eodem
tẽpore & loco audiuiſſe affirmet di-

ctum Titium dixiſſe nullam vim &
virtutem ſummorum Põtificum in-
dulgẽtias habere. Huiuſmodi enim
teſtes concordes, & conteſtes in pro
banda dicta propoſitione hæretica
ſunt & nõ ſingulares, per.d.l.qui ſen
tentiam. &.c.nihil. & per alia iura ſu
133 periùs relata. Imò quãdo teſtes vno
eodemq; præmeditato ſermone te-
ſtificantur, præſumuntur ſuſpecti.l.
3.§.1. ff.de teſtib.Abb. in.d.ca.nihil.
nume.3.Hippo.latè in rub. C.de pro
bat.num.358.cum ſequent.Fran.de
Cur.de teſtib.num.29.

134 ¶Noſtram igitur aſſertionem, te
ſtes videlicet ſingulares, & varios, cri
men hæreſis non plenè probare, te-
net Ioan. Andr. in.c.vt officium.§.1.
in prin.de hæret.in.6.Bal.in.l.ob car
men. §.fin. ff.de teſtib.Anto. de But.
in.c.veniens.1.de teſtib.& in.c.cum
oporteat.de accuſat.Card.in Clem.
1.§. verùm de hæret.Conrad.Brun.
de hæret. libr.4.c.9.Pala.rub.in alle-
gat.hæreſis.§.12.Alexan.conſi.19.in
his quæ in themate.num.22. volu.4.
& conſi. 72. &.100.ſuper primo. nu.
6.vol.1.Paul.Pariſius conſi.2.volu.4.
Abb. conſi.42.volu.1.Hippo.conſi.
90. audito.num.7.Nico.Boer. deciſ.
342. Hanc fatetur communem eſſe
opinionem Pala.Rub.in allegat.hæ-
reſis. §. 12. Albert. de agnoſ. aſſer.q.
34.num. 9.Latiùs in.c.1.q.16.nu.49.
de hæret. in. 6. Iul.Clar.in pract.cri-
min.§.fina.q.53.verſicul.dixi etiam.
Boer. deciſ. 342.& videtur.nu.2.qui
reſpondit fundamẽtis contrariæ o-
pinionis.Iacob.Sept.in inſtitut. Ca-
tholi.c.62.num.18.& nu.25.affirmat
hanc opinionem ſeruari in practica.
& in. c.50.nume.1.& in Enchiridio.
Inquiſit.titul.37.Mincha. de ſucceſ-
ſio. crea.libr.1.§.4.nu.45. Nicol.Ay-
meric.in director. Inquiſit.part.3.q.
72.vbi literas Papæ Clementis, Ale-
135 xandri, & Vrbani.4.ſummatim re-
fert.Ratio eſt, quia ſi in alijs crimini-
bus teſtes ſingulares non probant, à
fortiori in crimine hæreſis, in quo
vberiores probationes ſunt neceſſa-
riæ, tum propter truncatam, & dimi
nutam reorum defenſionem, cùm
nomina teſtium non publicentur:
tum etiam quia in hoc crimine om-
nia pœnarum genera concurrunt,
vt ſuperius abunde retuli.num.100.
part.2.

136 ¶Illa tamen hoc in loco doctrina
Ioan. Andr.communiter recepta o-
bliuioni minimè tradenda eſt. in. c.
vt officium.in prin. de hæret. libr.6.
quem ſequitur Domini. ibi in.§.ve-
rum. nume. 6. Anto.in.c.cum opor-
tet.de accuſat.Oldrad.conſilio.120.
Abb.conſi.42.incipi.ex multis cogi-
tatis, vol.1.& dixit communem Pa-
la.Rub.in allegat.hæreſis. §.12.Iaco.
Sep.in inſtitu.Catho.c.50. in princi.
& Iul.Clar.in practi.crim.§.fin.q.53.
verſi.dixi etiam, in fine. quòd etiam
ſi fama delicti ſimul cum teſtibus ſin
gularibus cõcurrat, nihilominus hæ
reſis crimen nõ plene probatur. Hu-
137 ius rei ratio euidẽs eſt, quia in crimi-
nalibus ex pluribus imperfectis pro-
bationibus, nõ fit vna integra & per
fecta probatio.glo.eſt ſing.in verbo.
illorum. in.c.veniens.de teſtib. Gan
din. in rub. de præſumpt. & indicijs.
Bald. in. c.1. de appellat.vbi optimè
Decius nu.21. Idem Bal.in.l.2.§.1.ff.
de excuſat.tutor.& in.l.ſi quis ex ar-
gentarijs. §. 1. ff.de edendo.Hippol.
in rub.C.de probat.nume.310.& in
conſi.20.In hac præſenti.nu. 48.quo
caſu locum non habet vulgata iuris
regula, ſingula quę nõ proſunt, mul-
ta collecta iuuant.l.rationes.l.inſtru
138 menta. C. de probat.quod longè ali
ter eſt in ciuilibus cauſis.glo.ſing.in
verbo. legitimis teſtibus in. l.2.ff.de
excu-



excuſat.tutor.glo.in verbo.numerꝰ.
in.l.3.ff.de teſtib.glo.fin. in.c.cũ cau
ſam. de probat. de quibꝰ plenius per
Deciũ, & Hippo. in locis paulò ante
citatis, & per Franc.de Curte.de te-
ſtib.nu.92. cum ſequen. plura enim
imperfecta, nõ faciunt vnum perfe-
ctum. l. vnica. C. qui nume. tutel. ſe
excuſ.l.ſi idem cum eodem.ff.de iur.
omni.iudi.

139 ¶Contrariam verò ſentẽtiam te-
nuere plures iuris profeſſores, neq;
numero, neq; authoritate proximè
dictis inferiores, videlicet, quòd ad
probandum aliquem eſſe hæreticũ
in genere, ſufficere per teſtes ſingu-
res probare diuerſas illius hęreſes: ve
luti ſi quiſpiam dixerit audiuiſſe Lu-
therum dicentem, nõ eſſe obedien-
dum Papæ: alius teſtis inquit eundẽ
dixiſſe vota caſtitatis neminem obli
gare, & alij de alijs diuerſis hæreſibus
quòd tales teſtes ſingulares probant
in genere illum eſſe hęreticum. Hãc
tenuit opinionem Iacob. Butrig.in
l. Arriani. C.de hæret.Bal.in.l.actor.
nu.4.C.de probat.dicens, quòd ſi vo
lo probare aliquem eſſe hæreticum
in genere, produco duos teſtes, vnus
deponit de hæreſi in vno articulo fi-
dei, alter de alio articulo: iſti teſtes
probãt identitatẽ generis per diuer
ſitatem ſpecierum. Idem Bald. in l.
vnica.in fine. C.qui num.tutel.ſe ex
cuſ.hoc verborum tenore ait. Si vnꝰ
teſtis dixit aliquem eſſe hæreticum,
quia audiuit eum dicentem, nõ cre-
do in vnum Deum: & alius dixit, nõ
credo in Catholicam Eccleſiam, iſti
teſtes plenè probant, quia ſunt con-
teſtes in genere. & in.l.actor.nume.
4. C. de probat. & in. c.cum omnes.
nume. 28.de conſtit.ibi, ſufficit pro-
batio generalis ad probandum quẽ
eſſe furem manifeſtum, vel hæreti-
cũ: quia omnes hæretici caudas ha-
140 bent ad inuicèm colligatas. Sequi-
tur Salice.in.l.quicunque. C.de hæ-
ret.Ioan.Imol.in.d.c.cùm oporteat.
Anan. in.c.1.nume.7.in fine.de hæ-
ret.Decanus Segouien.de hæret.ca.
12.Iaſ.in repet.l.admonendi. nume.
256. ff. de iureiuran. Felin.in.c.licet
ex quadam. in fine de teſtib.Decius
in.c.licet cauſam.num.7.de probat.
Alexan.conſi.141. & conſi.72.num.
4.vol.1.Calcan.conſi.19. Hippo.cõ-
ſi.1.nume.28.&.41. Aymon. Craue.
conſil. 78. plenius in libr.de antiqui.
tempor.parte.4.§.ſed enim.num.11
Anton.Gab.in comm. opinio. titul.
141 de teſtib. concluſi.2.nu.40. Et hanc
fatetur eſſe communem Anto. Go-
me.libr.3.reſolut.c.12.nume.12.Al-
bert.in.d.c.1.q.16. num.51.affirmat
hanc opinionem in actu practico ſer
uari: rationẽ huius concluſionis aſsi-
gnans, quoniam omnes hæreſes con
nexæ ſunt, & inuicem colligatæ.ca.
excommunicamus. 1.de hæret.c.ac
cuſatus.eo.tit.in.6.

142 ¶Diutius hac in re mecum cogi-
taui, quo nam pacto prædicta cõclu-
ſio, tanto egregiorum Doctorũ ſuf-
fragio munita, eſſet intelligenda. Iu
re optimo dicere poſſem, quod La-
beoni Celſus iureconſultus reſpon-
dit, dicens, aut non intelligo quid ſit
de quo me conſulis, aut valdè ſtulta
eſt conſultatio tua, vt ipſe refert in.l.
Domitius Labeo.ff.de teſtam. Dice-
re profectò vellem, in quo diſtet hæ-
reticus in genere ab hæretico in ſpe
cie, cum impoſsibile ſit quempiam
eſſe hæreticum in genere. Nam indi
143 uiduum, vt Petrus, vel Ioãnes genus
eſſe non poteſt, cùm indiuiduum ſit
collectio proprietatum, quæ alteri
non conuenit, & de vno tantùm prę
dicatur, vt ait Philoſophus in lib.prę
dicabilium.c.de Specie. Probatio ve
rò in genere, Petro, vel Ioanni, qui

ſunt ſpecies, minimè nocet: ſequere
tur igitur quòd Petrus, vel Ioannes,
tãquam genus, per probationem in
genere factam damnarentur, quod
144 eſt ineptiſsimum & abſurdũ. Quia
hæreſes in ſpecie, & in errore alicu-
ius articuli fidei ſunt probandæ, ac
in ſpecie ſimili modo teſtes teſtifica-
ri tenentur. Ideo opinionem dicen-
tium per teſtes ſingulares probari a-
liquem eſſe hæreticũ in genere, ſal-
ua ſumma eorum authoritate, ſom-
nium & chimeram eſſe arbitror, prę
ſertim quòd probatio in genere nul
lo modo inueniri poteſt, vt conclu-
dit Deci. in rub. de probat. num. 3. in
decretal. Boer. in. d. deciſ. 342. opti-
mè fundamentis contrariæ opinio-
nis reſpondet. In probãda igitur hę-
reſi à regulis iuris communis nõ eſt
recedendum, imò in hoc crimine v-
beriores probationes quàm in adul-
terio, vel fulto, vel alijs criminibus
requiruntur, propter grauitatem de
licti, & pœnarum, & truncatam atq;
diminutam reorum defenſionem.

145 ¶ Ex ſupradictis redditur dubia
opinio Reuerendiſs. ac meritiſs. D.
Epiſcop. Pacen. in Enchirid. Inquiſit.
tit. 37. nu. 8. in quo loco inquit, quòd
ſi teſtes de eadem hæreſi ſunt cõcor-
des, ſed eam quiſque audiuit in va-
rio loco & diuerſo tempore, ſi alio-
qui ſunt fide digni, credendum eſt
eis, & plenam probationem faciũt.
Quæ opinio periculoſa mihi vide-
tur cùm teſtes loco, & tempore ſint
ſingulares, vt fuerunt teſtes deponẽ
tes cõtra Suſannam. c. cum cauſam.
1. de teſtib. c. nihilominus. 3. q. 9. ca.
de parentela. 25. q. 6. Bart. in. l. ſi plu-
res. in prin. ff. de iniurijs. Bald. in. d. l.
teſtium. num. 14. Alex. conſi. 94. viſo
proceſſu. volu. 6. Fran. de Cur. de te-
ſtib. num. 106.

146 ¶ Deducitur etiam ex ſupradictis
falſam eſſe opinionem Alberti. in re
petit. c. 1. q. 16. nu. 62. de hæreti. in. 6.
dicentis, tres teſtes ſingulares ad cõ-
demnationẽ in crimine hæreſis ſuffi
cere, nam ex pluribus diuerſis, nun-
quam reſultat vnum integrale. l. ſan
cimus. §. ſi quis autem. C. de donat. l.
vſuræ. C. de vſur. & plura imperfecta
non faciunt vnum perfectum. l. vni-
ca. quæ ita ſumatur. C. qui num. tu-
tel. ſe excuſ. l. ſi idem cum eodem. ff.
147 de iuriſd. om. iudi. Huic proxima eſt
iuris regula, quòd probatiões in ſua
ſpecie imperfectæ, in criminalibus
ad plenam probationem nõ coniun
guntur. glo. ſing. in verbo, illorum.
in. c. veniens. 1. de teſtib. Bart. in. l. ſi
quis ex argentarijs. §. 1. ff. de eden.
Fran. à Ripa in. l. admonendi. nume.
209. ff. de iureiurã. Alberti. de agnoſ.
aſſer. q. 25. nu. 21. & q. 35. num. 8. La-
tè Decius in. c. 1. num. 21. de appella.
latiùs Hippo. in rub. C. de probat nu
me. 309. cum ſequen. Dixit eſſe com
munem opinionem Iac. Sept. in En-
chirid. inquiſit. tit. 34. nu. 3. & in inſti
tu. Catho. c. 50. nu. 2. Antonius verò
Gabriel in communibus concluſio-
nibus. titu. de teſtib. concluſ. 2. latiſ-
ſimè omnium. dd. 21. caſus cum. 12.
fallentijs congeſsit, in quibus teſtes
ſingulares plenè probant.

148 ¶ Neque prædictis obſtat. l. 2. C.
de hæret. ibi, qui leui argumento à
iudicio Catholicæ religionis: quæ
lex in ſuo intellectu cenſetur diffici-
lis, ex eo quòd probare videt᷑, quòd
qui leui argumento à fide Catholica
deuiat, iudicatur hæreticus. prædi-
ctam legem allegat glo. 2. in. c. 1. de
hæret. exponens leui, id eſt, tenuı̃ ar
gumento. & glo. in verbo, vehemen
tem. in. c. literas. de præſumpt. dicẽs,
quòd ex leui cauſa probatur quis hæ
reticus, quantum ad hoc vt ſuſpect⁹
de hæreſi habeatur, & procedatur
contra



contra ſuſpectum: ſed non vt condẽ
netur de hæreſi. Allegat etiam Inno
cen. in. c. ſicut. 1. de ſimo. quòd leuia
ſigna ſufficiunt ad præſumẽdum ali-
quem hæreticũ. Sed illa ſigna opor-
tet plenè probari. Ioan. de Anan. in
rub. de hæret. num. 3. allegando. d. l.
2. & Ioan. de Fantu. in. c. qui hæreti-
ci. 24. q. 3. inquit, quòd illud quod in
d. l. 2. dicitur leui argumento, expo-
nendum eſt, id eſt, probabili, & quod
de facili appareat, ita vocatur leue
argumentum propter leuem proba
tionem. Ioan. Anan. in. c. excommu
nicamus. 1. §. adijcimus. nu. 4. de hæ-
ret. Ægid. Boſ. in practi. titu. de indi-
cijs ante torturam. nume. 22. Alber-
ti. in. c. 1. q. 13. nu. 18. cum ſequen. de
149 hæret. in. 6. refert plures intellectus
ad. d. l. 2. tandem inquit eſſe verum
intellectum, quòd qui motus aliquo
leui argumento, id eſt, ratione, vel
fundamento non ſubſiſtenti, & for-
ſan fatuo, à fide Catholica deuiat nõ
eſt hæreticus. Sed verus ſenſus, qui
in praxi in ſacroſancto Inquiſitionis
foro paſsim ſeruatur. ad. d. l. 2. & ad
dictum Inno. in. d. c. ſicut. 1. eſt, quòd
ſufficit quem leui argumento de hæ
reſi eſſe ſuſpectum, vt contra eũ pro
cedatur ad inquirendum, vel purga-
tionem faciendam, ſeu ad pœniten-
tiam iniũgendam: nõ tamen ad pœ-
nam delicti ordinariam ponendam.
150 Nam ſi in alijs criminibus neceſſa-
riæ ſunt ad condemnationem pro-
bationes luce clariores. l. fi. C. de pro
bat. l. ad dictos. C. de appellat. c. ſciãt
cuncti. 2. q. 8. à fortiori in probandis
hæreſibus clariores & vberiores re-
quiruntur probationes, cùm de ma-
iori agatur præiudicio, & omnia pœ
narum genera in hoc crimine con-
currant, quas plenè & eruditè con-
151 geſsit Bal. in. l. 1. num. 7. C. de ſumm.
Trinit. & fide Catholi. Anan in. c. ex
communicamus. 1. §. credẽtes. à nu.
3. vſque. 12. de hæret. Iac. Sep. in En-
chirid. tit. 67. Fortalitium fidei. lib. 2.
conſideratione. 11. Et in hunc mo-
dum. d. l. 2. & dictum Innocẽ. intelli-
gunt. Abb. Feli. & alij in. d. ca. literas.
Oldra. conſi. 210. Domin. in. c. vt of-
ficium. §. verum. nu. 6. de hæret. in. 6.
Franc. in. c. accuſatus. nu. 3. eo. tit. &
lib. Ioan. Imol. in Clem. 1. in fine. de
hæret. Villadieg. de hæret. q. 13. nu.
9. Conra. Brun. de hæret. lib. 4. c. 9. Pa
la. Rub. in allegat. hæreſis. §. 12. Al-
ber. de agnoſ. aſſer. q. 25. nume. 21. &
plenius in. d. c. 1. q. 13. nu. 18. Ægid.
Boſ. in pract. tit. de hęret. nu. 5. Ludo.
Carrer. de hæret. §. circa igitur. num.
51. Matth. de Afflict. in conſtit. Sici-
liæ lib. 1. rub. 1. nume. 58. Iul. Clar. in
pract. §. hæreſis. verſi. habet etiam. &
in. §. fin. q. 6. verſ. item ſcias. Iac. Sep.
in inſtit. Catho. c. 50. num. 5. & in En
152 chirid. inquiſit. tit. 34. nu. 6. in quo lo
co doctiſsimè, more ſuo, inquit. d. l.
2. in codicibus vulgatis eſſe deprauа
tam, & in libris emendatis verba di-
ctæ legis eſſe, hæreticus eſt qui vel
paululum à Catholica declinat fide,
vel qui ab orthodoxa fide nimiũ de-
clinat, id eſt, hæreticus qui lineas Ca
tholicæ fidei paululum, vel nimium
fuerit tranſgreſſus. Qui ſanè ſenſus
& litera mihi placet, quia illic non a-
gitur de probanda hæreſi, ſed de dif-
finitione hæretici.

## ASSERTIO. VII.

153 ¶ *In negotijs fidei, ſocio criminis etiam ſine tortura, fidem eſſe adhibendam, contra nonnullos contrarium tenentes.*

SOcius & particeps criminis re-
gulariter ad teſtimonium nõ ad-
mittitur. ca. veniens. 1. de teſtib. c. 1.
de confeſsis. c. ſi teſtes. §. item liberi.
4. q.

4.q.3.l.1.§.diu⁹ Antoninus.ff.de quę
154 ſtio.l.fina.C.de accuſat.l.quia liberi.
C.de teſtib. niſi in crimine læſæ ma-
ieſtatis diuinæ, aut humanæ, & in a-
lijs caſibus relatis per gloſſas &. dd.
in iuribus modo citatis. Et in his cri-
minibus exceptis, ſocio criminis nõ
creditur contra ſocium eiuſdem cri
minis, niſi dictum ſuum dixerit in
tortura. glo.in verbo, palam.ibi, niſi
in caſibus modo notatis, & tũc cùm
tormentis fortè. in. l.3. §. lege Iulia.
vbi Bald. ff.de teſtib.Idem Bald. in.l.
1. nume. 5. in fine.ibi, cùm tormen-
tis adhibetur iſtis teſtibus fides. C.
de ſumma Trinita.& fide Catholi.Sa
lic.in.l.fina.in fine.C.de accuſat.Te-
nuit expreſsè id Rapha. Fulgo. con-
ſi. 173. in cauſa inquiſitionis.in prin.
Hippo.conſi.109.incip.audito & in-
tellecto.num.13.qui loquitur in cri-
mine hæreſis: Idem in.l.fina.nume.
16. C. de ſicar.& in pract.§. diligen-
ter.nume.62.&.83.&in.§. expedita.
nume.84.Quod dixit eſſe indubita-
tum, etiam in criminibus exceptis:
Ægidius Boſſ. in practi.titu.de indi-
155 cijs ante torturam. nume.151.& de
tortura teſtium. nu.3. Contrarium,
& meritò tenuit Villad. de hæret.q.
13. nume.15. Anto. Gom.lib.3.reſo-
lut. c.12.nume. 16.& Iacob. Sept.in
inſtit. Catho. c. 61.nu.3.dicẽs,quòd
conſuetudo & vſus iudiciorum di-
ctam opinionem nõ admittit, niſi te
ſtis ſit vilis,& vacillet. Idẽ Iac.Sep.in
tractatu contra Zanchinũ.c.2.dicẽs,
in crimine hæreſis ſocium criminis
ad teſtimoniũ, vt faciat indiciũ eſſe
admittendum, etiam ſi nõ torquea-
tur, quia plus credendum eſt ſponta
neo teſti,quàm coacto,& opinio cõ-
traria omni ratione caret.

## ASSERTIO. VIII.

156 ¶*Teſtem falſum in crimine hæreſis ad
veniam nullo modo eſſe recipiendum, ſed pœ
na talionis plectendum.*

ID etiam cautum erat in Deutero.
c.19. & in Daniele.c.13.text.ſing.
in.c.ſatis hic.33.q.5.ibi,qui teſtimo-
nio falſo cuiquam nocuerit, ius ſit
occidendi,eadem plecti iubetur pœ
na qua fuerat (ſi verum eſſet) ipſe ple
ctendus.c.hæc imago. ea.cauſa &.q.
l.1.§. præterea.vbi latè Hippo. ff.de
ſicar. ibi, vel falſum teſtimoniũ do-
lo malo dixerit, lege Cornelia de ſi-
carijs tenetur, quam legem pro ſin-
gulari allegat Anto. Corſet. ſing.in
verbo, teſtis falſus.l.qui falſo.vbi glo.
ff.de teſtib.Bal.in.l.presbyteri.num.
10.C.de Epiſco.& cleri.vbi ad id alle
gat. glo.ſing.in.c.1.2.q.3. Pulchrè in
157 l. data opera.nu.20. C. de his qui ac-
cuſ. non poſſ. Idem Salicet.in.l.2.C.
de reb.credit.Iaſ.in.l.etſi legibus. nu
me.6. C.ſi cont.ius vel vtili. publi.&
in.l.diuus. ff.de re iudica.Ægid.Boſſ.
de falſis. nume.138. & nume. 169.c.
ſicut. vbi latè Felin.not. 3.num.2.de
teſtib.Idem Bal.in.c.1.§.homicidiũ.
de pace iura.firman.Anan.in.c.1.nu
me.7. de crim. falſi. glo. ſing.in ver-
bo, puniendi.in cap.nihilominus. 3.
q.9. vbi ad id allegat text. in dict.ca.
hæc imago. 33.q.5. optimè Iaſ.in.§.
item ſi quis poſtulante. nume.64.in
ſtit.de actionib. Alex.conſi.55. vol.7
Hippol. in.l.qui falſam.in fine.ff.de
falſis. Ludo. Carrer. de hæret.§.mo-
do qualiter. nu.29. Felin.in ca.ſicut.
nu.2. de teſti.l.regia.taurina.83.vbi
plenè interpretes Hiſpani, preſertim
Iacob. Sep.in inſtit.Catho.c.62.nu.
33. vbi allegat inſtructionẽ.4. Tole-
tan.c.11.Idem in Enchirid.Inquiſit.
tit.38. vbi nu.3. allegat cõſtitutionẽ
Papæ Leonis decimi, in qua decretũ
eſt teſtem falſum, qui Innocentẽ op
primere tanquam hereticum voluit
relin-



relinquendum eſſe curiæ ſeculari.
158 Hanc fatetur eſſe communem opi-
nionem Socin.conſi.185.lib.2.&Co
uarru. in. c. quamuis pactum. de pa-
ctis.in.6.parte.1.§.7.num.6.vbi opti
mè Bernar.Diaz,in pract.cano.c.87.
meritò eodem ſupplicio falſus teſtis
puniendus eſt,quo reus erat punien
dus, ſi verum eſſet eius teſtimoniũ,
& patiatur id quod fratri ſuo facere
voluit. Neque ad gremium Eccleſiæ
recipiẽdus eſt, petens veniam, ſicut
hæreticus pœnitens, ſed tanquam
159 impœnitens puniendus. Ratio autẽ
ſingularis eſt, nam ſi is contra quem
falſum teſtimonium protulit veniã
illius criminis, quod non commiſit,
petere minimè poterat, eadem ra-
tione falſus teſtis veniam petens au
diendus nõ eſt,in hoc præcipuè gra-
uiſsimo falſitatis crimine, in quo cõ-
tra nequiſsimos homines, qui (præ-
textu religionis) propter odium &
vindictam propriam, innocentes &
Catholicos in ſacroſancto & inuiola-
to Inquiſitionis foro infamant, ar-
manda ſunt iura (vt verbis Impera-
toris Conſtantini vtar) & acrius in
eos & ſeuerius procedendũ, vt qua-
lia teſtis falſus fecit, vel facere tenta-
uerit, talia patiatur.l.3.C.de Epiſco.
audi.c.1.23.q.5.& curiæ ſeculari tra-
dendus eſt, ſi ſuper hæreſi formata
160 depoſuit, vt in.d.c.ſatis. Et vrget ma
ior ratio pœnæ talionis in hoc crimi
ne, quàm in alijs, cùm in eo teſtium
nomina non publicantur. c.fina.de
hæret.in.6.& daretur maior occaſio
ferendi falſum teſtimonium. Quæ
pœna locum habet, etiam ſi accuſa-
tus con fuit punitus: nam illud fuit
præter intentionem teſtis & per ac-
accidens, quod non mutat naturã
ſubiecti. l.naturaliter. §.apum.
ff. de acquiren. rerum
domin.

## ASSERTIO. IX.

161 ¶*Maiorem fidem primo teſtimonio corã
iudice, quàm ſecundo contrario, etiam in ar-
ticulo mortis, in cauſis fidei eſſe adhibendam
contra Conrad. Brun. Hippol. & alios.*

SI teſtis in crimine hæreſis teſti-
monium coram iudice protulit,
& poſtea in articulo mortis illud re-
uocat, priori teſtimonio ſtãdum eſt,
vtpotè iurato, & ſolenni, & coram
iudice facto.Bart.& cõmuniter om-
nes in.l.eos qui diuerſa. num. 4.ff.de
fal. Bald.& Salicet.in.l.nullum.C.de
teſtib.Bart.Roma.& Ioan. Igneus in
l.ſi quis in graui.§.ſi quis moriens.ff.
ad Syllania. Abb.& Decius in.c.per
tuas.de probat.Felin.in.c.literas.nu
me. 20.de præſumpt.& in cap.exhi-
bita. in princip. de homici. Boer. de-
ciſio. 180. Hippol. in pract. §. reſtat.
nume. 3. Alberti. in cap. 1. de hæret.
in.6. quæſt.16.nume.72. Iacob.Sep.
in inſtit. Catholi.c.62.num.29.& in
162 Enchirid. titu.36.in prin. Hanc dixit
eſſe communem opinionem Couar
ru. lib. 2. reſolutio. c. 8.& Iul.Clarus
in pract. crim. §. fina.quæſt 53.verſ.
quartus eſt caſus. Contrariũ tenuit
in ſpecie Conrad. Brun. de hæret.li-
bro.4.c.9.& Hippo.conſi.109.incip.
audito & intellecto. defendendo
quoſdam ciues Mirandulenſes accu
ſatos de crimine hæreſis. in quo con
ſilio non fuit memor allegare pro
ſua opinione text. in.c.accuſatus.§.
163 licet.de hæret.in.6. Sed rectè intelle
ctus ille textus procedit, quando ſe-
cundum teſtimonium fuit etiam iu
diciale, de quo eſt caſus expreſſus in
c.literas.de præſumpt.vbi glo.& do-
centes, quod vtique latius in ſpecia
libus meis, ſpeciali.206.expoſui.

ASSER-

## ASSERTIO. X.

¶*Verba omnino dubia, vel ambigua po-*
164 *tius in ſenſum Catholicum, quàm hæreticum ſunt exponenda.*

OPtimè hanc aſſertionem explicat Alberti. in rub. de hæret. in 6. q. 13. nume. 19. melius de agnoſ. aſſer. q. 7. per totam quæſtionem. & q. 24. num. 28. & q. 29. num. 19. & q. 25 nu. 17. & q. 33. num. 23. quod intelligendum eſt quando verba omnino ſunt dubia, ſecus ſi ſecundum communem ſenſum ſunt hæretica, nam iuxta communem intelligendi ſenſum ſunt exponenda. ca. ex literis. 1. de ſponſal. l. Labeo. ff. de ſupellect. legata. l. librorum. §. quod tamen Caſsius. ff. de legat. 3. l. cùm delanionis. §. aſinam molendinariam. ff.
165 de fun. inſtruct. Vnde pulchrè & eruditè inquit doctiſsi. Melchior Cano, de locis Theologicis. lib. 12. c. 11. nihil tam abſurdum dici, aut excogitari poterit, quod ſi in aliquem ſenſum fictum detorqueas, verum non ſit, ac rationi tam humanæ, quàm diuinæ conſonum. Veluti in illa propoſitione, Chriſtus eſt creatura, quæ eſt hæretica, vt in concilio Niceno, & in alio ſenſu, quatenus homo eſt, cenſetur Catholica: ſed quia abſolutè prolata habet ſenſum hæreticum, iudicandus eſt hæreticus qui eam protuliſſet. Quia hæretici verba ſua ambiguè & verſutè proferre ſolẽt: vt optimè declarat Frater Bunderius à Gandauo, de modernis hæreticis. titu. 4. artic. 12. & tit. 26. art. 1. dicens, quod inſtar anguillæ per caudam hæreticus labitur. Quæ omnia copioſè à nobis ſuperius ſcripta ſunt in prima parte. nume. 201. & 366. cum ſequẽ.

## ASSERTIO XI.

166 ¶*Conſultorum ſuffragia non eſſe deciſiua, ſed tantùm conſultiua, contra Alberti. & alios.*

PErmulta de hac re ſuperiùs in prima parte huius tractatus. nume. 409. cum ſequẽ. ſcripſimus, quæ hoc in loco non ſunt repetenda, contra Alberti. dicentem Conſultorũ ſuffragia eſſe deciſiua: quia cõtra eum eſt expreſſa inſtructio de Madrid, anno 1561. c. 66.

## ASSERTIO XII.

167 ¶*Inquiſitores fidei contra blaſphemos & ſortilegos procedere, regulariter non valent.*

ID probat cap. accuſatus. §. ſanè, de hæret. in. 6. ne per alias occupationes negotium fidei impediatur. qui text. loquitur in ſortilegijs & diuinationibus non ſapientibus hæreſim manifeſtam, alioquin ad Inquiſitores pertinet cognitio & punitio. Veluti ſi quis conſulat dæmones, vel re ſacra ad ſortilegia vtatur, vt notant glo. & dd. in d. §. ſanè. verbo ſaperẽt. de quo optimè Fran. Squill. de fide Catholi. ca. 12. Domini. conſi. 51. incip. quidam Sacerdos Matth. de Afflict. in conſtitu. Siciliæ lib. 1. rubr. 1. nume. 17. Alphon. à Caſtro, de iuſta heret. punit. cap. 13. Albert. in. c. 1. q. 10. nu. 10. de hæret. in. 6. & de agnoſ. aſſer. q. 11. num. 3. & ſequen. vbi plenè & eruditè explicat & limitat. d. §. ſanè. & d. glo. & q. 23. in princ. melius. nume. 68. Iul. Clarus in pract. verbo, blaſphemia. in prin. Paul. Grillan. de ſortile. q. 10. nu. 18. Villadieg. de hæret. q. 9. num. 6. Iac. Sep. in inſtit. Catholi. c. 60. num. 6. & in Enchirid. tit. 11. Sylua Nuptia. lib. 4. num. 126. Couarru. in. c. quamuis pactum. part. 1. §. 1. num. 10. de pact. in. 6.

168 ¶Eadem ratione idem dicendum eſt



eſt de blaſphemijs hæreticalibus, ſeu hæreſim ſapientibus, quarum cognitio & punitio ad Inquiſitores fidei pertinet per rationem tex. in. d. §. ſanè. Caſtro de iuſta hæret. puniti. lib. 1. c. 12. circa finem, ibi, blaſphemia autem, quę habet quandam cum hęreſi vicinitatem, vel connexionem, hæc meritò ad Inquiſitores pertinet vt de illa inquirant, iudicent, & puniant. Cardi. in Clem. 1. §. ſanè. de vſuris. Fran. Squillacen. de fide Catholi. ca. 16. Alberti. de agnoſ. aſſer. q. 6. nu. 24. & q. 22. nu. 63. & q. 27. vbi pleniſsimè omnium per totam quæſtionem. & q. 36. num. 18. Matth. de Afflict. vbi ſupra. num. 53. Iac. Sep. in inſtitu. Catholi. c. 8. num. 8. & in Enchirid. tit. 9. Conrad. Brun. de hæret. lib. 5. c. 20. optimè Couarru. in. c. quamuis pactum. de pact. in. 6. parte. 1. §. 7. nu. 8. & ſequen. vbi pulchrè pragma-
169 ticas Caſtellæ, & leges regias declarat: dicens, hanc blaſphemiam eſſe apoſtaſiæ crimen, & quòd verba hæreticalia aduerſantur confeſsioni fi-
170 dei. Plerunque tamẽ in ſacroſancto Inquiſitionis foro ſolet in dubium verti, quæ blaſphemiæ dicantur hæreticales, vt earum cognitio ad Inquiſitores pertineat, praxis verò cõmunis iuri & rationi conſona recepit illa verba, abnego Deum, nõ credo in Deum, Hiſpanè, *deſcreo de Dios, no creo en Dios, reniego de Dios, o reniego de la Fe, o de la Cruz, o Chriſma que tengo en la frente, o reniego de la puridad de nueſtra Señora.* Nam verba hæc dicuntur hæreticales blaſphemiæ, & de ijs Inquiſitores cognoſcunt, quia habent ſignificationem infidelitatis, & fidei abnegationem, & directè opponuntur
171 fidei cõfeſsioni. Alię autem blaſphemiæ, videlicet, *peſe a Dios, por vida de Dios, voto a Dios, malgrado aya Dios, o deſpecho de Dios.* Et ſimiles non ſunt hæreticales, quia fidei confeſsioni non opponuntur, quamuis abſolutè ſint blaſphemiæ, quia negant aliquid in Deo, quod ei conuenit, aut tribuũt aliquid Deo, quod ei nequaquã conuenit: harum punitio ad iudices ordinarios pertinet. ca. 2. de maledicis. c. non ſolùm. 11. q. 3. Scripſit S. Thomas. 2. 2. q. 13. art. 1. & in quolibeto. 9. art. 14. & Caſtro ind. c. 12. Soto de iuſti. & iure. lib. 8. q. 2. art. 3. Sylueſter & alij ſummiſtæ in verbo, blaſphemia. in prin. Bart. in. l. item apud Labeonem. §. ait prætor. ff. de iniur. Ludo. Carrer. de hæret. §. circa ſecundum. Iaſ. in. §. item ſi quis poſtulante. num. 57. & ſequent. inſtitu. de actionib. Matth. de Afflict. in conſtit. Sicilię. lib. 3. rub. 54. Caſſaneus conſi. 1. Nicol. Boer. deciſ. 301. Thom. Grã. deciſ. 50. incip. Marcus Spatanus, vbi bene examinat illa verba, *Deſpetto de Dio,* an ſit blaſphemia. Bernar. Diaz, in pract. c. 103. & Alberti. Iaco. Sept. & Couarru. in locis ſupra citatis, vbi referunt quandam conſtitutionem Papæ Leonis. 10. cõtra blaſphemos: in quibus locis concludunt calorem iracundiæ non excuſare blaſphemũ
172 à pœna, præſertim Alberti. in. d. q. 27 nu. 3. Aliàs nullum homicidiũ eſſet puniendum, quia plerunque iracundia committitur, vt dicit Decius in l. quicquid calore iracundiæ. ff. de regul. iuris. Contrarium tamen videtur diſponere in inſtruct. Hiſpalen. anno. 1550. c. 4. ibi. *En blaſphemias dichas con enojo, no ſe entremetan los Inquiſidores,* quæ inſtructio in blaſphemijs non hæreticalibus eſt intelligenda, vt ſuperius dictum eſt.

173 ¶Etiã ab Inquiſitoribus fidei puniẽda eſt blaſphemia hæreticalis ſub conditione prolata, prout ſolet communiter proferri (vt puta) non credo in Deum, niſi te percutiam, aut

aut veritatem dico:quia ſub hac for-
ma non allegat Deum in teſtem,ſed
potiùs eius nomen blaſphematur,
vt ait Couarru. ſupra in loco citato.
Vel meliùs dicendum eſt, quia hæc
174 blaſphemia conditionalis habet in
ſe puram implicitatem affirmatiuã,
videlicet,quòd ſi ad occidendum il-
lum opus fuerit in Deum non crede
re, paratus eſt id libenter facere : &
ita ineſt deprauata voluntas,ſicut in
ſimili ſolemus dicere, quòd in actu
conditionali eſt voluntas de præſen
ti.l.2.vbi glo.ff.de cõtr.emptio.quæ
eſt notanda declaratio ad notiſsimã
iuris regulam, quòd ea quæ ſunt in
conditione, nõ ſunt in diſpoſitione:
175 quia cõditio nihil ponit in eſſe. l.qui
bus diebus. §. fina.l.qui hæredi.ff.de
cond.& demonſtr.l.is damnum dat.
176 §.quod pendet.ff.de regu.iur.Pœna
blaſphemantis eſt,ſi perſona eſt vilis
& abiecta, flagellis cedendus eſt cũ
publica pœnitentia, in publico ſpe-
ctaculo,lingua ferro,vel ligno com-
prehenſa, cum abiuratione de leui,
& ad triremes pro graui blaſphemia
poterit cõdemnari. Iul. Clarus in. d.
§.blaſphemia.in fine. Si nobilis, pœ-
na pecuniaria condemnandus,& in
monaſterium ad certum tempus de
177 trudendus. Ex conſuetudine verò
blaſphemandi creſcit pœna, vt no-
tant.dd.ſupra citati,præſertim Iaco.
Sept.in.d. c.8.nume.14.& in.d.titu.
9.num. 4.vbi ait aliquando blaſphe-
mum ad triremes eſſe damnandum
quæ omnia iudicantis arbitrio relin
quuntur, in lege veteri erat pœna
mortis,vt Leuit.cap.24.ibi:Qui bla-
ſphemauerit nomen Domini, mor-
te moriatur:& de iure ciuili eſt eadẽ
pœna, vt in Authen. vt non luxur.
178 homi.contra natu.in princ.col.6. Et
quòd propter blaſphemos fames ter
ræmotus,& peſtes ſint in terris.l.2.ti
tu 28.part.7.De iure verò canonico
mitius cum blaſphemis agitur. c.2.
de maledi.d.Authen.&. c.ſi quis per
179 capillum.22.q.1.Eſt etiam acerrimè
procedendum contra execrabilem
conſuetudinem, quæ irrepſit in Re-
gnis Aragoniæ & Valentiæ, iurandi
per membra Dei,quæ eſt magna bla
ſphemia,& per membra Chriſti,quę
eſt grauis irreuerẽtia, vt optimè ſcri
pſit Alberti.in.d.q.27.nam diſsimu-
lare non debemus illius opprobriũ,
qui probra noſtra deleuit in cruce.
c.in nõnullis de Iudæis. Et ſecundũ
ſuperius dicta eſt intelligenda.5.in-
ſtruct.Hiſpalen. c.4.& alia apud Ma
drid.1561.c.65.Meritò Inquiſitores
Fidei de his blaſphemis hæreticali-
bus cognoſcunt, quia ex eis magna
180 hæreſis ſuſpicio oritur.Nam non ſo-
lùm contra hæreticos, ſed etiam cõ-
tra ſuſpectos de hæreſi,etiam ex leui
& modica ſuſpicione Inquiſitores
procedunt. c.accuſatus. de hæret.in
6. ibi, leuis & modica ſuſpicio. ca.vt
officium.eo.titu. & lib. ibi contra in
famatos & ſuſpectos, Fran.Squillac.
de fide Catho.c.26.Iac. Sept.in inſti
tu.Catho.c.49.nume.20.Alberti.de
agnoſ. aſſert. q.22.nume.63.melius
quæſtione.34.num.46.Ideo blaſphe
mantis intentio inquirenda eſt, & ſi
per eius confeſsionem conſtat de er
rore, verè hæreticus eſt,& hæretico-
rum pœna puniendus.

## ASSERTIO. XIII.

181 ¶ *Inquiſitores fidei poſſe contra infideles
nõ baptizatos dogmatizantes, ſeu eorum iu
riſdictionem impediẽtes, vel prophanos ſuos
ritus publicè celebrantes, rectè procedere. cõ-
tra Iac. Sept. & alios.*

182 DE infidelibus dogmatizãtibus
eſt glo.ſingu.in verbo, hæreti-
cum.



cum.in clem.vnica. §. fin. vbi Card.
num.10.de vſuris,Ioan.An.in. c.con
tra Chriſtianos.de hęret.in.6.vbi ad
id allegat quaſdam ſummorum Pon
tificum extrauagantes. Villadie. de
hæret. quæſt.9. in fine. Conrra. Bru.
de hæret.lib.4. cap. 2. & plures alij à
me ſupra nu.554.& ſequent. part.1.
relati.vbi de receptatoribus, & im-
pedientibus ſancti Officij iuriſdictio
nem pleniùs dictum eſt.contra Bart.
Socin. conſil. 119. præſupponitur.
volum.4.& contra Iac.Sep.in inſtit.
cath.cap.35.num.8.& in enchirid.
tit.17.num.2.

## ASSERTIO. XIIII.

¶ *Qui in carcere pro hæreſi detentus ſeip-
ſum occiderit, eius tanquam impœnitens
imago relaxanda eſt.*

183 QVod dictum vſque adeò verũ
eſſe cenſeo, etiam ſi delictũ
ſuum reus confeſſus fuiſſet, & ſe pœ
nitere affirmauerit.c.Iudas. c. nihil.
de pœnit.diſtin.3.hoc verborũ teno
re: Nihil Iudæ profuit egiſſe pœnitẽ
tiã, per quã ſcelus corrigere non po-
tuit. Noſtrã aſſertionẽ probat.l.3.§.1.
ff.de bon.eorũ, qui ante ſen.mor.ſibi
conſci.glo.ſing.vbi Bart. in. l. fin.C.
de iure fiſci.lib.10.Alberic. in rub. ff.
de bon.eorum,qui ante ſenten.Villa
dieg.de hæret.q.22. in prin. Couar-
ru.li.2.reſolutio.c.2.in fine.Iac. Sep.
in inſtit.catho.c.17.num.16.& in en
chirid.tit.62.nu.10.Iaſ.& alij in.l.2.
C.qui teſtamen.facere poſſ. Decius
conſ.438. Pau.Pariſ.conſ.155. vol. 4.
Latè Ioan. Agneus in.l.1.§. ſi tibi ma
nus.nu.16.ff.ad Syllania.l.24.titu.1.
part.7.l.9.titu.13.&.l.fin. titulo. fin.
184 verſ. *todo hombre que ſe matare*.lib.8. or
dina. Iſtius delinquentis imago (vul-
gò *ſtatua*) relaxanda eſt, vt notant
Ioan.de Imola in.l. defuncto. ff. de
pub.iudicijs.& Villadieg. & Couar-
ru. in locis modò citatis, vbi affirmãt
hæredes poſſe innocentiam rei pur-
gare, quòd furore vel mentis aliena
tione defunctus ſe occidit, quod ſa-
nè probationis genus difficillimũ eſ
ſe arbitror.

## ASSERTIO. XV.

185 ¶ *Captus pro hæreſi, fugiens à carceribus
neque pro conuicto, neque pro confeſſo ob id
damnandus eſt. Contra nonnullos contrariũ
tenentes.*

IN omnibus alijs delictis, citra cri-
men hæreſis, fugiens à carcere, in
quo incluſus erat, pro conuicto ha-
bendus eſt, & crimen illud confi-
teri videtur.l in eos. ff. de cuſto.reo-
rum.glo.& Bart.in.l. milites agrũ.§.
pe.ff.de re milit.Iaſ.in.l. admonẽdi.
nu.90.& in repet.nu.172. ff.de iure-
iurã. vbi latè Fran. Curtius, nu.169.
Hippol.in practi.crim. §. diligenter.
num.46.& in. §. attingam. num. 44.
& in rub.C.de probat.num.262.Op-
timè Nicol.Boer.deciſ. 215.incip. an
tequã veniã. Quinq; notandas am-
186 pliationes,& ſex limitationes ſcrip-
ſit Pet. Dueñas in regul. 392. incip.
fuga quæ fit ex carceribus, quod me
ritò limitandũ eſt, niſi pro hæreſi ſit
captus qui fugit, qui pro conuicto ha
bẽdus non eſt, ſed fuſtibus, vel alijs
pœnis puniendus pro criminis quali
tate, vel contra eum, ſi capi non po-
terit, tãquam contra contumacẽ hæ
reticum procedendum eo ordine
187 quo contra abſentes de iure procedi
tur. Nihil enim commune habet hæ-
reſis cum fuga vel effractione carce
ris: nam ſi effractor carceris pro con
feſſo haberetur, reconciliandus &
abſoluendus eſſet, & petere veniam

aſtringeretur de hæreſi, quam nun-
quam fuit confeſſus. Ideò potius iſti
fugitiui, vel effractores carcerum,
quàm hæretici ſunt cenſendi. ita ſa-
tis eruditè tenuit Iac. Sep. in inſtit.
cath.c.16.n.12. & in tractatu aduer-
ſus Zanchinum.c. 8.contrarium te-
nuit & minus benè Io.Nicol.de hær.
notab.6.& Io.de Anani.in.c. excom
municamus.2.nu.3. de hæret. & Ca-
millus Campegius in addi. ad Zan-
chinum.tit.de hæreti.c.10.

## ASSERTIO. XVI.

*¶Qui errores hæreticos eorumq; impiam
credulitatem confitetur, cum habitu & car-
cere perpetuo ac bonorum confiſcatione, ab-
iuratis primo erroribus publicè reconcilian-
dus eſt, contra Cardi. Ancharra. & alios
dicentes bona recuperari.*

188 HÆc Aſſertio tam iuri, quàm ra
tioni vſuique communi con-
ſona eſt, quam probat.c. ad abolen-
dam.§.præſenti.&.c.vergentis. iun-
cto. c. excommunicamus.2. §.fin.de
hæreti.c. ſuper quibuſdam. de verb.
ſigni.c. vt commiſsi. §. necnon. c.cũ
ſecundum leges.de hæret.in.6. cle.
1.§. duro tamen. de hæret.c. conue-
nientibus.c. quotiens. c. ſiquis Epiſ-
copus.c. ſaluberrimum. 1.q.7.c. ego
Berengarius.de conſecra. diſt.2. au-
th.Gazaros.C.de hæret.l.fin. C. ad.
189 l.Iul.maieſt.inſtruc.Abulen.anno ſa
lutis noſtrę.1498.c.5.&inſtru.Hiſpa
lẽ.anno.1484.c.4.Ratio eſt quòd hæ
reticus qui hæreſim atq; impiã cre-
dulitatem cõfitetur, ſi pœnitere &
abiurare paratus eſt, pœnam mortis
euitat:quia Eccleſia nulli ad ſe reuer
tenti claudit gremium ſuum.l.fin.in
fine.C.de ſumm.Trin.& fide catho.
l.Manichæos.C.de hæret.c.ſuper eo.
de hæret.in.6.c.quieſcamus.42.diſt.
c.reuertimini. 16.q.1.non tamen in
totum hæreticis ignoſcitur,ſed indu
190 ti ſacco,qui habitus eſt pœnitentiæ,
duplici cruce ſignatus, ad perpetuũ
carcerem cum confiſcatione bono-
rũ damnandi ſunt, vt iuribus paulò
ante citatis decretum eſt, ad eorum
correctionem,& aliorum ædificatio
nem & terrorem, vt alij eorum exẽ-
plo perterriti,à ſimilibus arceantur.
c.clericos.in fine.de cohabita. cleri.
& mulier.l.aut facta.§.fin.&.l.capita
lium.§.famoſos.ff.de pœnis.l.1.C.ad
l.Iul.repetun.& vt impij & malè me
riti in egeſtate & penuria laborent.
verba ſunt.l.bona fides.ff.depoſiti.l.
quiſquis.C.ad.l.Iul.maieſt. ibi,vt his
in perpetua egeſtate ſordentibus ſit
mors ſolatium, & vita ſupplicium.
Plures alias rationes ſcripſit Alfon.
de Caſtro. de iuſta hæret. punit.lib.
2.capitulo. 5. & Iac.Sep. in inſti. ca-
tho.capitu.9.
191 ¶Etiam ſi hæreticus filios habeat
catholicos, eius bona confiſcantur,
auth.Gazaros.C.de hæret.glo. in.d.
c.vergentis.alia in.d. ca. cùm ſecun-
dũ leges.Conra. Brun.de hæret.lib.
5.c.5.Pala.Rub.in rep.c.per veſtras.
de donat.inter vir.& vxo.§.72.num.
15. Hanc fatetur eſſe communem.
Iac. Sep.in inſtit.catho.c. 9. num.2.
etiam ſi conuertantur hęretici,& ad
fidem catholicam redeãt,bona non
recuperãt.Dominic.in.d. cap. accu-
ſatus.§.ſi verò.nu.5. & in. d.c.cùm ſe
cundum leges. nu.4. vbi optimè Pe-
ruſin.in fine.Ludo. Carrer.de hęret.
§.modò qualiter.nu.16. Ægid.Boſſ.
de hæret.nu.18. Conra. Brun. de hæ
ret.lib.5.c.6.Paul.Grillã. de hæret.q.
6.Iac.Sep.in inſtit.cath.c.46.num.5.
& in c.9.num.8. vbi hanc teſtatur eſ
ſe communem. pro qua eſt inſtruct.
Hiſpalen. capitulo.3.&.7. Alia Cor-
dub.poſita in fine inſtructionũ ſan-




cti Officij.cõtra Ancharr. in.c.accu-
ſatus.§.ſanè de hæret.in. 6. & Card.
in clem.2.num.6.eo.tit. & Iul. Clar.
in pract.crim. §. hæreſis. verſic. ſed
quæro.in fine.vbi falſò refert eſſe cõ
munem opinionẽ, quòd hęreticus,
qui ad fidem conuertitur, recupe-
rat bona, allegat conſil. Pauli Pariſ.
185.volum.4.
192 ¶Non parua inter iuris profeſſo-
res ſolet eſſe cõtrouerſia vſq; ad quẽ
terminum & tempus hæretici con-
uerſi recipiẽdi ſunt.Abb.in.c.ad abo
lendam.nu.5.de hæret. per tex. ibi,
ſi continuò poſt deprehenſionẽ er-
roris ſpontè redierint, à contrario
ſenſu notat, quòd ex interuallo non
eſt admittendus. Vnde falſò opina
tur Paul.Grillan.hanc opinionem eſ
ſe communem.de hæret. q. 5. quia
idem Abb.ſibi contrarius, in. c.excõ
municamus.1.num..10. de hæret.al
legando glo.in.c.pen.eod.titu. dicit
quòd etiã poſt ſententiam poſſunt
hæretici redire ad fidem, & ſunt ad
mittendi,& pœnã relaxationis eua-
dunt.Sequitur Anan.ibi.nu.7.Card.
in.d.c.ad abolendã. in prin. Sylue-
ſter in verbo,hæreſis.1.q. 12. Alber-
tin.in.c.1.q.12.nu. 8. de hæret. in. 6.
Ludo.Carrer.de hæret.§.modò qua-
liter. num. 13. Bonifac. de Vital de
hæret.q.1.nu.11. Optimè Lud Car-
rer.de hærer.§.fin.Matthæ. de Affli.
in conſti.Neapo.tit.de hæret.nu. 36.
Nico Boer.deciſ.343. incip. & vide-
tur.nu. 4. hanc aſſerit communem
opinionẽ,pro qua eſt.c.ſuper eod.&
c.accuſatus.de hæret.in. 6. vbi rela-
pſi ſolummodo non admittuntur,ſe
mel verò lapſi admittendi ſunt. Cui
aduerſatur Iac.Sep.in inſtit.catho.c.
46.num.9.& num. 11. affirmans ve-
riorem eſſe opinionem, quod vſque
ad prolationem ſententiæ tantùm
recipiantur. de qua re eſt inſtruct.
Hiſpalẽ.c.12.Nouiſsimè eſt inſtruct.
Mantuæ Carpẽtanæ, vulgò Madrid,
anno.1561.c.25. Quòd ſi in publico
103 actu fidei hæretici negatiui conuer-
tuntur,eorum conuerſio ficta & ſi-
mulata præſumitur, & quòd metu
mortis,potiùs quàm fidei catholicæ
zelo conuertuntur:ob id perquàm
raro,aut nunquam huiuſmodi con-
uerſio admittenda eſt, niſi vrgentiſ-
ſimæ cauſæ ſubeãt:veluti ſi quis mul
tis lacrymis & ſignis ſuos confitea-
tur errores,non ſolùm de quibus eſt
accuſatus,ſed etiam de alijs, & dete-
gat alios complices,præſertim perſo
nas ſibi coniunctas & dilectas, ex his
194 & ex alijs quæ Inquiſitorum fidei ar
bitrio relinquuntur,vera,vel ficta cõ
uerſio perpendi poteſt. Et ſic dicta
inſtructio Mantuana in hunc mo-
dum eſt intelligenda. Hac in re In-
quiſitores fidei præ oculis omni tem
pore habeant.d.cap.vt officium. §. ſi
verò. verſi.prouiſo ſolerter.qui ver-
ſiculus prouiſo ſolerter eſt firmiſsi-
195 mus Inquiſitorum baculus. Nam ſi-
cut vera pœnitentia veniam mere-
196 tur, ſimulata Deum irritat.capitul.
inter hæc.2.de pœnit. diſt. 3. cap.ſa-
cerdos.50.diſt.
197 ¶Quamuis in omni iudicij parte
hæreticorum conuerſio,&eorũ con
feſsio ſit admittẽda, tamẽ qui in limi
ne iudicij ante accuſationẽ confite-
tur, ad carcerem temporalem cum
habitu pœnitentiali pro breui tem-
pore eſt condẽnandus., ſi verò poſt
198 accuſationem, augenda erit pœna
& pœnitentia, qui verò poſt publi-
cationem teſtium hæreſes confite-
tur,ad perpetuũ carcerem damnan-
dus eſt,quia præſumitur quod metu
probationum confitetur & talis cõ-
uerſio nõ caret ſuſpicione. inſtruc.
Hiſpalen.anno.1484.c.14.In omni-
bus caſibus ſupradictis bona publicã

tur Hoſtien.in ſumma de hæret.§. qualiter deprehẽſus. Villadie. de hæret. q.20.nume. 11. Alberti.in.c.1.q. 12.num.3.de hæret.in.6.Iac.Sept.in inſtit. Catho. c.16.nu.9.& in Enchirid. tit. 58. nu.7.dicens,quod ita cõmuniter ab omnibus Inquiſitoribus
199 ſeruatur. Nam arbitrio Epiſcopi & Inquiſitorum eſt pœnam mitigandi, vel mutandi poteſtas, lata etiam ſententia.c.vt commiſsi.§.nec non. de hæret.in.6.Anan.in.c.excommunicamus.2.nu.3.de hæret.Albert.in d.c.1.q.12.nume.13.allegando.d.§. necnon. Villadieg.de hæret.q.8.nu. 7.&.q.17.nu.5.&.q.20.nu.12.Fran. Squillac.de fide Catho.c.27.&.c.42. prima inſtruct.Hiſpalen.ca.8.&.11.
200 quod arbitrium ante ſententiæ prolationem hodie locum habet, lata verò ſententia, ſolus Inquiſitor generalis diſpenſare & mutare poterit quinta inſtruct.Hiſpalen.cap.7.&.4 inſtruct. Toletan. c.9. quas ad id retulit Iacob. Sept.in dict.c.16.nume.
201 10. In confiſcatione verò bonorum nullum vnquam Inquiſitorum arbitrium eſt, ſed ius commune omni tẽpore ſeruandum, cùm à tẽpore commiſsi criminis ipſo iure hæreticorũ bona ſint confiſcata, vt in. d.c.cùm ſecundum leges. ideo illud ius fiſci tollere minimè poſſunt.
202 ¶Praxis verò nimis frequens atq; vſitata in ſacroſancto Inquiſitionis foro verſatur cum damnato ad perpetuos carceres poſt lapſum triennij Inquiſitorem generalem ſolitum eſſe diſpenſare, ſed ſi ad perpetuos & irremiſsibiles carceres quiſpiam fuerit condemnatus, ſi humilis & verus pœnitens apparuerit, lapſis octo
203 annis diſpenſatur. Hodie verò loco perpetui carceris hæretici ad triremes condemnantur, dummodo debiles, aut ſenes non ſint, & huiuſmodi condemnatio fit non ad minus, quam ad triennium, ne fiſcus propter expenſas plus incommodi, quã commodi ſecum afferat. Ita ſuperioribus annis per prudentiſsimos ſupremi Senatus ſacroſancti generaliſque Inquiſitionis proceres, maxima cum ratione decretum fuit. Idq; iure communi iuuatur.c.circuncelliones.23.q.5.ibi, alicui vtili operi deputentur. vbi diuus Auguſtinus conſuluit Marcellino Comiti, quòd illi hæretici Donatiſtæ non occidantur, ſed alicui vtili operi publico deputentur.l. quidam ſunt.l. ſeruus.l. in metallum.ff.de pœn.

## ASSERTIO. XVII.

204 ¶*Si reus confitetur factum hæreticum, & prauam intentionem abnegat, quamuis non ſit plenè conuictus, relaxandus eſt: maximè ſi actus fuit iteratus, & aliæ contra eũ ſunt ſiniſtræ præſumptiones.*

205 QVi facta hæretica cõfitetur, & prauam intẽtionem negat, non eſt audiendus: nam in malis & reprobatis factis & cæremonijs malus animus iuris præſumptione præ-
206 ſumitur. Ideo talem quis religionẽ tenere creditur, quibus cæremonijs ac ritibus vtitur. Archi.Ioã.And.Domin.& alij.in.c.2.nu.23.de heret. in 6. Alberti.de agnoſ.aſſer.q.8.nu.12. &.q.25.nu.14.&.q.33.num.17.&.q. 34.nu.13.&.q.fin.nu.18 Ioã.Nicol. de hæret.nota.5.Caſtro de iuſta hæret.punit.lib.1.c.1.&. cap.7. Turre. Crem.in ſumma de Eccle. par.2.lib. 4.c.4.&.13. Palac.Rub.in allegat.hęreſis.§.7.Iacob.Sept.in Enchirid.tit. 29. nume.7.& titu.40.num.13.& in inſtit.Catho.c.10.nu.2.& ca.47. nu. 22. contra ea, quæ priùs ſcripſit in. c. 26.num.7.De hac re eſt inſtruct.Hiſpalen. anno. 1484.c.2.ibi, cæremonias



nias de Iudio, & alia de Madrid, anno.1561.vt ſuperiùs,nu.276.cum ſequent.par.1.plenius ſcripſi.

## ASSERTIO. XVIII.

207 ¶*Si verba hæretica reus confitetur, eorumque impiam intentionem abnegat, torquendus eſt.*

208 OMnes doctores, paulò ante citati, hanc docẽt aſſertionem, præſertim Alberti.d.q.8.nu.12.&.q. fin.nu.18.Sed Iac. Sep. in enchirid. tit.52.num.27.hiſce, inquit, verbis, qui confitetur ſe dixiſſe hæreſim, & negat intentionem impiã, quęſtioni ſubijci poteſt, niſi fortè ſit plenè conuictus, & quòd ita vtimur, allegat Cardi.in clem.fin.de vſur.& Alberti.in.d.q.fin.in fine.Idẽ Iac. Sep. in inſtit.catho.c.13.nu.4.dicẽs quòd cùm animi iudicium & intentio ali-
209 ter probari non poſsit, ſi illa excuſatio, vel exceptio admitteretur, videlicet quòd non habuit prauam intẽtionem, ſed ioco, vel inaduertenter verba illa hæretica protuliſſet, eo velamine & excuſatione omnes hæretici debitam condemnationẽ eluderent, & impuniti euaderẽt: quòd ſatis abſurdum eſſet. Mea equidem ſententia, æquiorem opinionẽ ſemper iudicaui, quod etiam ſi delictum ſit plenè probatum, & reus confitea-
210 tur verba, & neget intentionem, nihilominus torqueatur: quia maiorẽ animi voluntatem & deliberationẽ facta, quàm verba oſtendunt. ca. filij, vel hæredes.c.cõtra Chriſtianos. de hæret.in.6.c.dilecti.2.de appellat cap.fin.30.diſtin.l.Paulus. ff.rem ratam haberi.niſi ſit aliàs perſona ſuſpecta: quo caſu præſumitur praua intẽtio etiam in verbis : vt teſtatur Iac. Sep.in.dict.cap.13.num.4.de qua re videnda ſunt plurima à me ſcripta ſupra nu.276.& ſequent. part.1.

## ASSERTIO. XIX.

211 ¶*Hæreticum facti, ſeu intentionis negatiuum, neque ad cautelam eſſe reconciliãdum, vt quidam non rectè opinantur.*

212 QVi facta hæretica confitetur, prauamq; intentionem negat. virtualiter rem ipſam negare videtur, cùm intentio & credulitas ſit ſubſtantia & fundamentum actus. l.fœdiſsimam.C.de adulter.l.1.vbi glo. C.de ſicar.l. qui iniuriæ. ff. de furtis. Ideo tanquam diminutus & negatiuus in parte ſubſtantiali relaxandus eſt, vt ſuperius à me nu. 590. vſque ad nu.625.parte.1.dictũ eſt, & nullo modo ad cautelam eſt abſoluendus, vt nonnulli imperiti iudices arbitrantur.

## ASSERTIO. XX.

213 ¶*Negans facta, ſeu verba hæretica, de quibus plenè fuerit cõuictus, relaxandus eſt.*

214 ILle vulgo appellatur negatiuus & de iure impœnitens, ſeu pertinax, qui eos errores, de quibus plenè conuictus eſt, confiteri volet: ſed illos cõmiſiſſe abnegat, qui tanquam pertinax impœnitens, negatiuus & proteruus iudici ſeculari eſt tradẽdus. c.ad abolendã.§. præſenti.de hæret. c.ſuper quibuſdam.ca. nouimus. de verb.ſignifi.c. vt officium.§.ſi verò. de hæret.in.6.c.ſiquis Epiſcopus. c. ſaluberrimum.1.q.7.c.ego Berengarius.de conſ.diſt.2.expreſſa inſtruct. Hiſpalen.anno.1484.c. 14.& alia de Madrid.anno.1561.c.43.
215 ¶Pertinax autem eſt qui perſiſtit in negatione, ſeu errore, quẽ de neceſsi

ceſsitate tenetur dimittere, vt re-
fert ſingulariter Turr. Crem. in ſum
ma de Eccleſia. lib. 4. part. 2. c. 16. vbi
ſatis eruditè viginti modos pertina-
ciæ refert. & Alphonſus Guerrero in
theſ. religio. Chriſtia. titu. de hæret.
nu. 20. & ſequen. Vnde nullo modo
ei habenda eſt miſericordia, nec ve-
nia concedēda: quia peccatum ſuū
non cognoſcit. c. perfecta pœniten-
tia. de pœnit. diſtin. 3. c. fin. 23. q. 5. c.
quod quidē. de pœnit. & remiſsio. Si
216 ne confeſsione oris, & ſatisfactione
operis peccatum non remittitur. c.
nemo poteſt. c. voluiſſent. de pœni.
diſt. 1. vbi dicitur, quòd cōfeſsio pa-
radiſum aperit, & veniā acquirit, &
cùm hæreticus ſit ipſo iure excōmu-
nicatus. ca. excōmunicamus. 1. & 2.
de hæret. c. debent. 11. q. 3. clem. 1. §.
fi. de hęret. indiget abſolutione, quā
nullo modo conſequi poteſt, niſi rea
tum ſuum confiteatur, & ſit paratus
abiurare, & iniunctam pœnitētiam
adimplere. c. cùm deſideres. de ſent.
excom. c. veritatis. c. agite pœniten-
217 tiam. de pœnit. diſt. 1. Nā actus acti-
uorum ſunt in patiente bene diſpo-
ſito. c. venerabilē. de electio. l. teſta-
mento Centurio. ff. dę manumiſs. te
ſtam. & inſtar regis Dauid iniquita-
tes ſuas manifeſtet, vt poſtea iuſtifi-
cetur, dicēs: Quoniam iniquitatem
meam ego cognoſco. &c. Pſal. 50. &
2. lib. Reg. c. 12. vbi poſt confeſsionē
Dauid meruit audire, Dominus trā-
ſtulit peccatum tuum. c. ſi peccatū.
de pœnit. diſtin. 1. & in Pſal. 129. De
profundis clamaui ad te Domine. &
non ſit in via Cain, & in cōtradictio-
ne Core. Geneſ. c. 4. & Nume. c. 16.
218 Taciturnitas peccati ex ſuperbia
cordis oritur. ca. quis aliquando. §. fi.
& d. c. voluiſſent. §. denique. de pœ-
nit. diſt. 1. quia hæretici ſuapte natu
ra ſunt ſuperbi & elati, inanis gloriæ
cupidi, pertinaces, inobedientes, in-
continentes, vt inquit Paul. 2. ad Ti
mothe. c. 3. in nouiſsimis temporib⁹
inſtabunt tempora periculoſa, & e-
runt homines ſeipſos amantes, cupi
di, elati, ſuperbi, blaſphemi, proter-
ui, inuidi, voluptatum amatores.
219 Quod optimè declarat Conrad. Bru.
lib. 1. de hæret. c. 5. nam hęreſes ex ſu
perbia oritur. c. excommunicamus.
1. in prin. ibi, extollentē ſe. & ibi no-
tat Anan. de hæret. Villadieg. de hæ-
ret. q. 1. nu. 37. & Epiphanius. de hæ-
ret. lib. 1. tomo. 1. c. hæreticus eſt. 24.
220 q. 3. Et in Euangelio Ioan. c. 7. E con-
trario in confeſsione eſt humilitas,
& erubeſcentia, quæ eſt magna pars
remiſsionis. c. quem pœnitet, de pœ
niten. diſtinct. 1. c. conſideret. de pœ
nit. diſt. 5. Ob id meritò impœnitēs,
pertinax, & negatiuus, ſeculari pote
221 ſtati tradendus eſt: cùm Eccleſia fa-
ctis monitionibus, non habet vltra
quid faciat. ca. cùm non ab homine.
de iudicijs. c. ſi quis ſacerdotum. 11.
q. 1. c. nec licuit. 17. diſt. Sed tāquam
membrum putridum eſt abſcinden
dum, ne Catholicos inficiat. ca. reſe-
cādę. 24. q. 3. c. etſi Iudæos. de Iudęis.
ca. inter ſollicitudines. de purg. ca-
222 non. Ferro abſcindenda ſunt vulne-
ra, quæ medicamenta non recipiūt.
c. ecce autem. 24. q. 3. c. in canonib⁹.
16. q. 1. c. reperiuntur. 1. q. 5. Et habe
tur in determinationibus ſcholæ Pa
riſienſis aduerſus Eraſmum. titu. 23.
cenſura. 3.
223 ¶ Veruntamen Inquiſitores fidei
in omnibus cauſis, præcipuè eorum
qui negatiui, pertinaces, proterui, &
impœnitentes ſunt, tam in exami-
nandis teſtibus, quàm defendendis
224 reis, vigilātiſsimos eſſe oportet. Nā
ſi reus innocens eſt, & falſis teſtimo
nijs fortaſsis accuſatur, conſtantiſsi-
mè crimen negare debet, potiuſque
omnia



omnia mala pati, quàm falſum teſti-
monium contra ſe proferre. c. ſacris.
de his quæ vi, metùſue cau. fiunt. ca.
225 inquiſitioni. de ſen. excom. Quia ſi
falſum teſtimonium contra proxi-
mum ſuum quis dicere prohibetur,
multò magis contra ſeipſum. c. ſi nō
licet. c. placuit. 23. q. 5. Charitas be-
ne ordinata â ſeipſo incipit. l. præſes.
226 C. de ſeruit. & aqua. c. qui vult. de pœ
nit. diſt. 3. Propterea rei ab Inquiſito
ribus magno affectu ſummaq; ope,
tempore præcipuè torturæ, monen-
di ſunt, vt nullo pacto falſum teſti-
moniū contra ſe, vel alios metu pœ-
narum, vel tormētorum, ſed tātùm
227 veritatem dicant. Nec Inquiſitores
promittant veniam, ſeu impunita-
tem delicti, vt reos cōpellant ad con
fitenda crimina, quæ non commiſe
runt zelo inquirendæ veritatis: nam
ille zelus non eſt ſecundum ſcien-
tiam, vt ait Paul. Apoſtolus. Et huiuſ
modi confeſsionē delatus impunè
poterit reuocare. ita Io. de Imola cō-
ſil. 109. viſa inquiſitione. refert Hip-
pol. in rub. C. de probat. nu. 115. & in
ſing. 201. in confeſſum. Iac. Septi. in
inſt. catho. c. 13. num. 3. & eſt inſtru.
Hiſpalen. cap. 9. Ægid. Boſſ. de con-
228 feſsis per torturā. num. 17. Quando
reus ſuum delictum plenè confite-
tur. Inquiſitorum animus conquie-
ſcit, omniſq; dubitandi de falſitate
teſtium anſa remouetur: reo autem
negatiuo exiſtente nō eſt præcipitā
da, ſed differenda ſententia, ne fortè
innocēs, qui ſe plenè defendere ne-
quit, iniuſtè dānetur. Interim diligē
tiſsimè Inquiſitores de eius innocē-
tia inquirant, ad id ex officio tenen-
tur. l. ſi nō defendātur. ff. de pœnis. l.
229 1. §. fi. vbi Bart. ff. de quæſtio. Decius
con. 429. Hippol. conſi. 39. meliùs cō
ſil. 60. attento tenore. nu. 3. Ripa in.
l. 4. §. hoc autem iudicium. numero.
77. ff. de damno infecto. Ægidi. Boſ.
in practi. tit. de confeſſ. num. 12. vbi
inquit, quòd iudex ad id tenetur nō
ſolùm in his quæ ſunt iuris, ſed etiā
in his, quæ in facto conſiſtunt. Iac.
Sep. in inſtit. cath. ca. 26. nu. 6. Quod
in hoc grauiſsimo crimine indubitā
ter procedit, in quo truncata atque
diminuta reorum defenſio eſt, ob id
que maiori prudētia & deliberatio-
ne iudices reorum innocētiam inue
ſtigare & inquirere debent, docet in
ſtruct. Hiſpalen. 1. cap. 14. & inſtruc.
de Madrid anno noſtræ ſalutis. 1561
230 c. 38. diſponens quòd in reorū defen
ſionibus Inquiſitores omnino conſi
derēt quòd rei in carceribus ſecre-
tis detenti ſe defendere commodè
nequeunt, eorumque impedimen-
tū ſua diligētia & prudētia ſuppleāt,
inquirēdo præcipuè de vita, morib⁹
inimicitia, ſeu conſpiratione teſtiū.
Teſtis enim inimicus etiam in hoc
231 crimine à teſtimonio repellitur. ca.
per tuas. vbi Feli. de ſimonia. Villa-
die. de hæret. quæſt. 13. num. 13. Fed.
de Senis. conſi. 252. in fine. Boſsi. in
practi. de oppoſitionibus contra te-
232 ſtes. nu. 52. Iac. Sep. in inſtit. cathol. c.
25. nu. 18. & c. 62. nu. 31. etiā cū tor-
tura, & in articulo mortis, nulla fides
inimico adhibenda eſt, etiam in cri-
minibus exceptis. ca. per tuas. de ſi-
mo. Inno. in. c. cū. p. de accuſat. Boſs.
in practi. tit. de inquiſitione. nu. 52.
233 & titu. de indicijs ante torturam.
nu. 188. Hippo. in. l. 1. §. præterea. nu.
7. ff. de quæſtio. Latè Fran. Blan. in
rep. l. fin. nu. 270. ff. de quęſti. Amor
enim & odium ſeparant homines à
rectitudine. l. 3. in prin. ff. de teſtib.
234 c. repellantur. c. meminimus. c. cum
oporteat. de accuſat. Etiam ſi inimi-
cus ſit nouiter reconciliatus à teſti-
monio repellitur. tex. fin. in. c. accuſa
toris. 1. 3. q. 5. Inno. & Abb. in. d. cap.

cùm oporteat. in prin. Roma. ſing. 315. Inno. in. c. cũ. i. &. a. de ſen. & re iudi. Alex. conſi. 99. incip. in cauſa inquiſitionis. in fine. vol. 2. Hippo. in. d. §. præterea. num. 4. Anto. Gom. li. 3. reſolut. c. 12. nu. 14.

## ASSERTIO. XXI.

235 ¶*Accuſatus de pluribus erroribus hæreticis, de quibus legitimè fuerit conuictus, ſi nonnullos confitetur, alios verò abneget, tanquã negatiuus & diminutus eſt relaxãdus.*

236 HOdie vltimo die Nouẽbris die ſancti Andreæ Apoſtoli, anno virginei partus. 1571. precibus ac ſacrificijs priùs ad Deum oblatis, omnes Valentini magno exultãtes animo luminaria, ludos, & ſpectacula varij generis, maximo apparatu, maximiſque ſumptibus fecerunt, pro mirabili & glorioſa victoria, quam Sereniſsimus Dominus Ioannes ab Auſtria Philippi Regis & domini noſtri germanus ſeptimo die Octobris proximi præteriti, & huius anni contra Turcas & Mauros nefandiſsimæ ſectæ Mahometanæ cultores, in mari Ægęo, prope portum vulgò Lepanto fuit adeptus: qui in illo prælio omnes Turcarum regis claſſes & vires fortiſsimè ſtrenueque ſuperauit, captis ab eodem. 170. triremibus Regijs, & viginti alijs minoribus. Mortui fuerunt ex hoſtibus plus quam decem milia, & captiui tria milia hominũ: inter quos erant plurimi Duces principales, vulgò Baxaes. Regulus autem de Argel, dictus Ochali, cum nouem triremibus fugit. Multa maiora ab hoc Principe omnibus naturæ dotibus ornatiſsimo, annuente Deo, præclarè gerenda in honorem Dei, noſtræq; religionis augmentum ſperamus.

237 ¶Is qui omnia crimina, de quibus plenè eſt cõuictus nõ fatetur, dicitur vulgò hæreticus diminutus: nã confeſsio debet eſſe integra, & nõ diminuta, vt ſit fructuoſa. ca. quẽ pœnitet. de pœnit. diſt. 1. quòd omnino quis pœnitere & cõteri perfectè debet de omnibus. c. fin. de pœnit. diſt. 5. Iniuſtũ eſt enim dimidiã ſpectare veniã. c. ſunt plures. de pœnit. diſt. 3. c. omnis vtriuſq; ſexus. de
238 pœnit. & remiſsi. ibi, omnia ſua peccata. Optimè Epiphanus li. 2. de hæret. tomo. 1. hæreſi. 59. Noſtra aſſertio indubitata eſt, quando in parte ſubſtantiali eſt diminutio in hæreſi, videlicet vera & formata ac plenè probata. inſtruc. Hiſpalẽ. anno Dñi. 1484. ca. 13. ibi, *en actos graues y ſeñalados, en los quales no ſe preſume oluido*. Ra-
239 tio noſtræ aſſertionis eſt, quia bonũ procedit ex integra cauſa, malum verò ex defectu vnius, vel ex multis particularibus defectibus, vt ait Dionyſius Areopagita de diuinis nominibus. part. 3. capit. 4. circa finem. quem refert S. Thom. 1. 2. quæſt. 18. arti. 4. & quæſt. 19. arti. 6. & q. 20. art. 2. cap. fratres. de pœnit. diſt. 5. ca. defleat. de regul. iuris. in antiq. multiſque modis diminutio ſolet cõtingere. de quibus optimè Iac. Sep. in inſtit. catho. c. 47. nu. 22. & ſequen. & in enchirid. titul. 61. numero. 4. d. inſtru. Hiſpalẽſi. anno. 1484. c. 13.

## ASSERTIO. XXII.

240 ¶*Hæreticus pertinax ac verè diminutus non eſt, qui alios complices, vel omne delicti tempus non reuelat.*

241 PLurimum intereſt omne tẽpus delicti confiteri propter alienationes factas poſt delictum hæreſis commiſſum. l. fin. C. ad. l. Iul. maieſt. l. Mani-



l. Manichæos. C. de hæret. c. cum ſecundum leges. de hæret. in. 6. vbi Archidia. Ioan. Andr. Dominic. Bal. in l. fina. §. fin. nume. 6. C. commu. de legat. Latè Tiraquel. in. l. ſi vnquã. verbo, reuertatur. nu. 267. C. de reuoc. donat. Iacob. Sep. in inſtit. Cathol. c. 9. nume. 22. & ſequent. Licentiatus Quemada in ſuis quæſtionibus. q. 7. affirmat eſſe communem opinionẽ alienationem ab hæretico factã eſſe nullam, & fiſcum bona alienata poſſe recuperare, nullo precio reſtituto: etiam ſi illud invtilitatem fiſci eſ-
242 ſet cõuerſum. Ratio noſtræ aſſertionis eſt, quia non eſt veriſimile, quòd qui delictum ſuum ingenuè confitetur. partem temporis, cùm ſit res minoris momẽti occultet, vel alios hęreticos non manifeſtet. d. inſtruct. Hiſpalen. c. 13. ibi, *que lo dexaron de dezir por malicia*. Iacob. Sept. in Enchiri.
243 titu. 61. nume. 5. in fin. Vbi etiam inquit hunc eſſe torquendum, vt alios hæreticos manifeſtet. quæ opinio non eſt tenenda per. l. repeti. §. is qui de ſe. ff. de quæſtio. qui de ſe confeſſus eſt in caput alienum non torquetur inſtruct. de Madrid, anno. 1561. c. 45. Et facit cõtra ea, quæ ipſe priùs tenuit in d. Enchirid. tit. 52. num. 31 dicens, naturalis ratio nobis perſuadet, quòd qui contra ſe confeſſus eſt contra alios multò magis confite-
244 retur, ſi eſſet memor. Item ſibi etiã fuit contrarius in inſtitu. Catho. ca. 47. num. 22. in fine, affirmans eſſe hęreticum diminutum, qui non omne tempus errorum confitetur. Et oppoſitam tenuit ſententiam in. d. tit. 61. nume. 5. quam rationibus modò relatis ſuſpicor eſſe veriorem, cum temporis facilè homines naturali-
245 ter obliuiſci ſoleant. Inno. in. c. qualiter & quãdo. 2. nu. 4. de accuſat. Bald. in Authen. Presbyteri. num. 6. C. de Epiſcop. & cleric. & in. l. 1. nu. 45. C. de his qui accuſ. non poſſunt. Felin. in. c. cùm cauſam. 1. nume. 13. de teſtib. Alex. conſil. 65. nume. 2. volu. 2. vbi optimè. viginti autẽ modis quis dicitur pertinax, quos refert Turre. Crem. in ſumm. de Eccleſ. lib. 4. part. 2. cap. 16. & Alphon. Aluarez, in theſau. religio. Chriſtianæ. tit. de hæret. nume. 20. & ſequen.

## ASSERTIO XXIII.

246 ¶*Accuſatus de pluribus factis, ſeu dictis hæreticis non plenè probatis, ſi nonnulla confitetur, pro alijs torquendus eſt.*

247 BOnum procedit ex integra cauſa, malum verò ex particularibꝰ defectibus, vel ex defectu vnius rei, vt pulchrè teſtatur Dionyſius Areopagita, de diuinis nominibus. par. 3. c. 4. circa finem. quem refert S. Tho. 1. 2. q. 18. artic. 4. & q. 20. art. 2. c. fratres. de pœni. diſtinct. 5. c. defleat. de regu. iuris. in antiq. Vnde errans circa vnum articulum fidei, totaliter amittit fidem, vt docet S. Thom. 2. 2 q. 5. artic. 3. probat. d. c. defleat. quia bonum, vt modo dictum eſt, ex integra cauſa procedit, ob id confeſsio debet eſſe integra, & non diminuta, vt ſit fructuoſa. c. quem pœnitet. de pœniten. diſtinct. 1. c. omnis vtriuſq; ſexus. ibi, omnia peccata ſua. de pœnit. & remiſsio. Abſurdum enim eſt dimidiam ſperare veniã. ca. ſunt plures. de pœnit. diſt. 3. c. fina. de pœnit. diſtinct. 5. tenuit expreſsè Alberi. in
248 rub. C. de hæret. num. 9. dicẽs, quòd iudex proteſtetur quòd non intendit reũ torquere ſuper articulo probato, ſed ſuper alijs. ſequitur Nicol. Boer. deciſ. 163. nume. 3. & Iul. Clar. in practi. crim. §. fin. q. 64. verſi. veritas eſt. Quod vtique notiſsima iuris

regula iuuatur: nam quod iuris eſt
de toto quo ad totum, idẽ iuris eſſe
debet de parte quo ad partem. l. quæ
de tota. vbi glo. & Bart. ff. de rei ven-
dica. c. ſuper quæſtionum. §. fin. c. pa
paſtoralis. §. Item cùm totũ. vbi. dd.
de officio delegati. Si omnes articu-
li & propoſitiones legitimæ non eſ-
ſent probatæ, reum eſſe torquendũ
indubitatum eſt. l. edictum. l. fina. ff.
de quæſtio. vt latiùs infra in aſſertio
ne. 31. ſcriptum eſt. Idem meritò di-
cẽdum eſt de aliquibus, quòd de om
249 nibus, inſtar illius qui de duobus ho-
micidijs eſt accuſatus: quorum vnũ
plenè eſt probatũ, alterũ verò ſemi-
plenè, & neceſſe eſt vt noſtra proce
dat aſſertio, quòd hæreſis ſit forma-
ta, quia aliter eſſet, ſi eſſet ſcandalo-
ſa, vel blaſphema, vel ſuſpecta. Item
quòd articuli ſuper quibus reus eſt
torquendus non ſint plenè probati:
250 item ſi in alijs articulis eſt plenè con
uictus & eſt negatiuus, eo caſu pro
alijs non plenè probatis minimè tor
quẽdus eſt in caput proprium, quia
nullum prorſus operatur effectum
tortura, cùm ſit relaxãdus. c. ad abo-
lẽdam. §. 1. de hæret. c. nec licuit. 17.
diſt. Non tamen inficior reum in no
ſtro caſu abſque tortura poſſe recon
ciliari, cùm verè diminutus non ſit:
ſiquidẽ articuli illi, ſuper quibus tor-
quetur nõ ſint plenè probati, vt plu-
ries vidimus: ſed cùm Inquiſitorum
officium ſit inquirere. cap. excom-
municamus. 1. §. adijcimus. de hæ-
ret. tutius eſt reum torquere, præſer
tim ſi poſt teſtium publicationem
fuit confeſſus articulos aliâs plenè
probatos, & aliâs non plenè proba-
tos negauit.

## ASSERTIO XXIIII.

252 *¶ Qui hæreſim à ſe prolatam in continẽ-
ti corrigit atque reuocat, non eſt aliqua pœ-
na damnandus.*

253 DE hac aſſertione eſt. l. famoſi.
ad. l. Iul. maieſt. l. Sthicus imò
Pamphilus. ff. de manumiſſ. teſtam.
Quia lubricum linguæ ad pœnã mi-
nimè trahendum eſt. Impunè quis
ſuam aſſertionem incontinenti mu
tare & corrigere poteſt, nullo proba
to errore. c. prȩterea. de teſtib. cogẽ.
ibi, in proferendo errauerint ſe incõ
tinenti correxerit in. c. olim. de cen-
ſi. glo. ſin. in. c. fin. de iureiuran. libro
6. glo. notab. in. c. apud miſericordẽ.
in verbo, reuertitur. 32. q. 1. Abb. in
d. c. præterea. num. 4. In ſpecie notat
Iac. Sep. in Enchiri. tit. 47. nume. 16.
Paul. Grillan. de hæret. q. 1. nu. 6. La-
tè habetur in repertorio Inquiſito-
rum, verbo, hæreticus. verſi. ſed An-
dreas de Iſernia. Quod iuuatur ex di
cto ſingulari Angelici de Peruſio, in
254 l. ſi non cõuicij. C. de iniurijs. Quòd
ſi verbum iniurioſum ſtatim reuoca
tur petendo veniam, dicendo, quòd
fuit malè dictum, ceſſat actio iniuria
rum. Hoc ſequitur Felin. in. c. dilecti
filij. nume. 16. de excep. & in. c. cùm
te. de re iudica. De quo dicto excla-
mant Lanfran. in. c. quoniam cõtra.
verbo, confeſsiones. nu. 3. de proba-
ti. Albert. de agnoſ. aſſer. q. 23. num.
9. Thom. Ferrarien. cau. 39. incip. ſi
quis dixit alicui. Sed Fran. Squillacẽ.
de fide Catholi. cap. 20. inquit, in cri-
mine hæreſis hunc pœna leui eſſe
puniendum.

## ASSERTIO. XXV.

255 *¶ Qui errores hæreticos in iudicio confi-
tetur, poſtea confeſsionem reuocat, tanquam
negatiuus eſt relaxandus, niſi de errore con-
ſtet.*

COnfeſſus in iure pro iudicato
habetur, quodãmodo ſua ſen-
tentia dãnantur. l. 1. ff. de confeſsis.
l. vnica.



l. vnica. C. eo. l. poſt rem iudicatam.
ff. de re iudica. l. proinde. 2. §. notan-
dum. ff. ad. l. Aquil. In Euangẽ. Lucȩ.
19. habetur ex ore tuo te iudico ſer-
ue nequam. In cõfeſſum nullæ ſunt
partes iudicis, niſi in condemnando
l. Iulianus. ff. de confeſsis. l. debitori-
bus. ff. de re iudica. l. de ætate. §. 1. ff.
257 de interroga. actio. Nulla clarior aut
efficacior eſt probatio, quam partis
confeſsio, & inter omnes probatio-
nis ſpecies, tanquam probationum
regina principatum obtinet. l. gene
raliter. C. de non numer. pecun. ca.
per tuas. de probat. cap. nos in quen-
quam. 2. q. 1. & per cõfeſsionem res
efficitur notoria. c. veſtra. c. fi. de co-
habit. cleri. & muli. c. cùm olim. de
verb. ſignifi. ca. ſi ſacerdos. de officio
258 ordina. c. hoc videtur. 22. q. 5. In cri-
mine etiam hæreſis confeſsio dici-
tur legitima probatio. d. c. ad abolẽ-
dam. vbi ſing. glo. in verbo, depre-
henſi. ſing. tex. in. c. nunc autem. 21.
diſt. Hippol. in rub. C. de probat. nu.
70. & Alberti. de agnoſ. aſſer. q. 29. nu
me. 28. Iacob. Sept. in inſtit. Cathol.
c. 13. in prin. nam non eſt præſumen
dum, quòd quis cõtra ſe mentiatur.
l. fin. C. arbitri. tutelæ. & d. l. genera-
liter. Etiam ſi proceſſus ſit nullus, &
non fuerit ſeruatus in eo ordo iudi-
cialis, confeſsio nihilominus nocet
confitenti: quia confeſsio tollit om-
259 nem ineptitudinem proceſſus. di-
ctum eſt ſing. Inno. in. c. qualiter, &
quando. 2. nu. 7. de accuſa. Bart. in. l.
ſi cõfeſſus. ff. de cuſto. reorum. Abb.
in. c. fin. notab. vlti. de reſtit. ſpoliat.
& in. c. 1. in fine. de excep. & in. c. cau
ſam matrimonij. nume. 4. de officio
delegati. Francus in. c. 1. in princ. per
text. ibi. de accuſat. in. 6. idem Abb.
per text. in. c. Piſanis. de reſtitu. ſpo-
liat. Matheſila notab. 53. incip. nota
vtilem regulam. Guido Papæ. deciſ.
120. Hippo. conſi. 29. &. 130. nu. 3. &
4. Ægid. Boſsi. de confeſsis. nu. 4. De
cius in rub. de probat. nume. 8. & in
c. at ſi clerici. nume. 3. de iudicijs, di-
cens, quòd cõmuniter approbatur.
vbi. 9. limitationes ſcripſit, licet Xua
rez. in. l. poſt rem iudicatam. nota. 3.
num. 5. fol. 120. ff. de re iudica. videa
tur tenere contra prædictum dictũ
260 Innocentij. Quæ ſanè confeſsio ſi in
continenti in præſentia iudicis fue-
rit reuocata, non nocet confitenti,
etiam non probato errore: quia la-
pſu linguæ, & propter errorem præ-
ſumitur facta. glo. eſt ſing. in verbo,
iuſta cauſa. in. c. fina. de iureiuran. in
6. quam pro ſing. refert Bald. in repe
titio. l. edita actio. num. 102. C. de e-
dendo. & in. l. 1. num. 18. C. de furtis.
Inno. in. c. præterea. de teſtib. cogẽ.
Iaſ. in l. error. num. 6. C. de iuris & fa
cti ignora. meliùs in. l. quicquid a-
ſtringendæ. nu. 10. ff. de verbo. obli-
ga. Abb. in. c. ſcriptum. nu. 9. de ele-
ctio. Anto. de Butrio. & alij in. c. ex li
teris. de diuortijs. Feli. in. c. qualiter,
& quando. 1. & in. c. cùm dilecti. de
accuſat. & in. c. fin. de confeſsis. Phi-
lip. Frã. in. c. 1. de accuſat. in. 6. & hæc
261 eſt communis doctorum opinio. Et
dicitur reuocatio facta incontinen-
ti intra triduum. Alex. conſi. 71. vol.
3. Anto. Gabriel in. 2. volu. commu-
nium opinionum. titu. de confeſsis.
conclu. 6. num. 13. Sed glo. in verbo,
incontinẽti. in. c. præterea. de teſtib.
cogen. inquit, quòd dicitur inconti-
nenti, antequam recedat à præſen-
tia iudicis. Inno. in. c. cùm dilecti. de
accuſat. optimè id declarat. Philip.
Fran. in. c. fin. de iureiuran. in. 6. nu.
6. & ſequen. & Thom. Gram. conſil.
262 15. num. 7. Sin autẽ confeſsio incon-
tinenti non fuerit reuocata, vſq; ad
ſententiam diffinitiuam in crimina
libus cauſis, probato errore, poterit
reuocari,

reuocari etiam ſi ſit deliberata & iu-
rata, & acceptata,& in ſcriptis reda-
cta.l. error. C.de iuris & facti ignora
ra. Bar.in.l non fatetur.num.4.ff.de
confeſsis. Bal.in.&.l.edita.num.102.
Roma.in.l.1. §.ſi quis ſimpliciter.nu
me.13.ff.de verbo.obligatio. Philip.
Franc.in.c.1.in prin.de accuſat.in.6
& in.c.fina.de confeſsis.nu.6.eo.lib.
6.Abb.in.c.cùm olim.de verb.ſigni-
fi.Felin.in. c.cùm dilecti.nume. 3.in
fine. de accuſat. Thom.Gram.voto.
16.in cauſa illuſtriſ.nu.12.& ſequen.
& voto.10. num.33.vbi optimè Lu-
do.Carrer.in practi.§.vndecimo ex-
cuſat.in fine.fol.188. Hippol.in pra-
cti.§.quoniam.num.6.&.§.ſequens.
nu. 23. Alberti.de agnoſ.aſſer.q. 29.
num.28.Hanc fatetur eſſe commu-
nem opinionem Ægid. Boſsi.in pra-
cti.tit.de confeſsis.num.60.Id etiam
annuere videtur Anto. Gabriel. in
263 loco ſupra citato. vbi inquit, quòd
cõmuniter reprobatur. glo. ordina-
ria in. c. ex literis. de diuortijs. quia
loquitur de confeſsione deliberata,
quæ prætextu erroris nõ poterat re-
uocari. In criminalibus enim nihil
intereſt, an confeſsio ſit acceptata,
vel nõ:probato verò errore reuocat.
Error autem tunc probatur, ſi cõtra
rium illius rei, quam quis confeſſus
fuit, demonſtratur. glo. in. d.l. non
fatetur,vbi Bart.num.10. & ſequen.
eleganter diſtinguit glo. in.l.de æ-
tate.§. qui iuſto. ff. de interrogat.
actio. glo. in. l. cum de indebito. ff.
de probat. pro quibus eſt.l. ſi poſt
diuiſionem.C. de iuris & facti igno-
ra. Felin. in.d.ca.cùm dilecti.nume.
3.Ægid.Boſsi.vbi ſupra.num.61.Lan
fran.in. c.quoniã contra.verbo,con
feſsionis.nu. 53.& ſequẽ. de probat.
264 ¶Opportunè hoc in loco referã,
quod eleganter ſcripſit Ioan.de Imo
la,conſi.109.viſa inquiſitione. Con-
feſsionem factam ſub ſpe veniæ à iu-
dice promiſſæ confitenti non noce-
re, veluti ſi iudex reo polliceatur im
punitatem & remiſsionem delicti,ſi
ipſe delictum confitetur,huiuſmodi
cõfeſsionem impunè poterit reuo-
care.Quod dictum ſequitur Hippo.
in rub.C.de probat.nume.115.& in
l.1.§.quæſtioni.nume.12.ff.de quæ-
ſtio.& in ſing.201.In confeſſum.Lã
fran. in. d.verbo confeſsiones.num.
54.Iac.Sept.in inſtitu. Cathol. c.13.
num.3.ad id eſt.l.2. & ibi glo.in ver-
bo, rectè.in fine. ff.quando actio de
pecu.eſt ann.quòd confeſsio perſua
ſione aduerſarij facta, poteſt reuoca
ri,quam glo.corruptè allegat Bar. in
d.l.non fatetur.num.6.&.10.&in.d.
l.error.Nico.Milis in repertorio.ver
bo,confeſsio.Hippo.in.d.§.quæſtio-
ni.nume.12.vbi alios caſus refert, in
quibus confeſsio iudicialis eſt reuo-
cabilis, prædictum conſilium.Ioan.
de Imola videtur etiam approbare.
d.inſtruct.Hiſpalen.c.9.Ob id nimis
periculoſum eſſe cenſeo Inquiſito-
res veniam, ſeu nimiam miſericor-
diam, & impunitatem reo polliceri,
ſi delicta plenè cõfiteatur: ſeu quod
ſtatim à carceribus ſubfideiuſſoribꝰ
erit relaxandus: ſed tãtùm illam mi-
ſericordiam,& remiſsionem promit
tant, qua cum verè conuerſis,ac be-
ne confitentibus ſacroſanctũ Inqui-
ſitionis officium vti ſolet.
265 ¶Ratio potiſsima noſtræ aſſertio
nis eſt, quia delictum per confeſsio
nem plenè conſtat, vt in iuribus ſu-
periùs relatis, & per reuocationem
reus efficitur pertinax, impœnitens
& negatiuus.c. ad abolendam.§.præ
ſenti.de hæret. c.vt officium.§.ſi ve-
rò.eo. tit.in.6.vt pleniùs ſupra aſſer-
tione vndecima retuli. Idcircò non
probato errore, relaxandus eſt,quã-
uis aliter de delicto plenè non con-
ſtet



ſtet, & facta ſit confeſsio in tortura
cum legitima ratihabitione: nã per-
inde eſt, ac ſi libera & ſpontanea eſ-
ſet: quamuis poſtea reuocetur non
conſtito de errore. Id in ſpecie te-
nuit Bald.in.l.fin.nume.2. C.de pro-
bat.& in.l.bonæ fidei.nume.5.C.de
reb.credit.& in c.fin.num.2.de con
feſsis.Ludoui.Carrer.in practi.fol.2.
nume.14.meliùs fol.75.nume.5.Pa-
lac. Rub. in allegat. hæreſis. §.8. Al-
bert.de agnoſ.aſſe.q.30.num. 38.di-
266 cens primæ aſſertioni ſtandum eſſe.
Iacob. Sept.in inſtitu.Catholi. c.47.
num.25.Areti.affirmat eſſe commu
nem in.d.c.cum dilecti. in fine.Ægi-
dius Boſsi.de confeſsis. num.60.& ti
267 tu.de tortura.num.49.Etiam minor
in atrocibus,non probato errore,ad
reuocandam ſuam confeſsionẽ non
auditur. Bart.ſing.in.l.auxilium.nu.
6.ff.de minoribus.refert Hippo.in.l.
de minore. nume. 35.ff. de quæſtio.
Contrarium tenuit ipſe Iac. Sept.in
d.c.13.nu.2.in fine.allegando glo.in
c.2.de confeſsis.in.6.
268 ¶Quæ omnia intelligenda ſunt
de confeſsione certa & manifeſta,&
non de æquiuoca, vel dubia. l.Iulia-
nus.l.certum. ff. de confeſsis. glo.in
l. vnica. C. de confeſsis.Bald.in Au-
then.Sed nouo iure. C.de ſer.fugiti.
Felin. in. d. c.at ſi clerici.in prin.Iac.
Sept. in inſtitu.Catholi.c.13.nume.
2.Rodericus Xuarez in. d.l.poſt rem
iudicatam.notab.3.nu.13.

## ASSERTIO XXVI.

269 *¶Qui per ignorantiam, vel ruſticitatem
ſe verba hæretica dixiſſe affirmat, ſi id in e-
ius defenſionibus conſtat, pœna extraordi-
naria puniendus eſt.*

DIctum eſt egregium Innoc.in
c. firmiter.nume.6.de ſumma
Trinita.& fide Catho.in quo noſtra
fundatur principaliter aſſertio; in
cuius elucidatione quàm plurima
notatu digna ſupra nu.64.& ſequẽt.
in prima parte pleniùs retuli. Qui
enim ignorantia errat, in his quæ e-
tiam explicita fide ſcire tenebatur,
270 peccat ignorantiæ, & negligentiæ
peccato, non tamen eſt hæreticus,
dummodo pertinacia careat.c.dixit
Apoſtolꝰ.24. q.3.c.1.29.q.1.Caſtro.
aduerſus hæreſes.libr.1.ca.9.optimè
Cano de locis Theologicis.lib.12.c.
8. Alberti.de agnoſ.aſſer. q.12.nu.4.
&.q.23.nu.3.Pala. Rub.in allegatio.
hæreſis. §. 4. Ludo.Carrer.de hæret.
§. circa ſecundum. nu.8. Iac.Sept.in
Enchirid.tit.49.num.4. &.5.Ignorã
tia eorum, quæ fidei ſunt, non excu-
ſat, ne puniatur vt ignarus. glo. &
ſing.1. in ordine. & alia in verbo
271 ignorantia. in.c.ſchiſma.24.q.1.quã
dixit eſſe notabilem Alberti. in.c.1.
q.13.num.50.de hæret.in.6.& de a-
gnoſ.aſſer.q.22.nu.27.in fine.

## ASSERTIO. XXVII.

272 *¶Qui vltro coram Inquiſitoribus erro-
res omnino occultos confitetur, occulta ei re-
conciliatio eſt iniungenda.*

SI errores vſque adeò ſunt occul-
ti, quòd in alicuius notitiam nũ-
quam peruenerunt, eoſq́; ſponte ab
ſque indicijs quis confitetur, & para
tus ſit abiurare, ſecretè, & non publi
cè recõciliandus eſt. c.presbyter. 82
diſtinct.c.quæſitum.de pœnit.& re-
miſsio.Archid.in.c.filij, vel heredes.
de hæret.in.6. Repertorium Inquiſi
torum, in verbo, occulta, & in ver-
bo, miſericordia. Alphon. Guerrero
in theſau.religio. Chriſtia.tit.de hæ-
ret.nu.9. Matth.de Afflict.in conſti.
Neapolita.titu.de hæret.nu.31. Iac.
Sept.

Sept.in inſtitu.Catholi.c.1. num.21
&.c.42.in prin.Alberti. in.c.1.q. 12.
num.5.de hæret.in.6.eſt inſtruct.Hi
ſpalen.c.5.& alia Pinciana.c.12. Iac.
Sept. in.d.c.42.in princi. in caſu no
ſtræ aſſertionis,inquit, hæreticũ om
nino occultum nullam pœnam inci
dere. Ipſe verò ſemper dubitaui de
pœna confiſcationis bonorum,quia
ipſo iure ſunt confiſcata.d.c.cum ſe-
273 cundum leges.& quando pœna ipſo
iure imponitur,illa nõ mutatur pro-
pter ſpontaneam confeſsionem.l.id
quod ſeruo.§.1.vbi Bart. ff.de pecul.
legato.l.palam.§.fina.ff.de ritu nup.
Hippo.in.l.de vno quoque.num.88
ff.de re iudica.& in rub.ff.de fideiuſ-
ſori. nu.142.& in.l.vnica.nume. 66.
C. de rapt. virgin.Felin.in.c.de hoc.
de ſimo.num.5.Decius in.c.at ſi cle-
rici. num. 5.in fin. de iudi.Latiſsimè
omnium Tiraquel. de pœn.tempe-
ran.cauſa.30.num.14.& ſequent. di
cens,ius iam fiſco eſſe quæſitũ. ideo
pæna nõ diminuitur per ſpontaneã
confeſsionem, quod verum eſt de
iuris rigore:de quadam verò æquita
te contrarium vidi ſeruari, quia mi-
tiùs agendum eſt cum ſpontè con-
feſſo,quàm cum cõuicto, præſertim
in re tam occulta. c. de hoc.de ſimo.
cap. in primis. 2.q.1. Tiraquel.in lo-
co modo citato.
274 ¶Ratio noſtræ aſſertiõis eſt, quia
peccata ſecreta, confeſsione ſecre-
ta, & occulta ſatisfactione ſunt pur-
ganda.c.nouit.de iudi. c.quis aliquã
do. de pœnit.diſt.1.c.ſi peccauerit.2
q.1. quod intelligendum eſt de hæ-
reſi omnino ſua natura occulta,quæ
nullo modo naturaliter ſciri potuit,
niſi per illam confeſsionem ſponta-
neam.Et in hoc caſu prædictę inſtru
ctiones loquuntur. Quod aliter eſt
quando hæreſis eſſet occulta per ac
cidens, quando nõ ſolùm corde, ſed
voce & opere exteriùs procedit: vi-
delicet, propter defectum probatio
nis ignoratur. Et in hac ſpecie ſe-
quens aſſertio procedit. Ideo nullũ
eſt diſcrimen inter has aſſertiones,
de quibus plenè nume. 267.ſupra re
tuli.parte.1.

## ASSERTIO. XXVIII.

276 *¶Si ſpontè quis errores occultos confite-
tur, cum bonorum confiſcatione publicè eſt
reconciliandus.*

HAnc aſſertionem optimè ex-
plicat Card.in Clem. 1. §.ve-
rum.num. 7.de hæret.& in Clem v-
nica.§.ſanè.num.2.de vſur.Alberti.
de agnoſ.aſſer.q.33.Iac. Sept.in.d.c.
42.Nicol.Beltran in repe.c.vt inqui
ſitionis.in præfatione q.9. de hæret.
in.6. Id probat.d.inſtruct. Hiſpalen.
ca.5.&.8. nam cum iſto ſponte con-
feſſo,non ita ſeuerè agendum eſt. Si
cut cum conuicto.d.ca.de hoc.de ſi-
monia.vbi plenè Feli.&Tiraquel.in
d.cauſa.30.nu.9.& ſequen.

## ASSERTIO XXIX.

276 *¶Qui metu mortis,vel nimia ſæuitia, re
mota credulitate,ad ritus tranſeunt Sarrace
norum,neque reconciliandi, neque graui pœ
na puniendi,ſed in loco religioſo ſunt in-
ſtruendi.*

DE his qui metu mortis impium
aliquod faciũt,vel ad ritus trã-
ſeunt Iudæorum,vt puta pueris à Pa
ganis captis. eſt text.ſing. in.c.nunc
autem. 21. diſtin. de Papa Marcelli-
no, qui à Paganis compulſus Idolis
thurificauit.Albert.in rub.de heret.
in.6.q.13.num.67.& de agnoſ.aſſer.
q.23.num.56.Iac.Sept.in inſtitu.Ca
tholi. c.26.nume. 18.& in Enchirid.
tit.47.



titu. 47.num.20.Contra.Brun.de hæ
ret.libr.1.c.4.Decius conſi.151.ma-
ximi ponderis.in prin. & pleniùs re-
tuli ſupra num.108.& ſequen.in pri
277 ma parte huius tractatus, contra Iu-
lium Clarum,in practi.§.hæreſis.ver
ſi. Sed nunquid ille. dicetem minus
bene prædictos eſſe reconciliandos.

## ASSERTIO XXX.

278 *¶Si delictum hæreſis eſt plenè probatum
& reus fuerit negatiuus, relaxandus eſt, e-
tiam ſi ab eo proteſtatio facta ſit, de qua in
deciſione Rotæ. 875. in antiquis,contra Ni-
col. Boer.& alios.*

HÆc mirabilis Rotę deciſio.875
in antiqu.incipiẽs: Accuſatus
de hæreſi, frequenter in ſacroſancto
Inquiſitionis foro verſatur in praxi,
cum qua concordat inſtruct. de ma-
drid, anno.1561.c.43.& alia Hiſpa-
lẽ.anno. 1484.c.14. tenet Calderin.
conſi. 2. tit.de hæret. Matth.de Aſ-
flict.in conſtitu.Neapol.titu.de hæ-
ret.nu.53.allegat eam Alberti. de a-
gnoſ. aſſer.q.8.num.7.&.q. 12.nu.9.
&.q. 29.nu.14.& in rub. de hæret.in
6.q. 13.num.50.Iac.Sep.in inſtit.Ca
tho. c. 47.nu.20.& in Enchirid. titu.
53.num.10.& tit.61.nu.2.ac plures
alij iuris interpretes pleniùs à me ſu-
pra.num.69.& ſequent.1.par.relati,
ibidem nonnullos notandos intelle
ctus ad prædictam deciſionem Rotę
reperies. Proteſtatio de qua hic, &
in dicta deciſione Rotæ habita eſt
quæſtio,huiuſmodi eſt. Si hæreticus
negatiuus plenè conuictus affirmat
ſe omni tempore catholicum fuiſſe
& eſſe, & in fide orthodoxa ſe viue-
re ac mori velle proteſtetur, hæc ſa-
nè proteſtatio nihil prorſus prote-
ſtanti prodeſt. contra Nicol. Boer.
279 deciſ.341.num.4.incip. Et iſta quæ-
ſtio. Qui perperam & inſolenter af-
firmat dominos de Rota iura quæ
ipſe allegat non vidiſſe.In eodẽ fuit
errore Iul. Clarus in practi. crim. §.
hæreſis. verſi. & nota in hoc propo-
ſito.

## ASSERTIO. XXXI.

280 *¶Crimine hæreſis non plenè probato, tor-
quendus eſt reus,qui ſi in tortura confiteatur
cum legitima ratihabitione, reconciliandus
eſt:reuocata verò confeſsione ante ratihabi-
tionem,iterum torquendus.*

QVando reus delicta ſibi obie-
cta nõ plenè probata abne-
gat, ad inquirendam veritatem tor-
quendus eſt.l.1.l.edictum.l.fin.ff.de
281 quæſtio. Tortura eſt remedium ſub-
ſidiarium, quo vtimur quando veri-
tas aliter haberi non poteſt. d. l.edi-
ctũ. Quod efficaciſsimum genus ad
eliciendã veritatem eſt tortura,ſi ali
ter maleficia explorari nõ poſſunt.
l.diuus Pius. ff.eo.ibi. ſi aliter veritas
inueniri non poſsit,niſi per tormen-
ta.l.quotiẽs.C.eo.c.illi qui.5.q.5.Vn
de meritò inquit Alberti.in rubr. C.
de quæſtio.nu.9.& in.l.1.& in.l.fi. ff.
eo. quòd fatuus iudex eſt qui reũ de
282 maleficio plenè conuictum torquet
Bal. in.l.1.nu.9. C.de iureiurã prop.
calũ. dan.inquit, quòd qui petit ali-
quẽ torqueri, tenetur primò iurare
quòd non habet alias probationes,
quã torturã, Angel.& pleniùs Ioan.
Igneus in.l.etſi certus.num.10.ff.ad
Syllania. dicũt, quòd ſi delictum eſt
certũ, & conſtat per alias probatio-
nes, malè fecit iudex ponendo reũ
in tortura,& poterit in ſyndicatu pu
niri,& proinde cauti iudices in actis
proceſſus conſcribi iubent,quòd cũ
aliter de delicto non conſtat, decla-
rat ad torturam eſſe deueniendum.
Idẽ Alber. tenet in rub. de quæſtio.
in prin.

in prin. Bal. in l. qui ſentẽtiam. C. de
pœnis. Curtius, de indicijs & tortu-
283 ra. q. 5. nu. 16. Lud. Carrer. in practi.
crim. in prin. nu. 188. Nicol. Boer. de
ciſ. 163. num. 3. quòd iudex proteſte
tur, quòd non intẽdit reum torque-
re ſuper probatis. Hippo. in practi. §.
nunc videndum. nu. 25. & conſi. 15.
nu. 51. & in l. 1. nu. 7. ff. de quæſtio.
vbi hanc teſtatur eſſe communem
opinionem.

284 ¶Vſque adeò id verum eſſe cen-
ſeo, quòd ſi reus ſtantibus legitimis
probationibus torquetur, & delictũ
negat, ipſo facto & iure eneruantur,
& eliduntur probationes legitimæ,
taliter quòd ex eis nullo modo eſt
condemnandus, ſed potiùs abſoluẽ-
dus. Alberi. & Hippo. in d. l. edictũ.
per text. ibi, idem Hippo. in d. §. nũc
videndum. nu. 26. Nico. Boer. deciſ.
163. nu. 17. Thom. Ferrarien. cau. 5.
Cæpola. conſi. crimin. 32. in 3. dubio
quam opinionem nonnullis funda-
mentis & rationibus impugnare ni-
titur Anto. Gome. lib. 3. reſolut. cap.
13. nu. 20. & Thom. Gram. conſil. 12.
in cauſa.

285 ¶Sed Bald. in l. obſeruare. num. 9.
C. quorum appel. non recipi. Inquit,
iudices bene facere quando ipſi ha-
bent certitudinem de maleficio reũ
torquere, etiã ſi delictũ ſit plenè pro
batum, quo ad effectum, ſi confite-
tur ne poſsit appellare, & ſit conui-
ctus & confeſſus, quia tunc non au-
ditur appellãs. l. 1. C. quorum appel.
non recipi. & quòd ita ſeruatur in
practica. Idem tenuit Hippo. in d. l.
1. nu. 7. & in ſing. 108. Aliàs fuit in-
terrogatus. Thom. Gram. voto. 1. &
d. conſi. 12. in cauſa. nume. 24. Quo-
rum opinionem falſam & iniquam
eſſe arbitror, & contra eam tenuit
Anto. Gome. vbi ſupra. & Tho. Grã.
cõſ. 64. nu. 10. Hippo. ſing. 262. q. po-
tui nolui, niſi aliquando id liceat ad
tollendã calumniã, & ne punitio diſ
feratur. & Alberi. in d. rub. C. de pro
286 bat. nu. 9. inquit, quòd cautus iudex
quando torquet reũ de delicto ple-
nè probato, proteſtetur quòd nõ in-
tẽdit eũ torquere ſuper probatis, &
talis proteſtatio appareat in actis
cauſæ, vt refert Iul. Clar. in practi. §.
fi. q. 64. verſ. veritas eſt. In delictis e-
normiſsimis prout Hippol. in d. l. 1.
nu. 7. loquitur, in quibus leges inter-
dũ tranſgredi licet, iuxta notiſsimũ
287 dictũ Inno. in c. 1. de conſtitu. Bal. in
l. etſi ſeuerior. C. de his qui notã. in-
famia. Iaſ. in l. 1. nu. 3. & ſequẽ. C. de
precib. Imper. offeren. pro quo eſt l.
hodie. & l. reſpiciendũ. ff. de pœnis.

288 ¶Octo vero ſunt in tortura neceſ
ſaria, quæ præcedere ipſam quæſtio-
nem, ſeu torturam debent, quæ ſatis
plenè ſcripſit Hippo. in d. l. 1. num. 2.
vſque ad 12. ff. de quæſtio. Vnum po
tiſsimum eſt, quòd ſint indicia pro-
bata per duos teſtes. glo. in l. fina. C.
famil. herciſ. quæ eſt communis ſe-
cundũ Anto. Gom. vbi ſupra nu. 18.
& ſecundum Iac. Sep. in Enchirid. ti
tu. 52. nu. 6. de qua ſuperius nu. 335.
par. 1. & Hippo. ſing. 476. incip. audi
uiſti. inquit. d. glo. procedere etiam
ſi indicia non ſint propinqua, & te-
ſtes non ſint idonei, vt familiares, in
289 fames, dummodo ſint conteſtes. &
in practi. §. diligenter. nume. 8. Ægi-
dius Boſſi. in pract. de indicijs ante
torturã. nu. 15. Vel vnus teſtis de vi-
ſu, vel auditu, omni exceptione ma-
ior. glo. in verbo, conuictus. in l. 3. C.
ad l. Iul. maieſtat. l. 1. §. idem Corne-
lio. vbi Bart. ff. de quæſtio. & in l. ma
ritus. ff. eo. Bal. in l. milites. C. eo. Boſ
ſi. in titu. de indicijs ante torturam.
nu. 14. Hippol. in d. ſing. 476. Dictũ
290 enim ſocij, vel participis eiuſdem
criminis, nõ eſt ſufficiens indicium
ad



ad torturam, etiam in crimine hęre-
ſis, niſi alia etiam indicia concurrãt,
vt puta, quòd reus ſit de prouincia
infecta. Cynus in l. fin. C. de accuſa.
Anto. de Butrio. in cap. 1. de confeſ-
ſis. Hippo. in l. 1. §. diuus Antoninus
num. 3. ff. de quæſtio. meliùs in pra-
cti. §. diligenter. num. 59. & ſequent.
Fran. Blan. in l. fin. nu. 378. ff. de quæ
ſtio. Iac. Sep. in enchirid. titu. 52. nu.
291 14. Deniq; iudicis arbitrio relinqui-
tur quòd indicium ſit ſufficiẽs ad tor
turam. Io. An. in regula. cùm in con-
templatione. de regu. iur. in antiq.
Bart. & Paul. Caſtren. l. Lucius. ff. de
his qui notã. infa. & in d. l. admonen
di. Idem Bart. in l. fin. ff. de quæſtio.
Thom. Gram. voto. 14. nu. 19. & cõſ.
57. in cauſa mihi tranſmiſſa, Ægid.
Boſſi. vbi ſupra. nu. 30.

292 ¶Si verò reus in tortura hæreſim
confiteatur cum legitima ratihabi-
tione recõciliandus eſt, vt noſtra te-
ſtatur aſſertio, perinde huiuſmodi
cõfeſsio eſt ac ſi libera & ſpontanea
fuiſſet. l. 1. §. diuus. Seuerus. vbi glo.
Bart. & alij, & in §. ſi quis vltrò. ff. de
quæſti. Bal. in l. fin. nu. 2. C. de prob.
Ægi. Boſ. tit. de cõfeſsis per torturã.
nu. 3. & 17. Villad. de hæret. q. 13. n.
8. Iac. Sep. in inſt. cath. c. 63. nu. 42. &
in enchirid. d. tit. 52. nu. 25. & tit. 58.
n. 14. expreſſa inſtr. de Madrid. anno.
1561. cap. 53. vbi reuocatur quædã
inſtru. antiqua Hiſpalẽ. c. 15. quæ cõ
trarium ſtatuebat. Sed Lauren. Syl-
uanus contrarium, & malè cõſuluit.
conſi. 89. ita meritò illum reprehen-
dit Iac. Sep. in d. tit. 58. nu. 14.

293 ¶Iudices verò, maximè Inquiſito-
res fidei, cautè in tortura reos inter-
rogent, ne occaſio mentiendi cõtra
ſe & alios detur, ideo generaliter, &
non particulariter, vel nominatim
ſunt interrogandi, videlicet vt veri-
tatem dicant de omnibus de quibus
ſunt accuſati & fecerunt, & nullo pa
cto falſum contra ſe & alios profe-
rant. Nam ſi particulariter interro-
gãtur de re aliqua, vel perſona, eſſet
potiùs ad falſum incitare & ſuggere
re, quã inquirere, vt inquit. l. 1. §. in
cauſa tributorum. ff. de quæſtio. ibi,
magis ſuggerentis, quàm inquiren-
tis videtur. l. 3. titu. 30. part. 7. Opti-
mè Thom. Gram. voto. 34. in cauſa
nobilis. nu. 9. Anto. Gom. vbi ſupra.
294 nu. 23. Iac. Sep. in d. tit. 52. n. 28. Ideo
meritò tempore prolationis ſenten-
tiæ reo cauſa, ob quam ipſe torque-
tur, apertè declarãda eſt, vt docet in
ſtruc. Mantuana, anno. 1561. ca. 49.
& Notarius omnia diligẽter & parti-
culariter in actis proceſſus cõſcri-
bat: videlicet tẽpus quo inchoatur
& finitur tortura, & modũ & quali-
tatem torturæ, & interrogationes iu
dicis, atque rei reſponſiones: finitaq;
tortura, quòd reus ſine læſione reco-
gnitus remanet, ita docent Bart. &
Alberi. in l. quæſtionis modũ. ff. de
quæſtio. Hipp. in practi. §. expedita.
num. 89. & d. inſtr. c. 53.

295 ¶Quamuis Vlpianus egregiè affir
met in l. 1. §. quæſtioni. ff. de quęſtio.
hoc verborum tenore, quæſtioni fi-
des nõ ſemper habenda eſt, res enim
fragilis & periculoſa eſt, & verita-
tem plerunque fallit. Sunt enim ali
qui timidi, qui potiùs mentiri, quã
tormenta pati velint, & falſa pro ve
ris proferre. l. aut damnum. §. hoſtes.
ff. de pœnis. ibi, plerunque dum tor
quentur deficere ſolent. In crimine
tamen hęreſeos iudices ad torturam
296 proniores eſſe oportet, & faciliùs ad
quæſtionem veniendum eſt, quia
eſt crimen ſuapte natura occultũ,
& facultas probationis deeſſe ſolet.
l. diuus Pius. ff. de quæſtio. Bal. in l. ne
mo. num. 3. C. de Epiſco. audi. An-
cha. in cap. in fidei fauorem. in prin.

297 de hæret.in.6.Alex.conſi.77.volu.1.
Decius conſil. 363. Brunus de quæ-
ſtio.8.q.Hippo.in rub. C.de probat.
nu. 12. Thom.Gram.voto. 30.& de-
ciſ.34.num.38.Iaco.Sep.in inſtit.Ca
tho.c.63.nu.7.& in Enchirid.tit.52.
nu. 26. Boſsi. in practi. tit.de indicijs
ante torturam.nume.180. Hæretici
confeſsio nõ modo Reipublicæ, ſed
ipſimet hæretico eſt plurimum pro-
futura. l. de minore. in princi. ff. de
quæſtio. l. nullus.C.ad.l.Iul.maieſt.
Ideo meritò dicere poſſumus, hoc
remedium torturæ reo eſſe fauora-
bile, cùm de eius conuerſione & ab-
ſolutione agatur.argu.tex.in.c.1.de
ſent.excõmu.in.6.c.multi.2.q.1.

298 ¶Quando reus ſufficiẽter eſt tor
tus, & tormenta negatiuus vincit,
abſoluendus eſt, & non iterum tor-
quendus, etiam ſi contra eum gra-
uiſsima & vrgẽtia eſſent indicia, niſi
de nouo alia ſuperueniant indicia.l.
fina. ff.de calumniat. Alberi. in.l.re-
pet.ff.de quæſtio.& in rub.C.eo.Bal
dus in.l.vnica. nu. 19. C.de confeſ-
ſis. & in.l. 2. nu.7. C.quorum appel.
non recipi. Hanc fatetur eſſe com-
munem Nicol.Boer.deciſio.163.in-
cip.dico præmittendo. nu.12.Boſsi.
de tortura.num.42.Carrer.in pract.
§.circa ſextum. num. 5. Anto.Gom.
vbi ſupra.nume.26. Hippo.in pract.
§.quoniam.nume.2.&.5.& in.d.l.re
peti.nume.10.Sed Barto.in.l.vnius.
§.1.ff.de queſtion.inquit, quòd licet
hæc opinio ſit vera de iure, ſed de cõ
ſuetudine non ſeruatur, verum quæ
299 ſtio repetitur toties, quoties iudici
bene viſum fuerit, vnde. d.l.repeti.
eſt intelligenda, quando reus leui-
ter eſt tortus, vel ſuperueniunt de
nouo indicia, vel non perſeuerat in
confeſsione facta in tortura, quia
tunc iterum & pluries reus torquen
dus eſt, & ita communi opinioni nõ
300 aduerſatur: nam propter variationẽ
ſæpe, & ſæpius reus torquendus eſt.
Bal.in.l.vnica.num.29.C.de confeſ-
ſis.Quòd decem vicibus quis poteſt
torqueri. Thom. Gram.vot.6.num.
17. refert quendam Iacobum de Sa
bia fuiſſe nouem vicibus ſuper eo-
dẽ delicto tortum.Sed communiter
tenent doctores in.d.l.repeti.quòd
tortura ter tantùm eſt adhibenda:
id verò arbitrio iudicis relinquitur,
vt inquit Bal.in.d.l.vnica.nu.20.Lu
do. Carrer. in pract.§. circa ſextum.
in princ.fol.93.Solent periti iudices
proteſtari in actis proceſſus, quòd in
tendunt torturam alijs diebus pro-
301 ſequi, vt poſsint eam repetere. Sunt
tamen nonnulli rei adeò callidi, vt
pluries in actu practico vidi, quòd
poſiti in tortura ſtatim delictũ confi
tentur, & tempore ratihabitionis la
pſis viginti quinq ue horis reuocant
confeſsionem, & iterum torquẽtur,
& confitentur, & ſimili modo reuo-
cant, & toties, quoties torquentur
idem faciunt, quo caſu ne detur pro
ceſſus in infinitum. c. licet dilectus.
de teſtib. l. fideicommiſſa. §. ſi quis
decem.ff.de legat.3. propter tot va-
riationes, ex quibus ſiniſtræ præſum
ptiones & indicia oriuntur, pœna a-
liqua arbitraria extraordinaria (&
meo iudicio) graui, ſunt puniendi.
Hi enim nimis infeſti & laborioſi
iudicibus eſſe ſolent. Ita Boer. in.d.
deciſ.163.in fin. Anto.Gom.in loco
ſupra citato. nu.28.in fine.Iac.Sept.
in. d.c.63.num.45.vbi allegat quan-
dam inſtruct.Hiſpalen.quæ illud nõ
302 probat. Nam ea ratione qua quis ite
rum poſsit torqueri, poterit etiam
pœna extra ordinaria puniri, vt con
cludit Iac.Sep.in.d.Enchiri.titu.67.
nu.10.meliùs tit.54.nume.16.& in-
ſtruct.de Madrid, anno.1561.c.54.

303 ¶Omittẽdum minimè eſt, quòd ele-



eleganter ſcripſit Bal.in.d.l.obſerua
re. nu.5. C.quorum appel.non reci-
pian.quòd in caſu quo quis non poſ-
ſit torqueri, vt puta, quia eſt ſenex,
vel iuuenis, vel nõ ſunt indicia adeò
vrgentia vt poſsit torqueri, vultus iu
dicis in talibus debet apparere ter-
ribilis. tex.ſing.in.l.1.§.impuberi.ff.
ad Syllanian. l. item apud Labeonẽ.
§.quæſtionem. ff.de iniurijs. Abb.in
c.afferte.nota.2. de præſumpt.Boſsi.
in pract. titul. de tortura.nume. 20.
Anto. Gom. vbi ſupra.nume.4.Ideo
non erit inconueniens reum veſti-
bus ſpoliatum ponere in loco tortu-
ræ ad terrorem: nam maiora indicia
maioribus & ſeuerioribus tormen-
tis ſunt purganda: & leuia indicia cõ
minatione tormentorum purgari.
oportet.ita Bald.in.c.1.§.ſi vaſſallus.
de contro. inueſtitu. in vſib. feudo-
rum. refert Iacob.Sep.in.d. titul.52.
nume.33.

## ASSERTIO. XXXII.

304 ¶*Pro hæreſi non plenè probata pœna ex-
traordinaria iniungenda eſt cum abiuratio-
ne de leui, vel vehementi, iuxta qualitatem
delicti, ſine habitu pœnitentiali, qui reconci-
liatis tantùm de iure imponitur.*

PRimam iſtius aſſertionis partẽ
probat. c.literas.in fine. de præ-
ſump.c.accuſatus.in prin. de hæret.
in.6. inſtru. Abulen. Anno. 1498.&
prima inſtruct. Hiſpalen. c.15.& in-
ſtruc.de Madrid, anno.1561.c.46.&
c.54.Inno.in.c.ſicut.1.de ſimo.Car-
di.& Io.de Imo.in Clem.fin. in fi.de
hæret.Fran.Squil.de fide Catho. ca.
34. Lup. in alleg. hæreſis.§.12.Boer.
deciſ.164. Hippol.in rub.C.de pro-
bat. nu.241.& in.l.1.§.Itẽ diuus. nu.
37. ff.ad.l. Cornel. de ſicarijs. & in.l.
1. nu. 57.C.eo. Tiraquel.de pœn.tẽ-
peran. cau. 27. Villad. de hæret. q.8.
Bernar.diez in pract.c.134. Couarr.
lib.2.reſolut.c.9.Iac. Sept.in inſtitu.
Catholi.c.59.nu.14.&.c.50. num.6.
305 & in Enchirid.tit.40.nu.17.c.67.nu.
10. dicens quòd ſi vehementer quis
eſt ſuſpectus, ad triremes, vel ad car-
cerem, aut abiurationem, & ad pœ-
nas pecuniarias, & alias extraordina
rias arbitrio iudicis condemnandus
eſt, & id vſu quotidiano receptum
eſt. Sed in caſu noſtrę aſſertionis In
quiſitores potiùs ad torturã, quàm
ad alia iuris remedia ſint proniores,
cùm eorum ſit officium veritatẽ in-
quirere, & reorum conuerſionem
306 quęrere. Sed quãdo non eſt ſufficiẽ-
ter, ſed leuiter quis tortus, pœna ex-
traordinaria etiã eſt puniẽdus, vt in
præcedẽti aſſertione dictũ eſt, & pur
gatiõe canonica vſu, & cõſuetudine
ſublata vtendum nõ eſt, vt teſtatur
Iac. Sep.in inſtit.Cathol.c.54.nu.16

307 ¶Sed ſi ſuſpectus de hęreſi, lite pẽ
dẽte mortuus fuerit, eius memoria
condemnanda, vel abſoluenda eſt,
& non ſunt eius hæredes in pecunia
vel alia quauis pœna propter ſolas ſu
ſpiciones condemnandi.c.accuſat⁹.
§. ſi verò. verſi. porrò. in fine.de hæ-
ret.in.6. Bal.in.l.1.C.ne ex delic.de-
functo. Anania in.c.ſi quis Epiſcop⁹.
nume. 8. de hæret. Bellamera deciſ.
677.&.680.Ia.Sep.in Enchiri.tit.62.
308 nu.6. Nam contra defunctum mini
mè procedi poteſt, niſi ſit plena & le
gitima probatio; cùm ſe defendere
nequit. inſtruc. Hiſpalen. c.20. & a-
lia Abulen.c.4.alia Toletan.c.7. Iac.
Sep.optimè in inſtit.Catho.c.17.nu
me.5.& in.d.tit.62.nu.5.

309 ¶Secũdam aſſertionis partẽ pro-
bat.c.in capite quadrageſimæ.50.di
ſtin. c.Achab Rex.de pœnitent. diſt.
3. inſtru. apud Madrid, anno.1561.
c.81.Et habetur.2.Reg.c.3.&.3. Re-
gum.c.20.&.4.Regum.cap.19.& in

lib.Eſthe.c.4.& Iſai.c.15.&.37.& Io-
næ.cap.3.quibus in locis homines in
duti ſacco, id eſt habitu pœnitentia
li pœnitentiam agebant. Vnde ex il
lo ſacco benedicto nomen ſumpſit
corruptis nonnullis literis, propter
nimiam affinitatem, illud nomen,
vulgò *Sambenito* In inquiſitione verò
Pintiana de conſuetudine habitus ſi
militer imponitur ijs, qui de vehe-
menti abiurant.

## ASSERTIO. XXXIII.

310 ¶*Qui confeſſus, vel conuictus fuerit de*
*propoſitionibus temerarijs, iniurioſis, ſcan*
*daloſis, vel ſimilibus, pœna extraordinaria*
*cum abiuratione de leui, vel vehementi pro*
*modo ſuſpicionis, eſt puniendus.*

HAnc aſſertionem optimè pro-
bat.c.accuſatus.§. de quæſtio-
nibus.&.§.ſi verò.§.ſacerdotes.de hę
ret.in.6.cap.ſi vos contra Eccleſiam.
vbi optima gloſ. in verbo, vel pecu-
nia.23.q.5.Cardi.in clem.fin.in fine.
de hæret.& in cle. vnica.§.ſanè.nu.
2.de vſuris. Villad. de hæret. q.8.nu.
7.&.q.1.n.6.Iac. Sep. in inſti. cath.c.
45.nu.30.&.c.50.nu. 6. & in enchir.
tit.54.nu.16.&tit.67.nu.10.Archie.
Florẽ.2.par.hiſto.tit.7.c.5.in prin. in
ſtruc.4.Toletan.c. 8. & noua de Ma-
drid anno.1561.c.53.&. ca. 65. Quæ
311 autẽ propoſitio ſit erronea, vel teme
raria, vel ſcandaloſa, vel blaſphema,
vel iniurioſa, vel piarum aurium of-
fenſiua, ſeditioſa, aut ſchiſmatica, vel
malê ſonans, ſeu ſapiens hæreſim op
timè explicat Cardina. Turr. Crem.
in ſumma de Eccleſ. part.2. lib. 4. ca.
11.& Melchior Cano: de locis Theo
logi.libro.12. cap.11. Iac. Sep. in in-
ſtit. cathol. capit. 52. & in enchirid.
tit.24.Albert.de agnoſ.aſſer.q.6.qui
ſatis eruditè in.quęſt.5.declarat quę
ſit propoſitio hæretica, & octo eius
gradus copioſè ſcripſit, & Cano in.d.
lib.12.c.8.

312 ¶Pro his & ſimilibus delictis quæ
non ſunt hæreſes formatæ, rarò in
carceribus ſancti Officij ſecretis rei
ſunt detinendi: ſed in monaſterijs,
vel locis priuatis. l. diuus. ff. de offi.
pręſidis.Iac.Sep.in inſtit.catho.c.16.
in prin.Nicol. Aymeric. in directo-
rio inquiſito.par.3.c.103.&.4.inſtru.
Hiſpalen.c.4.&.3. inſtruc. Pinciana.
c.10.quod procedit etiam ſi delictũ
non ſit plenè probatum. Sed pœnæ
pecuniariæ, quæ pro huiuſmodi deli
ctis imponuntur, in vtilitatem ſan-
cti Officij debent tantùm conuer-
ti.notant Cardi. &. Iac. Sep. in locis
modò citatis. In huiuſmodi pœnis ar
bitrarijs iudex ad normam legum
ſuum arbitrium accõmodare debet,
313 inſpecta cauſa, perſona, loco, tempo
re, qualitate, quantitate, & euentu,
quæ omnia latiùs explicat. l. aut fa-
cta.ff.de pœn.c.de cauſis.§.1.de offi.
delega.cap.ſicut dignum. in prin. de
homi. l. 8. titu.31.part.7.. Nam pro
menſura peccati erit & plagarum
modus, vt Deutero.ca.25.& vbi ma-
314 ior eſt culpa, grauior debet eſſe vin-
dicta.l.reſpiciẽdũ.ff.de pœn.c.excõ-
municamus.1.§.attẽdẽtes. de hæret.

## ASSERTIO. XXXIIII.

315 ¶*Qui de ſe confeſſus eſt, in caput alienũ*
*non torquetur: alioquin exiſtente legitima*
*præſumptione contra eum, & complices, tor-*
*quendus eſt.*

QVando reus de ſe eſt cõfeſſus,
non torquetur in caput alie
nũ, id eſt contra ſocios.l. repeti. §. is
qui de ſe.ff.de quæſtio.l.fin. C. eod.
Sed ſi eſt negatius, etiam ſi ſit plenè
conuictus, & ſemiplenè probatũ ſit
quòd



quòd ſocios criminis habet, in capi-
ta aliena torquetur, vt ſocios & alios
hæreticos manifeſtet. l. ex libero. l.
vnius.§. teſtes. ff. de quæſtio. l. etſi
certus.ff.ad Syllanian. inſtruct. de
Madrid, anno. 1561. cap. 45. de qua
re plurima ſcripſit Hippol. in.l. 1. §.
diuus Antonnius. &. d. l.repeti. nu.
39.& ſequen.ff. de quæſtio. Boſsi. in
tit. de tortura teſtium. Iac.Sep.in en
chirid.tit.52.nu.31.& titu.61. num.
316 5.in fine. Ratio diſcriminis inter pręe
dictos caſus eſt, quia qui contra ſe
confitetur, à fortiori ſi ſciret alios eſ-
ſe hæreticos cõtra eos confiteretur,
quod ſecus eſt quando negatiuus
exiſtit.

## ASSERTIO. XXXV.

317 ¶*Reconciliatus ab Inquiſitoribus fidei*
*eadem crimina proprio parocho tenetur ſa-*
*cramentaliter confiteri.*

DE hac aſſertione S.Thom.in.4.
ſen.diſt.18.q.2.art.2.Durã. in.
4.ſen.diſt.13.q.15.Adria.in.4.ſen.de
confeſsione.q.4.Abb.in. c. de his de
accu.num.4.Azpil.in.cap. ſacerdos.
num.94.de pœnit.diſt. 6. Eſt expreſ-
ſa inſtruc.de Madrid, anno noſtræ ſa
lutis. 1561.cap.71.in fine. Et hæc aſ-
ſertio tanquam indubitata maiori
elucidatione non indiget.

## ASSERTIO. XXXVI.

318 ¶*Puberes hæreticos plenè confitentes re-*
*conciliandos eſſe, in alijs verò pœnis ætati*
*ſubueniendum eſſe.*

ID optimè probat.l.auxilium.§. in
delictis.ff.de minor. ibi, ætatis mi
ſeratio ad mediocrem pœnam iudi-
cem perducere debet.l.excipiuntur
ff.ad Syllaniani. l. ferè in omnibus.
&.l.pupillũ.ff.de regu. iuris. capi.1.
de delict. puer. expreſſa inſtruc.
Pinciana, anno. 1488.cap. 12.plenè
Hippol.in.l.de minore.ff.de quęſtio.
& in.l.ſi quis te.nu.8. C. de ſicarijs.
Matth.de Afflictis, deciſ.208.Thom.
Gram.deciſ.23.nu.12. & voto.14.La
tiſsimè omnium Anto. Gom. lib. 3.
reſolut.cap.1.à nu.55. vſque ad. 67.
Tiraquel de pœ. tempora. cau. 44.
num.43.& ſequent. Iac. Sep. in en-
chirid.titu. 44. vbi inquit, in cauſis
etiam fidei minoribus vigintiquin-
que annis dandum eſſe omnino cu-
ratorem, vt nouiſsimè cautũ eſt in-
ſtruc.apud Madrid, anno.1561.c.25.
l.clarũ.l.fin.C.de autho.præſtan.l.cũ
& minores.C.ſi aduerſ. rem iudi. re-
ſtit. poſtu. Et hoc iure vtimur.

## ASSERTIO. XXXVII.

319 ¶*Hæreticum omnino occultum eſſe ex-*
*communicatum, & ob id reconciliandum*
*iuxta communem iuriſperitorum ſententiã,*
*contra communem Theologorum.*

IN hac fuerunt ſententia Cardi.
Ioa.de Imola.Bonif. de Vitalin. in
clem. 1. §.verũ. poſt gl.ibi, de hæret.
quòd hæreticus omnino occultus
ſit excõmunicatus. Quã opinionem
fatetur eſſe cõmunem Alberti.de ag
noſc.aſſer.q.33.nu.27.&. 29. &. 32.
Pro qua eſt expreſſa inſtruc. Hiſpa-
len.anno.1484.c.2. Oppoſitam verò
opinionem Theologorum eſſe com
munẽ affirmat Iaco. Almayn.in. 4.
Sent.diſt.17.art. 1. Iac. Sep. in inſtit.
catho.c.42.nu.3. & Iuli. Clar. in pra-
cti.§.hæreſis.verſi. quæro an occul-
tus hæreticus. Rationes, iura, & fun-
damenta pro vtraq; opinione plenè
ſupra num.240. & ſequen. in.1. par.
ſcripſi. Ideo hoc in loco noluimus ea
dem repetere, & lectorem eiſdem
verbis onerare.

## ASSERT. XXXVIII.

320 ¶*Hæreticos morientes à quolibet ſacerdote, non exiſtentibus Inquiſitoribus, poſſe abſolui.*

ID probat. c. is qui tempore. ibi, à ſi de diſcedendo. &. c. ſi aliquis fuerit. 26. q. 6. & in conci. Arauſicano. c. 2. expreſsè habetur, quòd ſi deſunt Inquiſitores in extremo periculo, quilibet ſacerdos hæreticum poſsit abſoluere, & non aliter. Ad id allegat. d. concil. Iac. Sept. in inſtit. Catho. c. 3. nu. 2. & in Enchirid. titu. 51. num. 6. De qua re eſt inſtru. expreſſa de Madrid, anno. 1561. c. 71. in fine. Quibus videtur aduerſari. c. 7. in fine. ſeſſ. 14. concil. Trident. Sed prima opinio videtur tutior.

## ASSERTIO XXXIX.

321 ¶*Per facultatem, quamuis generalẽ abſoluendi à quibuſcunque criminibus, hæreticorum abſolutio minimè cenſetur conceſſa. Contra Domini. de Soto, & alios.*

ID probat. ca. frater noſter. 16. q. 1. vbi generalis commiſsio facta legato per ſummum Pontificem non extenditur ad cauſas fidei, quæ ſpecialiter Inquiſitoribus ſunt cõmiſſæ c. ſi Epiſcopus. de pœnit. & remiſsio. in. 6. facit. l. obligatione generali. ff. de pigno. & l. ſi quando. C. de inoffi. teſtamen. tenuit Felin. in. c. Apoſtolicæ. in princ. de excep. Archiepiſco. Floren. 3. part. ſummæ. tit. 24. c. 77. §. 1. Iac. Sept. in Enchirid. tit. 51. num. 4. ſatis copioſè & eruditè Couarru. in. c. alma mater. par. 1. §. 11. num. 15 vbi ſingularibus fundamentis indubitãter tenuit ſacerdotem electum virtute iubilei & literarũ ſedis Apoſtolicæ de abſoluendo à quibuſcun-
que criminibus & cenſuris, nõ poſſe
abſoluere ab excommunicatione
322 cõtracta ex crimine hæreſis, niſi ſpe-
cialiter id exprimeretur. Contrariũ
videtur tenere Abb. in. c. de cætero.
de ſen. excõ. & Domin. de Soto. in. 4.
ſent. diſt. 22. q. 2. art. 3. Sed prima opi
nio ſemper mihi placuit.

## ASSERTIO. XL.

323 ¶*Maritum conſtante etiam matrimonio hæreticæ vxoris dote priuari, cõtra Chaſſaneum, & alios.*

DOtem vxoris hæreticæ confi-
ſcari certum eſt. l. quinque le-
gibus. ff. de bon. damnato. vbi pro-
pter crimẽ læſæ maieſtatis humanæ
dos confiſcatur: à fortiori igitur pro
crimine læſæ maieſtatis diuinæ, nã
longè grauius eſt diuinam, quàm tẽ
poralem lædere maieſtatem. ca. ver-
gentis. de hæret. Authen. vt non lu-
xuri. homi. contra natũ. in princ. Ita
expreſsè tenuit Cardi. in. c. fi. de con
uerſi. coniugato. Ancharra. in. c. de-
creuit. de hęret. in. 6. Iac. Sep. in inſti
tu. Catho. c. 9. nu. 11. Villadie. de hæ-
ret. q. 15. nu. 9. Bart. & Alberi. in. d. l.
quinque legibus. & Reperto. Inqui-
ſito. verbo, dotes. verſi. an autẽ pro-
pter vxoris hæreſim. Couarru. in. 4.
decretali, par. 2. c. 7. §. 5. nume. 5. Pal.
324 in. l. 78. Tauri. nu. 2. gloſſator ordina
menti, in. l. 1. tit. 1. lib. 1. ordinamen-
ti, pag. 33. Contrarium tenuit Caſſa
neus in conſuetu. Burdegalẽ. rub. 2.
§. 2. nume. 5. fol. 96. & alij, quos ipſe
ibidem refert.

325 ¶Neque maritus cogendus eſt ad cohabitandum cum muliere in hæreſim lapſa, etiam reconciliata. c. de illa. vbi Abb. de diuor. Idem Abb. in. c. fin. contra glo. ibi, de conuerſi. coniugat. Alphõ. de Caſtro, de iuſta





hæreticorum punitio. lib. 2. c. 7. Couarru. in loco ſupra citato. Iul. Cla. in practi. §. hæreſis. verſi. Item propter hæreſim. neque eam maritus alere tenetur. l. fin. C. ad Velleian. Alex. in. l. quod in vxorem. C. de nego. geſtis. Nico. Boer. deciſ. 22. incip. dico quòd licet. num. 3. Pala Rub. in rub. de donat. inter virum & vxorẽ. §. 62. & in. c. per veſtras. §. 49. Iac. Sep. in inſtit. catho. cap. 16. num. 8. Quia cùm eius dos pro hæreſi fuit publicata. d. c. cùm ſecundum leges. ca. vergentis. de hæret. culpa ſua indotata remanet, & mulierem indotatam alere maritus minimè tenetur. l. pro oneribus. C. de iure dotium. cap. per veſtras. in fine. de donat. inter virũ & vxo. glo. ſing. in verbo, onera matrimonij. in auth. de non eligend. ſecun. nuben. §. fin. collat. 1. cũ alijs traditis per Boer. in. dict. deciſ. 22. & in mea Epito. ſucceſſ. c. 33. num. 31. vbi nonnulla in hoc retuli.

## ASSERTIO. XLI.

326 ¶*Relapſus, ſiue negatiuus, ſiue confeſſus, ſtante legitima probatione, eſt relaxandus.*

HAnc concluſionem probat. c. ad abolendam. §. illos quoque de hæret. c. ſuper eo. c. accuſatus. §. 1. &. 2. de hæret. in. 6. inſtructi. de Madrid, anno. 1561. c. 41. in fin. Calder. conſ. 2. de hęret. in fine. Villadieg. de hæret. q. 11. nu. 2. & q. 20. nu. 5. Paul. Grillan de hęret. q. 10. Fran. Squil. de fide catho. c. 19. nu. 3. Matth. de Afflic. in conſti. Siciliæ. lib. 1. rub. 1. nu. 63. Abert. de agno aſſer. q. 25. nu. 25. & ſequẽt. Optimè Ludo. Carre. de hęret. §. modo qualiter. num. 30. & ſequen. Caſtro de iuſta hæret. punitio. lib. 2. ca. 2. Guid. Camelita. in ſumma de hæreſibus. cap. 10. Palude in. 4. Sen. diſt. 13. q. 3. reperto. Inquiſito. verbo relapſus. Optimè Nicol. Aymeric. in directorio. par. 3. q. 98. cum quatuor quæſtionibus ſequen. & habetur in fortalitio fidei. li. 2. conſideratione. 12. Bunderius de Gandauo, de modernis hæreticis. tit. 33. arti. 8. in fine. Iac. Sep. in inſtitu. catho. c. 50 in fine. meliùs. c. 55. & in enchirid. titu. 60. Ægidi. Boſsi. tit. de hæret. nu. 24. Ioan. Nicol. de hæret. nota. 6. incipi. non recedant à memoria. & nota. 42. incipi. Reuocabis. Iulius Clar. in practic. §. hæreſis. verſic. Idẽ etiam dicendum eſt. Nonnulla ego tradidi in meo Spec. 173. incip. Relapſus dicitur.

327 ¶Ratio aſſertionis eſt, quia deli-
ctum geminatam veniam non mere
tur. l. 3. C. de Epiſcop. audien. l. qui-
cunque. C. de ſeruis fugit. l. capita-
liũ. §. ſolent. ff. de pœnis. plenè Tho.
Gramm. deciſ. 16. & voto. 17. num.
12. Ludo. Carrer. in practic. crimin.
328 §. penul. per totum. Alia quoque eſt
ratio, nam actus præſens præteri-
tam intẽtionem declarat, ſingula. l.
ſi hi qui adulterij. C. de adulter. l. cùm
quis. C. de natura. liber. Quia per ite
rationem delicti apertè oſtenditur
& declaratur qualis fuit abiurantis
329 animus tempore ſuæ abiurationis,
nam non amore ſeu zelo fidei, ſed
ficta & ſimulata conuerſione, ad
pœnam tantùm delicti euitandam
ad fidem fuit conuerſus. cap. accuſa-
tus. cap. vt officium. §. prouiſo ſoler-
ter. de hæret. in. 6. Doctores ſupra ci-
tati, præſertim Ioan. Nicol. in. d. no-
ta. 42. & Paul. Grillan. in. d. q. fin. vbi
concludit hanc præſumptionem eſ-
ſe iuris & de iure, contra quam pro-
batio in contrarium non admitti-
330 tur. l. antiquæ. C. ad Velleian. dict.
l. ſi. hi qui adulterij. cap. is qui fidẽ. cũ
alijs. de ſponſali. Ideo non auditur

volens iterum abiurare, ſed abſque aliqua audientia relaxandus eſt.d.§. illos quoque. &c. d.c. ſuper eo. Nã ſicut vera pœnitentia veniam promeretur, ita ſimulata Deum irritat.c. inter hæc.2. de pœnit. diſt. 3. ca. oſtenditur. de conſecratio. diſtinct.4.

331 ¶Abiuratio verò de vehementi, vel ſimpliciter, ſeu generaliter facta prout eſt illa, quæ à reconciliatis efficitur, & non de leui, cõſtituit aliquẽ relapſum, ſi ille in abiuratam hæreſim, vel in aliam relabitur.d.c.accuſatus.§.1.vbi Ancharra.num. 2.quia potiùs abiuratio, quàm condemnatio hunc effectum operatur: nam in abiuratione ſub pœna relapſi, lapſus
332 iureiurando obligatur. Sed neceſſe eſt quòd conſtet reum fuiſſe lapſum & nunc eſſe relapſum. De primo verè, vel præſumptiuè, de ſecundo legitimè debet conſtare.d.c.accuſat⁹. c.literas.de pręſump.l.fin.C.de probat. Ideo ſit cautus Promotor fiſcalis in accuſando etiam reum de primo lapſu, ne tantùm præſentare primã ſententiam contra relapſam prolatã teneatur, ſed per confeſsionẽ rei, & inſtrumentum ſententiæ conſtet reum in hæreſim fuiſſe lapſum, & abiuraſſe: ſed reus tunc audiendus eſt, volens innocentiam ſuam allegare & probare. Clem. paſtoralis. de re iudica. ca. 1. de cauſa poſſeſ. & propri. Villadie. de hæret.q.11.nume. 3.Iacob.Sept.in.d.c.55.nume.14.reperto. Inquiſito.verbo, relapſus.verſic. ſed circa prædicta.

333 ¶Facilè ex ſupra dictis deducitur argumentum ad confutandas quatuor cõcluſiones, quas doctiſsimus Alphon. de Caſtro tenuit in.d. lib.2. c.2.de iuſta hæret. punit. Quarũ prima eſt, quòd quis tanquam relapſus punitur, ſi de primo lapſu fuit conuictus, & de ſecundo vehementer ſuſpectus, quod eſt contra. d.c.literas. &c. dd. ſupra citatos, & extrauagan. Alex. Papæ.4.quam refert Reperto. Inquiſito.verbo, relapſus. verſic.nota quòd ad hoc. Secunda eius cõcluſio eſt, illum non eſſe relapſum, qui poſt abiuratam hęreſim lapſus eſt in eandem, ſi ſpontè, & ſine vlla accuſatione accedit ad Inquiſitores, & coram illis peccatum ſuum humiliter cõfiteatur, quam opinionem etiam tenuit Alberti. de agnoſ. aſſertio.q. 25.nume.25.& ſequent. & Alphon. Guerrero, de hæret.num.9. Contra quam opinionem eſt quædam inſtructi. 5.Hiſpalen. Tertia fuit illius aſſertio, eſſe relapſum, qui poſt abiurationem, & detruſionem in perpetuum carcerem, inde fugit. Vltima eſt eius aſſertio, relapſo Eccleſiaſticam ſepulturam eſſe concedendã. Ignoro equidem quomodo ſepeliri debeat cùm igni tradendus ſit relapſus, itaque in omnibus ſupra dictis maxima cũ ratione meretur reprehendi, ſalua eius ſumma authoritate. Vnde optimis iuribus, & rationibus meritò eum reprehendit Iacob. Sept. in inſtitu. Catholi.c.16.nu.13. meliùs. c. 55.num.4.&.6.&.13.& in Enchiridio.titu.60.num. 6.& tit.61. nume.8. Illam tamẽ opinionẽ, quòd fugiens à carceribus perpetuis ſit relapſus, tenent Archid. Ioan. And. Domini. in. c.vt commiſsi.§.nec nõ. de hæret. in.6. Annan.& Felin.in.c.excommunicamus. 2. Nicol. Arela.de
334 hæret. nota. 5. atque in praxi verſatur: ea fortaſsis ratione, quia tempore abiurationis ad omnia illa ſeruanda ſub pœna relapſi iureiurando aſtringitur reus & obligatur, aliâs potiùs fugitiuus, vel impœnitens eſt cẽſendus, quàm relapſus: quia in hęreſim non iterum labitur. Sed ſi diceretur quòd præſumptione, vel fictione





ne iuris cenſetur relapſus, huiuſmodi præſumptio, vel fictio non eſt ſufficiens ad pœnam delicti ordinariã, vt pleniùs ſuperiùs tradidi.

335 ¶Cum relapſis minimè Inquiſitores fidei diſpenſare poſſunt. c.excõmunicamus.1.&.2.in princi.notant Iac.Sep.vbi ſupra, & repertor. Inquiſito.in.d.verbo, relapſus.verſic.item nota. Nõ enim iudex debet eſſe mitior lege, neque à iure ſcripto recedere.l. 1. C. de legib.l. proſpexit. ff. qui & à quibus. In hac Inquiſitione Valentina eſt indultum Apoſtolicũ, quo cautum eſt, relapſos ſi ſint de genere Maurorum, & verè pœnitẽtes, ab Inquiſitoribus poſſe iterum reconciliari, quia cum Neophytis mitiùs agendum eſt.c. Deus qui.de pœnit. & remiſsio.cap.nouit. 12.diſtin. ibi, quę adhuc in fide noua eſt.reperto.Inquiſit.in verbo, pœna. verſi. Itẽ nota, quòd in nouis.facit.l. deſertorem. §.ſi plures.ibi, ſed tyronib⁹ parcendum eſt.&.l qui cum vno.in fin. ff. de re milita. Priùs tamen Inquiſitores ſuper his ſupremi ſenatus proceres ſanctæ Inquiſitionis iuxta eorum decretum, quod in.2.volu.Epiſtolarum Inquiſitionis Valentinę habetur, conſulere tenentur.

## ASSERTIO. XLII.

336 ¶*Filios ac nepotes relapſorũ, etiam ſi verè correcti & pœnitentes exiſtant omnibus iuris pœnis eſſe obnoxios, contra Domini. & nonnullos alios.*

337 FIlij hæreticorum, qui non fuerũt correcti & incorporati vnitati Eccleſiæ, vſque ad ſecundam lineã paternam, & ad primam maternam, ſunt inhabiles ad beneficia eccleſiaſtica, & officia ſecularia publica aſſequenda.c.2.§.hæretici.c.ſtatutum.2 de hæret. in. 6.l.quiſquis. C.ad.l.Iul. maieſtat. Villadie. de hæret. q. 23.in prin.Iacob. Sept.in inſtit. Catholi.c. 29.ſing.inſtru.Pinciana, anno.1488. c.11. Quæ omnes prohibitiones in filios & nepotes hæreticorum, de iure & conſuetudine ſtatutas plenè refert. Quę iura ſecundum verum ſenſum intelligenda ſunt in hęreticis ſemel lapſis, & non in relapſis: qui etiã ſi correcti & pœnitentes ſint, corũ filij, & nepotes iuris prohibitionibus ſunt obnoxij. glo.in verbo, reincorporatos.in.d.c.ſtatutum.2.quam ſequitur ibi Ioan. Andr.& Francus. nume. 4. & Iacob.Sept.in Enchirid. tit.
338 63. num.7. Sed Dominic.in.d.c. ſtatutum. 2. §.ſanè. num.2. Oppoſitam tenet ſententiam, & Iacob.Sept. ſibi contrarius. in inſtit.Catho.c.29.nu. 2.in fine. Et Decanus Segouienſis, in tractatu de hæreticis.c.18. Qui ſanè tractatus per Gloſſatorem tranſcriptus fuit in.l.1.&.2.tit.26.par.7. Ratio noſtræ aſſertionis eſt contra prædictos.dd. Quia relapſi non reincorporantur vnitati Eccleſiæ, ſed ſine audientia Curiæ ſeculari traduntur, etiam ſi ſint emendati. c.ad abolendam. §. illos quoque. de hæret. c.ſuper eo.eo.tit.in.6.quamuis eis, vt ibi dicitur, ſacramenta pœnitentiæ, & Euchariſtiæ concedantur. Vtrunq; tamen in.d.c.ſtatutum.2.requiritur videlicet, quòd ſint emendati, & reincorporati.

## ASSERTIO. XLIII.

¶*Dogmatiſta, prout iura Cæſarea diſponunt (quæ in vſu ſeruantur) relaxandus eſt.*

339 LEx diuina magiſtris errorũ (vulgo dogmatiſtis) nullo modo pepercit. Deuter. c.13.ibi, ſi tibi voluerit perſuadere, clam dicens: Eamus,

& ſequamur deos alienos, ſtatim interficies eum. & Numero.c.25. &.4. lib.Regum.cap.2.&.23. & Machab. 1.c.2.l.quicunque.in fi. C.de hæret. Vbi docentes vltimo ſupplicio damnantur, adhærētes verò in decem libris auri, & glo.ibi, notabilis.in verbo damnētur. l. eum qui ſeruum.C. de apoſta. vbi perſuadens ſeruo, vel libero, vt à fide Catholica recedat, capite punitur.l.fin.in fine. C.de Iudæis.l.2.in.fin.C.ne ſacrum bapt.itere.c.aliquanti clerici.ibi, conſulere, vel docere vbi optima glo. 26.q.5. glo. in verbo.audieris.in. c. necabis. 23.q.5.glo.in parte.puniēdi.in.c.ex communicamus. 2.de hæret.l. 2.tit. 26.part.7. Albert. de agnoſ.aſſer.q. 30.num.60.Reper.Inquiſito.verbo, docere. & in verbo. hereſiarcha. & habetur in determinationibus ſcholæ Pariſien.contra Eraſmum. tit.23. cenſura. 1.Iac. Sept.in Enchirid.tit. 4. & ſequent. & in tractatu de patre hæretico.nu. 15.contra ea quę priùs ſcripſit in inſtit.Catholi.c.45.nume.

340 12.in quo loco affirmat, hęreſiarchā non pertinacem, ſed cōuerſum, pœnam ignis euadere: quod annuere videntur iura Canonica, videlicet, c.ad abolendam.de hæret.ibi, ſentire, vel docere.c.ſuper quibuſdam.de verb. ſignifi.ibi, publicè prædicant, id expreſsè eſt deciſum. in concilio Tarraconen.relato in directo. Inquiſito. part.2.fol.86. Ob id meritò noſtra aſſertio diſcrimen inter ius Canonicū & Ciuile hac in re aſsignat. Quòd ius Ciuile de vſu & conſuetudine maxima cum ratione ſeruatur,

341 nam maiori pœna dignus eſt, qui audaciam & occaſionem damnationis alijs tribuit. c.qui aliorū.24.q.3.hoc verborum tenore. Qui aliorum defendit errores multò magis damnabilior eſt illis qui errant, quia non ſolùm errat, ſed etiam alijs offendicula erroris præparat & confirmat: vnde quia magiſter eſt, non tantùm hęreticus, ſed etiam hæreſiarcha dicendus eſt. maior enim pœna à iure ſeductoribus, quàm delinquentibus imponitur.ca.qui conſentit.11.q.3.

342 glo.ſing.in verbo, defenſauerit. in Clem.1. de vſuris. Angel.in.l.vnica. in fine.C.de Nili aggerib. non rumpen.Decius in.c.1.nume.13.de offi. delegati.ne vnus malus, multos bonos perturbet.c.non turbatur.24.q. 1.c.reſecandæ.24.q.3.cap.ea quæ.de ſtatu monacho.

343 ¶Item ſuperiùs dictis ſequens additur ratio, hæreſis crimen grauiſsimum eſſe certum eſt, tum propter nobilitatem ſubiecti, tum etiam propter nobilitatem rei, quæ offenditur. c. vergentis. de hæret. c. vt officiū.§. verum quia in tā graui crimine. eo.tit.in.6.c.denique.7.q.1. c.in nomine Domini.23.diſtinct. Vnde meritò inquit Bal.in.l.1.num.45.C. qui accuſ. non poſſ. quòd delictum hæreſis etiam ignoranter prolatum, grauius eſt, quam doloſum homici-

344 dium: quia hæreticus ponit os in cælum, refert Anani.in rub. de hæret. num.2.& Conrad.Brun.lib. 1.de hæret. c.3.in prin. Burgen.in fortalicio fidei.lib.2.conſideratione.12. Si ille qui occidit homines nulla venia dignus eſt.l.3.C.de Epiſcop. audien.l. quoniam multa. C. ad.l.Iul.de vi publi. quanto magis qui impio dogmate non corpora, ſed animas, non leui morte, ſed ſempiterna occidit.

345 ¶Addendum etiam eſt, quòd ſi aliquando delinquētibus venia conceditur (vt puta) propter multitudinem, vel aliam cauſam, ducibus tamen, & ſeductoribus, primiſque authoribus non ſolet ignoſci, quia hi longè magis delinqunt, & vt cæteri

magis



magis deterreantur.d.l.quoniā multa.ſing.l. ſiue ex Prætoriano officio. ibi, prioribus eius militiæ. C.de exacto.& executori. libro. 12. vbi illum tex.Ioan.de Plat.col.2.nonnullis iuribus & fundamentis affirmat in ſeditione facta in ciuitate, duces, conſiliarios & officiales ciuitatis eſſe puniendos. Abb.in. c. lator. 3.nota.de cleri.excomm.latè Tiraquel.de pœnis. temperā.cau.47.nu.7. & ſequē.

346 ¶Præterea id alia iuuatur ratione. Iura quæ de crimine ſimpliciter loquuntur, non ſunt in fauorabilibus ad crimina qualificata extendēda, quando ſimul alia delicta concurrunt, vt de fornicatione ad adulterium, de homicidio ad parricidium: ita neque de hęretico ſimpliciter ad dogmatiſtam.l.ſi adulterium cum inceſtu.l. vim paſſam. §.præſcriptione. ff. de adulter. l.nūquam plura.ff. de priuat. delict.Bar.in.l.Senatus.ff. de accuſat. Bald.in caſu ſimili in.l.eā quam. nume.36.C.de fideicommiſ. & in.l.ſi qua illuſtris.nu.5. C.de orfician.Alex.conſi.37.vol.2.Iaco.Sept. in ſpecie, in.d.tit.59.nu.5.quod pleniùs ipſe retuli in Epitome ſucceſsionum.c.23.nu.17.& ſequent.

347 ¶Ratio rationis eſt, nam qualitas adueniens, vel adiuncta enti, qualificat illud, & reponit in diuerſa ſpecie. l.mariti lenocinium.§.fin.ff.de adulte. l. item apud Labeonem. §.ſi quis virgines. ff. de iniurijs.Bart.in.l.1.C. de ero.mili.anno.lib.12.latè Hippo. in ſing.520.incip.qualitas.

348 ¶Vnde facilè infertur ad declarationem indulti Apoſtolici fe.re. Pauli Papæ.3. & Regij priuilegij, quibus prohibetur Inquiſitoribus fidei, contra neophytos, ſeu conuerſos de genere Maurorum iſtius regni Valentiæ ſuper hæreſi, ſeu apoſtaſia Maumethica procedere, quòd dictum indultum & priuilegium minimè ſit per ſupra dicta extendēdum ad dogmatiſtas, vulgo Alfaquins, cùm de eis nulla prorſus in prædictis cōceſſionibus fiat mentio, & in generali conceſsione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus. l. obligatione. ff.de pigno.ca.ſi Epiſcopus.de pœnit. & remiſsio. in. 6. c. in generali. de regul.

349 iur. eo libr. 6.Albericus in rub. C.de natu.liber.latè Fel.in.c.poſtulaſti.1. colu.2.de reſcrip.cùm dogmatizare ſit delictum qualificatum vniuerſæ Reipublicæ Chriſtianæ nimis pernicioſum, & non ſolùm iſte eſt hæreticus, ſed hoſtis communis Reipublicæ. Ideo meritò contra dogmatiſtas ſeu dogmatizantes, etiam non baptizatos procedere iura permittūt.

350 glo. in verbo, hæreticum. in Clem. vnica.§.fin.de vſuris. Villadie.de hæret.q.9.in fine.Conrad.Brun.de hæret.lib.4.c.2.Albert.in rub.de hęret. in.6.q.3.in fine. & ſupra par.1.num.

351 552.alios retuli. vbi.nu.557.ſcripſi. idem dicendum contra celebrātes ſuos ritus, & cæremonias publicas.

352 ¶Neque meæ aduerſatur aſſertioni trita iuris regula, quòd ius canonicum potius quàm ciuile in foro canonico eſſet ſeruandum, cùm crimen hæreſis ſit merè Eccleſiaſticum, & ad iudices Eccleſiaſticos, & nō ſeculares ſpectet illius cognitio. c.vt Inquiſitionis.§.prohibemus. de hæret. in. 6. vbi neque indirectè iudex ſecularis de hoc crimine poteſt cognoſcere. Barto. & alij in. l.magiſtratibus. ff. de iuriſ.om. iudi.Franc. Squillacen. de fide Catholi.c.30.Marian. Socin.in. c. excommunicamus. 1.num.8.de hæret. Abb.in.c.ad abolendā. in fine. de hæret. & in.c.cùm

353 ſit generale.de foro competent. Nā lex canonica adiuuari poteſt per ci-

uilem

uilem per pœnæ impoſitionem.glo.
ſingul. in verbo, tolli. in Clement.
ne Romani.de election.Ioan.Andr.
in. c. fina.de offi.Archidia.eam alle-
gat. Abb.in.c.prudentiam.nume.5.
de offi.delegati.& in.c.licet.numer.
2.in fine.de offi.ordina.Decius con-
ſil. 11.incip.& pro tenui facultate.
nume. 10. Ludo.Carrer. de hæret.§.
circa itaque.nu.7. Doctores Hiſpa-
ni in.l.49.Tauri.

## ASSERTIO. XLIIII.

354 ¶*Filios hæreticorum,etiā natos ante cri-
*men commiſſum,ſub pœnis, & prohibitioni*
*bus canonicis comprehendi. Contra Calde-*
*rin..Anani.& alios.*

HAc in re magna inter iuris pro
feſſores eſt controuerſia, Cal-
der.titu.de hæret.conſil.3.tenuit fi-
355 lios ante natos non comprehendi,
ſequitur Anani.in. c. vergentis.nu.
18.de hæret. Præpoſit.in.c.hoc iure.
in fine.8.diſtin. Tiraquel.de iure pri
moge.q.31.num.4.hanc fatetur eſſe
communem opinionem Alciat.cō-
ſi.467. num.7.& Iac. Sept.in inſtitu.
Catholi.c.29.num.4.putat hanc ſen
tentiam eſſe veriorem & benignio-
rem.& in Enchirid.titu.63.num.19.
Idem affirmat Iul. Clarus in practi.
§.hæreſis. verſi. quæro nunc. & in.§.
356 læſæ maieſtatis.verſi.fuit etiam. Sed
magis communis opinio, & vſu, &
conſuetudine recepta eſt, omnes fi-
lios tam natos, quàm naſcituros cō-
prehendi.ita Ioan.And.&Dominic.
in. c. vt commiſsi.de hæret.in.6. Vi-
lladie. de hæret.q.23.num.5. Caſtro
de iuſta hæret.puniti.lib.2.c.fi.& de
poteſta.legis pœnalis.libr.1. c.7.Co-
uarru.lib.2.reſolut.c.8.nume.4. ma-
gis communem etiam affirmat Iac.
Sept.in.d.c.29.nu.3.& Claud. Aquē.
in.l.ſi quis id quod.num. 14.ff.de iu-
riſd.omni.iudi.& Ioan.Gigas,de cri-
mine læſæ maieſtatis.q.5.nu.2.Ioan.
Lup. de iuſti.& iure regni Nauarræ,
par.5.§.8.obiectio.4. & Gloſſator or
dinamenti in. l. 1.in fine. tit. 1.lib.1.
ordinamen.meliùs in.l.3.tit.9.lib.4.
ordinament. Pleniùs retuli in ſing.
meo. 68. Ratio eſt, quia hæreſis eſt
crimen ſpirituale, & non trahit ori-
ginem à carne, ideo nihil intereſt,
an filij ſint ex radice infecta, vel non
nati.

## ASSERTIO XLV.

357 ¶*Pertinax non tantùm eſt relaxandus,*
*ſed etiam viuus à ſeculari poteſtate combu-*
*rendus.*

358 DOcet diuꝰ Iſidorus lib. 10. Ety-
mologiarum, quòd pertinax
dicitur qui aliquid imprudenter te-
net,quaſi per omnia tenax: & quem
admodum perſeuerantia eſt in vir-
tute,pertinacia eſt in vitio. Ideo pro
priè hæreticus pertinax eſt ille, qui
perſiſtit in errore, vel hæreſi,quā de
neceſsitate debet dimittere.c.ad a-
bolendam.§.1.de hæret.c.qui in Ec-
cleſia.24. q.3.ibi, qui ſua peſtifera &
mortifera dogmata emendare no-
lunt, ſed defenſare perſiſtunt.c.nec
licuit alicui. 17. diſtin.ibi, qui obſti-
nati & cōtumaces extiterint, vt do-
ceri non velint. Clem. vnica.§.por-
rò,de ſumma Trinita.& fide Catho.
359 ibi,defendere, ſeu tenere pertinaci-
ter præſumpſerit. vbi glo. in verbo,
pertinaciter, inquit, quòd pertinax
eſt obſtinatus, durus, irreuocabilis,
& indocilis.allegat Clem.ex graui.§
penult.de vſuris. Vbi optimè Ioā.de
Imo. S. Thom.2.2.q.138.ſub titu. de
vitijs oppoſitis perſeuerantiæ. art. 2.
Albert. de agnoſcen. aſſer. q.29.nu.
29.&



29. &. 30.cum ſequent. Latiùs in.q.
30.per totam illam.q.& in.c.1.q.12.
nume.7.de hæret.in.6.Fran.Squilla-
cen.de fide Catho.c.25.&.28.Cano.
lib. 12. de locis Theologicis. c.8.Iac.
Sep.in Enchirid.titu.30.in prin.& ti
tu.31.& titu.67.nu.2.vbi refert bea-
tum Gregorium in dialogis, dicen-
tem quoſdam hæreticos viuos Ro-
360 mæ eſſe concrematos.& in inſtit.Ca
tho.c.45. num.12.&.c.47. num.3.&
4.dicens, quòd quicunque obſtina-
to animo defendunt hæreſes, & dæ-
monis inſtar ſunt pertinaces, indu-
rati,& obſtinati,ore obſtructo & lin
gua ligata,ne alios valeant ſcandali-
zare, viui concremandi ſunt,vt fue-
runt Aceſius Epiſcopus, & Macha-
rius,quos refert etiam Archiep.Flo-
ren.2.par.ſummæ.tit.4. c.6. in tit.de
pertinacia.glo. ſingu.in verbo,perti
naciter. in extrauag. Ioan. 22.incip.
inter nonnullos.de verbo. ſignifica.
Nonnulla in repertorio Inquiſitorū
habentur,verbo,pertinax.& verbo,
hæreticus. verſi. nunc cōſequenter.
Matth.de Afflictis,in conſtit.Sicilię.
361 titu.de hæreti.nume.43. Carcaſona
in.l.4.C.de hæret.dicens, hæreticos
pertinaces viuos in conſpectu popu
li eſſe comburendos, ſimul cum ſuis
libris & ſcripturis, & habetur in de
terminationibus ſcholæ Pariſien.cō
362 tra Eraſmum. art.23. Latiſsimè om-
nium Cardi. Turrecrem. in ſumma
de Eccleſia,libr.4.part.2.c.16.vbi vi-
ginti modos refert, quibus in hære-
tico cognoſcitur pertinacia: quos e-
tiam refert Alphon. Guerrero,in the
ſau.relig.Chriſtia.tit.de hęret.num.
20.& ſequen.
363 ¶Patet itaque quod propriè hæ-
reticus pertinax, obſtinatus & pro-
teruus eſt, qui Eccleſiæ iudicio non
vult ſe ſubijcere, & inſtar Pharaonis
induratum eſt cor eius, Exod.cap.7.
contra pertinaces diuina exclamat
ſcriptura. Qui mentis eſt duræ,cor-
ruet in malum, & cor durū male ha-
bebit in nouiſsimo. Et Exod.c.32.di
364 xit Dominꝰ ad Moyſen: Cerno quòd
iſte populus duræ ceruicis ſit,dimit-
te me vt iraſcatur furor meus ſuper
eos,& deleam eos de terra.Pertinax
enim hæreticus eſt inſtar aſpidis ſur
dæ & obturantis aures ſuas,quę non
exaudit vocem incantantium, & ve
nefici incantantis ſapienter, Deus
conteret dentes eorum. &c. Pſalm.
365 57. Vnde Iob.c.41.cor eius indurabi
tur quaſi lapis.Ideo hæreſis in quan-
tum in ſe habet pertinaciam,eſt ſpe-
cies peccati in Spiritum ſanctum. S.
Thom.in.4.ſent.diſt.13.art. 16.in fi-
ne,quem refert. Fran. Squill.de fide
Catho. c.25.nu.2.c.diaconi.93.diſt.
Quod pertinaciter peccantium nō
miſeretur Deus: nam ferro abſcindē
366 da ſunt vulnera, quæ medicamenta
non recipiunt.c.in canonibus.16.q.
1. c.reſecandæ.&.c.ecce autem.24.
q.3.ne modicum fermētum totam
maſſam corrumpat, Paul.1.Corint.
c. 5.declarat Burgen. in fortalitio fi-
dei.lib. 2.conſidera.fin.in fine.& Io.
Bunde.à Gandauo de modernis hæ-
reticis.tit.33.art.8.
367 ¶Oritur autem pertinacia ex ſu-
perbia, & elatione, & inani gloria,
qua plus ſibi,quàm omnibꝰ alijs cre-
dit,vt teſtatur S. Thom. & Archiep.
368 Florē.in locis ſupra citatis. Ideo om-
nes hæretici ſunt ſuperbi, & elati.c.
hæreticus.24.q.3.ibi, maximè vanæ
glorię.c.excōmunicamus.1.in prin.
ibi,extollentem ſe.& ibi notat Anā.
de hæret. Villadieg.de hæret.q.1.nu
me.3.Epiphanius de hæret. lib.1.to-
mo.1. Conrad.Brun.de hæret.lib.1.
c.5. Vnde diuus Paulus.2.ad Timo.
c.3.in nouiſsimis diebus inſtabunt
tempora periculoſa, & erunt homi-
nes

nes ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſu-
perbi, blaſphemi, proterui, immun-
369 di, voluptatum amatores. Humili-
tas verò oppoſita eſt ſuperbiæ, ex
qua oritur hæreſis. Paul. ad Rom. ca.
12. idipſum inuicem ſentientes non
alta ſapientes, ſed humilibus conſen
tiẽtes. Prouerb. c. 3. ne innitaris pru-
dentiæ tuæ. c. ne innitaris. de conſti-
370 tu. Sed verè humilis & Catholicus
diuum Auguſtinum imitetur, dicen
tem ſe à puero non dũ anniculo eſſe
paratũ corrigi, vt ipſe ſcripſit ad Au-
xilium Epiſcopũ. habetur in. c. ſi ha-
bes. 24. q. 3.
371 ¶Hæretici pertinaces ab Inquiſi
toribus fidei, & perſonis Catholicis,
religioſis, & doctis ſæpe ſunt monen
di, vt reſipiſcant, & conuertantur:
quia in quacunque hora ingemue-
rit peccator, & conuerſus fuerit, vi-
ta viuet, & non morietur. Ezechie. c.
372 33. c. nullus. de pœnit. diſt. 7. Eccleſia
non claudit gremium redeuntibus
ad ſe, Ezechiel. cap. 18. Epiſtola inter
claras. C. de ſumma Trinita. & fide
Catho. c. ad abolendam. §. 1. c. excõ-
373 municamus. 2. §. ſi quis autem. de hæ
ret. c. corrigantur. 24. q. 7. Vſq; adeò
id verũ eſſe cenſet Albert. de agnoſ.
aſſert. q. 30. nu. 79. & ſequent. quod
etiam ſi hæreticus pertinax expreſ-
ſè proteſtetur ſe minimè reuocatu-
rũ ſuos errores, ſi eos reuocauerit ni
hilominus eſt Eccleſiæ reconcilian-
dus. Quia cùm ſit in primo lapſu, ad-
mittendus eſt ad veniam, cùm bo-
norũ confiſcatione, & carcere perpe
tuo, & alijs pœnis, quę huiuſmodi hę
374 reticis redeũtibus infligi ſolent: etiã
ſi conuerſio ante prolationem ſen-
tentiæ ſit facta. Hæc opinio, meo iu-
dicio non caret ſcrupulo, tum quia
per illam proteſtationem firma eius
voluntas oſtenditur. l. qui in aliena.
§. Celſus. ff. de acquiren. hæredi. cap.
cùm. M. Ferrarien. de conſtitu. tum
etiam, quia peruerſi difficillimè cor-
riguntur, & plus nocet falſus Catho
licus, quàm verus & apertus hæreti-
cus, vt inquit Beda ſuper Cantica.
quem refert Fortalitium fidei. lib. 1.
fol. 78. & hæretici ſunt callidi & fal-
laces, & propter euitãdas pœnas ca-
nonicas, fingunt ſe eſſe Catholicos,
& aliud agunt, & aliud ſimulant, mel
375 in ore, fel autem in pectore geſtant:
& quando non eſt ſpes correctionis,
venia potiùs crudelitas dicenda eſt,
quàm æquitas & miſericordia. c. eſt
iniuſta miſericordia. 23. q. 4. c. nõ eſt
crudelis. 23. q. 5. Quia talis confeſſio
potiùs ſimulata & ficta timore mor-
tis, quàm zelo fidei cẽſenda eſt. Bur-
gen. in ſuo fortalitio fidei, lib. 2. con-
ſider. 12. in difficultate. 13. allegãdo.
ca. vt officium. §. prouiſo ſolerter. de
hæret. in. 6. Albert. in. c. 1. q. 12. num.
11. de hæret. in. 6. vbi inquit, quòd
376 Inquiſitores fidei ſemper habeant
ante oculos illum verſiculum, proui
ſo ſolerter, vbi. nu. 10. affirmat allegã
do quandam inſtruct. Hiſpalen. id in
quiſitorum arbitrio relinquendum
eſſe. Alia etiam eſt ad id inſtruct. de
Madrid, anno. 1561. c. 44.

## ASSERTIO. XLVI.

*¶Hæreticorum defenſiones per teſtes*
377 *minus idoneos fieri non poſſe.*

ID probat expreſſè. c. filij, vel hęre-
des, ibi, non familiares, ſed per te-
ſtes alios fide dignos, fideiq; zelato-
res. de hæreti. in. 6. l. 2. ff. de liberali
cau. expreſſa inſtruct. apud Madrid,
anno ſalutis noſtræ. 1561. c. 36. Nico.
Aymeric. in directo. Inquiſito. par. 3.
q. 70. & q. 121. Ægid. Boſſi. in practi.
titu. de hæret. nume. 3. & titu. de de-
fenſionibus reorum. c. 45. Iaco. Sept.
in



in enchirid. tit. 35. num. 24. & tit. 47.
nu. 8. & in inſtit. catho. ca. 62. nu. 13.
vbi reprobat Feli. contrarium tenen
tem, in. c. de cætero. nu. 8. de teſtib.
& Guiller. Benedic. in. c. Raynũtius.
in verbo, qui cum alia. num. 250. de
teſta.
378 ¶In alijs verò criminibus citra hæ
reſis crimen, teſtes inhabiles, & mi-
nus idonei ad defenſionem reorum
admittũtur. Bal. in. l. parẽtes. C. de te
ſtib. Iaſ. in. l. vt vim. num. 5. ff. de iuſti.
& iure. & in. l. non hoc. num. 5. C. vn
de legiti. Hippol. in. l. 1. §. ad quæſtio
nem. nu. 12. ff. de quæſtio. & in ſing.
59. Nicol. Boe. deciſ. 165. & dicendũ.
num. 7. Thom. Gram. deciſ. 56. incip.
Andreas. num. 16. & conſi. 32. num.
12. & conſ. 69. in cauſa Benedicti. nu.
11. Boſſi. in prac. crim. tit. de fauori-
bus defenſionis. num. 3. vbi. num. 5.
379 affirmat quòd etiam poſt publicatio
nem teſtium, & concluſum in cauſa,
vſque ad ſententiam teſtes ad defen
ſionem ſunt recipiendi, alias iudex
tenetur in Syndicatu, vt ego latiùs
Speciali. 189. num. 9. retuli.

## ASSERTIO. XLVII.

380 *¶Pœnas ipſo iure in hæreticos ſtatutas ne*
*que mutari, neque minui per Inquiſitores &*
*Ordinarios poſſe.*

EXemplum huius aſſertionis eſt
de excommunicatione, in quã
hæreticus ipſo iure incurrit. c. excõ-
municamus. 1. & 2. de hæret. c. noue
rit. de ſen. excommu. Idem dicendũ
eſt de publicatione bonorũ. ca. cùm
ſecundum leges. de hęret. in. 6. Nam
quando pœna ipſo facto & iure poni
tur, etiam ex cauſa per iudicem non
mutatur, quia quodammodo ius iã
fiſco eſt quæſitum. l. id quod Seruo.
§. 1. ff. de pecul. lega. l. palam. §. fin. ff.
de ritu nup. Hippoly. in rub. ff. de fi-
deiuſſo. num. 142. & in. l. de vnoquo
que. num. 88. ff. de re iudi. & in. l. vni
ca. num. 66. C. de rap. virgi. Feli. in. c.
de hoc. nu. 5. de ſimo. Decius in. cap.
at ſi clerici. nu. 5. in fine. de iudicijs.
Latè Tiraquel. de pœn. moderã. cau.
30. num. 14. & ſequent. Neq; prædi
381 ctis aduerſatur. cap. vt commiſſi. §.
nec non ibi, mitigandi, vel mutandi
de hæret. in. 6. qui tex. non eſt intelli
gendus de pœnis ipſo iure & facto
ſtatutis, maximè quia. §. ille. hodie
eſt correctus, vt teſtatur Iac. Sep. in
inſtit. catho. cap. 16. num. 10.

## ASSERTIO. XLVIII.

382 *¶Sententias in hæreticos prolatas, ab In*
*quiſitoribus, & Ordinarijs minimè mutari*
*poſſe.*

HÆc concluſio ſuperiori aſſertio
ni proxima eſt, de iure cõmu-
ni Inquiſitoribus fidei vna cum Præ-
latis permiſſum erat mutare, ſeu mi-
tigare ſententias in hæreticos iam
prolatas. ca. vt commiſſi. §. nec non.
de hæret. in. 6. vbi Peruſin. & alij. nu.
4. Feli. in. cap. excommunicamus. 2.
de hæret. Villadie. de hæret. q. 8. nu.
7. & q. 17. num. 5. Fran. Squillace. de
fide catho. cap. 27. num. 3. & cap. 42.
Albert. in. cap. 1. quæſt. 12. num. 13.
de hæret. in. 6. Quod ſanè hodie ali-
ter ſtatutum eſt per inſtruc. Hiſpalẽ.
383 cap. 7. & Toletan. cap. 9. quas ad id re
fert Iac. Sep. in inſtit. catho. cap. 16.
num. 10. Nam ad ſolum Inquiſitorẽ
generalem id diſpenſationis genus
hodie pertinet: quia Inquiſitores &
Ordinarij iam functi fuerunt officio
ſuo. l. iudex poſteaquam. l. cùm
quærebatur. ff. de re iud. l. diui fra-
tres. ff. de pœn. cap. in literis. de offi.
delegati.

Aſſer-

## ASSERTIO XLIX.

384 ¶*Abſolutus ſiue ab inſtantia iudicij, ſiue diffinitiuè, iterum de eodem crimine pleniori ſuperueniente probatione, poterit condemnari. Contra Conrad. Brun. & alios.*

385 ID rectè probat. l. Imperatores. ff. de re iudi. l. vnica. vbi expreſsè Lucas de Penna. per tex. ibi. C. de ſent. aduerſus fiſ. lat. retract. lib. 10. & in l. 1. verſ. ſecūdo quæritur. de priuileg. Scholar. libr. 12. C. & c. vt commiſſi. §. nec non. de hæret. in 6. optima gl. in ſumma. 35. q. 9. glo. in c. inter monaſteriū. de re iudi. Hoſtien. & Abb. in c. lator. num. 9. & in c. conſanguinei. in fine. de re iudi. Iaſ. in l. admonendi. in lectu. num. 49. ff. de iureiuran. Hippol. in l. vnica. nume. 150. C. de rap. virgin. Iaco. Sep. in inſtit. Catholi. cap. 47. nume. 24. inſtruct. Pinciana, anno. 1488. c. 3. ibi, *no obſtante la ſentencia que fue dada.* cōtra Conrad. Brun. de hæret. lib. 4. c. 8. & Decium in conſi. 137. incip. & diligenter.

## ASSERTIO L.

386 ¶*Condemnatum pœna arbitraria, quia delictum non fuit plenè probatum, ſuperueniente de eodem crimine legitima probatione, poſſe ordinaria pœna puniri: quia ſententia fauore fidei in rem iudicatam non trāſit.*

387 NOſtra hæc aſſertio ſæpe in cauſis fidei definiēdis in ſacroſancto Inquiſitionis foro accidit, qua in re, vtpote difficili & ambigua, diſcipuli potiùs, quàm magiſtri officio fungi vellem.

388 ¶Si in cauſa fiſci propter omiſſas probationes ſententia retractatur. l. vnica. C. de ſen. aduer. fiſ. lat. retrac. lib. 10. l. Imperatores. ff. de re iudi. à fortiori in cauſa fidei, quæ nimis priuilegiata eſt. c. accuſatus. §. ſanè.
389 c. in fidei fauorē. c. fin. de hęret. in 6. Præterea ſi in cauſa matrimoniali ſententia in rem iudicatam, ſi fuerit contra matrimonium prolata non tranſit. c. lator. c. conſanguinei. de re iudi. c. 1. vt lite non conteſta. neque in cauſa beneficiali. Inno. in. c. cùm
390 olim. & in. c. cùm Bertholdus. de re iudi. Rebuff. in praxi benefi. titul. de ſubrogatio. num. 23. contra Abb. in c. 1. num. 4. de cōceſſ. præben. quod intelligendum eſt ſecundum ſingularem diſtinctionem. Rob. Marantæ de ordi. iudi. 3. par. 6. partis principalis. nu. 150. pagina. 536. vbi. num. 147 inquit, quòd vbicunq; imminet periculum animæ nunquam ſententia tranſit in rem iudicatam. glo. fin. c. inter monaſterium. de re iudi. Inno. in. c. tua nos. de cohabit. cleri. & mulie. Abb. in. c. exceptionem. nume. 4. de exceptio. Iaſ. in rep. l. admonendi. num. 49. ff. de iureiurā. & Rober. Maran. in loco modo citato refert viginti quatuor caſus, in quibus ſententia non tranſit in rem iudicatam.
391 Idem à fortiori dicendum eſt in cauſis fidei, in quibus animæ periculum vertitur, ita in ſpecie tenuit Iac. de Belloviſo. in Authent. de priuileg. dotis hæreticis mulier. nō præſtan. in fin. colla. 8. dicens iſtam quęſtionem de facto habuiſſe in ciuitate Bononiæ, in cauſa cuiuſdam hæretici, cui indicta fuit purgatio, & poſtea probationes ampliores ſuperuenerunt. quod ſequitur Lucas de Penna in d. l. vnica. Quod forſitan intelligendum eſt, ſi ſint tales probationes quæ ſuperueniunt, quòd abſque primis pœna ordinaria poſſit reus
392 puniri, vel res ſit integra, & pœnitētia, in qua fuit cōdemnatus, quia delictum non fuit plenè probatum, nō ſit adhuc adimpleta, ne de eodē delicto



bis quis puniatur. l. licet. §. fi. ff. nautæ caup. ſtabul. l. 3. C. de accuſatio. c. de his criminibus. de accuſat. c. fin. de pœniten. diſt. 4. Id profectò aliorū iudicio relinquo, cùm ſit quęſtio quæ altiori egeat inueſtigatiōe.

393 ¶Sed quod in principio noſtræ aſſertionis fuit dictum, indubitanter procedit: Nā ſi in alijs criminibus fauore reorū ſentētia nunquā trāſit in rem iudicatā. l. non tantū. ff. de appella. l. vnius. §. cogniturū. ff. de quæſtio. l. diui fratres. ff. de pœnis. Alex. in l. à diuo Pio. in fine. ff. de re iudi. Ana. in c. de his. num. 8. de accuſat. Hippo. in l. vnica. nu. 144. C. de rap. virgi. vbi refert ſexdecim caſus in quibus ſententia non trāſit in rem iudicatam. Iaſ. in rep. l. admonendi. num. 45. cum ſequen. ff. de iureiurā. vbi ſcripſit plures alios. & Rober. Ma
394 ranta. vbi ſuprà, à fortiori igitur fauore fidei. Optima nanque ratio eſt illa quæ pro religione facit. l. ſunt perſonæ. ff. de religioſis, & ſump. funer. cap. accuſatus. §. ſanè. ibi, quòd ſummè priuilegiatū exiſtit. de hære. in 6. præſertim quòd ſententia in crimine hæreſis eſt declaratoria, cùm iam à Canone ſit condemnatus, vt voluit Archidiac. in cap. vt commiſſi. in prin. & ibi Domini. num. 4. Idē
395 Dominic. in cap. fina. §. 1. num. 3. de hæret. in 6.

# SEQVITVR PRAEDICTARVM Aſſertionum epilogus.

396 NOn inutile eſſe exiſtimaui, quinquaginta Aſſertiones ſuperiuſcriptas, vt lectoris memoriæ rectiùs adhęreant, breui verborum laconiſmo hoc in loco referre. Habita priùs de verbis, ſeu factis hæreticis ſummaria teſtium inquiſitione, qualificatiſque pro hæreticis propoſitionibus, porrectoque à Promotore fiſcali petitionis libello, inquiſitores fidei ad capturam reorum, ac bonorum ſequeſtrationem, maturo conſilio & deliberatione procedant: cùm ſola captura in hoc crimine vehementer infamet. Sin autem ratione delicti, vel perſonarū cauſa fuerit nimis ardua, vt puta, quia inquiſiti ſunt nobiles, vel religioſi ante eorū capturas, proceres ſupremi Senatus ſacroſanctæ generaliſq; Inquiſitionis ſunt conſulendi, vt hęc pleniùs dicta ſunt in prima, & ſecunda aſſertione.

397 ¶Si reus errores hæreticos, eorūque impiam intentionem & credulitatem confitetur, abiuratis primò erroribus, cum habitu pœnitentiali & carcere perpetuo, ac bonorum cōfiſcatione publicè reconciliandus eſt, etiam ſi huiuſmodi confeſsio tormētis ſit extorta; dummodo legitima interuenerit ratihabitio. Sed nō parui refert an in limine, vel in medio, ſeu in fine iudicij facta ſit confeſſio. Nā qui in principio ante accuſationē cōfitetur, bonis publicatis, nō ad carcerem & habitum perpetuū,
398 ſed per aliquod tempus, Inquiſitorum arbitrio damnandus eſt. Si verò poſt accuſationem, aliquatenus pœna eius ſubleuāda erit, ſed nō eadem lenitate & æquitate vtendum eſt. Qui poſt teſtium publicationē confitetur, pœna delicti ordinaria eſt plectēdus. Quę omnia pleniùs dicta ſunt in aſſertione. 16. & 27. & 28

399 ¶Qui verò confeſsionem iudicialem ſpontè factã, non cõſtito de errore, reuocauerit, relaxãdus eſt. Idẽ dicendum cenſeo, ſi in tormentis facta fuerit confeſsio, & deinde legitimè ratificata, quæ reuera ſpontanea dici poteſt: vt liquidè conſtat ex ijs quæ à me plenè dicta ſunt in aſſertione.25.&.31.

400 ¶Cæterùm qui factum hæreticũ confitetur, ſed prauam intentionẽ & credulitatẽ abnegat, etiam ſi de delicto aliàs legitimè non conſtiterit, relaxandus eſt, maximè ſi eſt perſona ſuſpecta, & factum fuerit iteratum: quod aliter eſt in confitente verba hæretica, impiamque intentionem negante, qui ſanè torquendus eſt. Ratio diſcriminis eſt, quia maior animi affectus, atque mentis deliberatio in factis, quàm in verbis ineſt: quemadmodum hæc pleniùs ſcripta ſunt in aſſertione.17.&.18.&.19.&.24.&.26.&.29.

401 ¶Qui verò de pluribus erroribus plenè probatis accuſatus, nonnullos confitetur, alios verò inficiatur, tanquam diminutus & negatiuus in re graui, & non diutina relaxandus eſt, dummodo ſolus ille articulus eſſet efficax ad reum negatiuum tradendum Curiæ ſeculari, & non ſit veriſimilis obliuionis præſumptio. Qui ergo omnes complices, vel omne delicti tẽpus non reuelat, non eſt cenſendus diminutus, vt cuncta pleniùs probantur in aſſertione.21.&.22.

402 ¶Præterea ſi crimẽ hæreſis legitimè fuerit probatũ, & reus eſt negatiuus, relaxãdus eſt, etiam ſi ſe eſſe catholicum dilucidè proteſtetur: vt in aſſertione. 20. &. 30. ſatis plenè dictum eſt. Atque huiuſmodi crimen legitimè probatur per duos teſtes omni exceptione maiores, & nõ ſingulares, vt latiſsimè in aſſertione 4. &. 5. &. 6. ſcripſimus.

403 ¶Pertinaces verò & proterui relaxandi ſunt, & à ſeculari poteſtate viui comburendi, vt mea teſtatur aſſertio. 45. Quæ omnia intelligenda ſunt, quãdo verba, ſeu facta ſunt hæretica formata, & legitimè probata. nã pro verbis, vel factis temerarijs, iniurioſis, ſcandaloſis, blaſphemis, vel ſimilibus etiam plenè probatis, reus negatiuus pœna extraordinaria cũ abiuratione de leui, vel vehementi puniendus eſt: iſq; rarò carceribus ſecretis mancipandus eſt, niſi ſit perſona abiecta, vt pleniùs dictũ eſt in aſſertione.1.&.2.&.33.

404 ¶Hactenus dictum eſt quando hæreſis crimen eſt plenè probatum, ſin autem legitimè probatum non fuerit, reus eſt torquẽdus. Si autem in tortura confitetur, cum legitima ratihabitione, recõciliandus eſt. Reuocata verò confeſsione, iterum torquẽdus, vel pœna extraordinaria puniendus cum abiuratione de leui, vel vehementi, ſine habitu pœnitentiali, qui recõciliatis tãtùm deiure iniungitur. Purgatione verò canonica vſu & conſuetudine iam ſublata, minimè vtendum eſt. Sed ſi ſufficienter quis eſſet tortus, & tormenta vicerit, ab inſtantia iudicij abſoluẽdus eſt, vt latiùs in aſſertione. 31. &. 32. diſſeruimus.

405 ¶Relapſus verò ſiue negatiuus, ſiue confeſſus ſit, ſtante legitima probatione, relaxandus eſt. Idem maxima cum ratione de dogmatiſta dicẽdũ eſt, vt in aſſertionibus. 41. &. 43.

406 ¶Reorum verò defenſiones, in quibus ſumma ab Inquiſitoribus cura eſt adhibenda, per teſtes minus idoneos nõ poſſe fieri indubitatum eſt, vt in aſſertione.46.

407 ¶Sentẽtiæ in hæreticos prolatæ, ab Inquiſitoribus & Ordinarijs mu-





tari minimè poſſunt, neque pœnæ ipſo iure ſtatutę minui, vt plenius in aſſertione.47.&.48.

408 ¶Abſolutus ab inſtãtia iudicij, ſiue diffinitiuè, de eodem crimine, ſuperueniente pleniori probatione, condemnari poterit, vt in aſſertionibus.49.&.50. latè expoſuimus.

# DE PRIVILEGIIS Inquiſitorum.

409 HÆreſeos crimẽ grauiſsimum eſt. opponitur enim fidei, Euangelicæq; veritati eſt inimicum. Quod nõ ſolùm ipſa Chriſtianę religionis fundamenta conuellere, ſed etiã humanã politiã, ciuiumq; coniunctionem cõturbare, atque omnino diſsipare conatur. Quoſcunque enim ad ſe rapit non tantùm in hoc deteſtabile crimen, ſed in multa alia ruere facit, cùm omnium ſit virtutum diſsipatio. Pro exterminanda igitur hac execrabili peſte, ſacroſanctum Inquiſitionis officium tanquam ſaluberrimum antidotum fuit inſtitutum. cuius miniſtri multis immunitatibus, maximiſque priuilegijs meritò ſunt decorati: quorũ nõnulla hoc loco referre mira breuitate decreui.

410 ¶Primum eſt, quòd Inquiſitores hæreticæ prauitatis præſtantiori & digniori nomine quàm alij iudices nuncupantur, videlicet Defenſores fidei & Eccleſiæ. & ſunt deputati ad gloriã Dei, & augmentum fidei.c.vt Inquiſitionis.in prin.de hæret. in.6. clem.multorum. eod.tit.Alberti.in rub.de hær.in.6.quæſt.5.num.3.

411 ¶Item fauore fidei, non habentes Canonicatum, vel dignitatem, poſſunt eſſe Inquiſitores, qui ſunt iudices delegati Apoſtolicæ ſedis ad vniuerſitatem cauſarum. Ita Ludouic.Gome.in.c.ſtatutum. num. 54. de reſcript.in ſexto, vbi allegat Abb. in cap.cùm dilecti.notabil. 1. de accuſatio.

412 ¶Item Inquiſitores tam in vita, quàm in morte plenariã conſequuntur indulgẽtiã, & remiſsionẽ omniũ peccatorũ: in vita, pro exequẽdo Inquiſitionis officio, in morte verò ſi in proſecutione diẽ claudũt extremum: vt expreſsè cautũ eſt in literis Apoſtolicis Clemẽtis.4.& Alexãdri, & Vrbani.4.incipiẽtibus: Præ cũctis noſtræ mẽtis. quas refert Nicolaus Aymericus in directorio Inquiſitorũ.par.2.& in.3.par.q. 130.& Ioa. de Tabia.in ſumma. vebo. Inquiſitor. num.39.& Repertorium Inquiſitorum.verbò, indulgentia.

413 ¶Item cõſiliarij, & omnes alij officiales & miniſtri, qui perſonaliter exiſtunt in executione ſancti Officij, tres annos de indulgentia conſequuntur, & ſi in officio moriantur, remiſsionem plenariam omniũ pcccatorũ.c.excommunicamus.1.§.catho.de hæret.vbi Anani. in prin. inquit: tempore etiam pacis miniſtros Inquiſitionis gaudere illo priuilegio, quod expreſſè habetur in præfatis cõſtitutionibus ſummorũ Põtificũ modò citatis, quas refert Directoriũ Inquiſitorũ.par.2.&.in.3.par.q.129.

414 ¶Item Inquiſitores in omnibus diebus etiam feriatis, in cauſis fidei procedere valent.c. fin. de ferijs. Io.

Andr. in Clem. ſæpe. verb. ſign. Armilla aurea. verbo, Inquiſitor. nu. 19.

415 ¶Item ipſemet Inquiſitor habet poteſtatē conferendi indulgentias. 40. dierum, vt patet in præfatis literis Apoſtolicis relatis in Directorio, in. 2. par. in prin. & in. 3. par. quæſtio. 127. & in Armilla aurea, verbo, inquiſitor. num. 20.

¶Item ſoli Inquiſitores, & nō Ordinarij, edicta contra hæreticos publicare poſſunt. ita nuperrimè meritò fuit reuocatum quoddam edictū tempore quadrageſimæ iuſſu Ordinarij publicatum.

416 ¶Item ſoli Inquiſitores poſſunt abſoluere ab excōmunicatione pro hæreſi contracta, & non alij virtute Iubilei, vel literarum ſedis Apoſtolicæ, vt eruditè concludit Couarru. in c. alma mater. part. 1. §. 11. nu. 15. de ſent. excommu. in. 6. Septimacen. in Enchirid. tit. 51. num. 4. Latè in aſſertione mea. 39. quod hodie pleniùs declaratum eſt per motum propriū Pij Quinti, datum Romę. 3. Calend. Febru. præſentis anni. 1572.

417 ¶Item Inquiſitores à iuriſdictione Ordinariorum ſunt exempti, neque ad Romanam curiam citari, vel coram aliquibus iudicibus delegatis conueniri poſſunt, ſub pœnis & cenſuris in literis Leonis Papæ decimi contra Notarios acta & citationes intimantes. Quæ omnia authoritate Regia ſunt confirmata.

418 ¶Item Inquiſitores monachi, vel regulares ſuis Prioribus & Prouincialibus obedire non tenentur, & alios ſui ordinis monachos poſſunt habere, vt in extrauaga. Clementis 4. quam integram refert Nicolaus Aymericus in Directorio Inquiſitorum. par. 2. in fine.

419 ¶Item qui per ſe, vel per alios aliquem ex Inquiſitoribus, vel officialibus ſancti Officij occiderit, vel vapulauerit, vel percuſſerit, abſq; aliqua irregularitatis nota, eſt curię ſeculari tradendus, iuxta indultum Leonis Papæ decimi, datum Florentiæ. 28. die Ianuarij, anni. 1515.

¶Item prædictum indultum hodie extenditur contra damnificantes bona Inquiſitorum, vel officialiū per motum proprium Pij Quinti, datum Romæ, anno. 1569.

420 ¶Item Inquiſitores integros ſuarum præbendarum fructus ſimul cū diſtributionibus quotidianis in abſentia percipiunt, vt patet in literis Pauli tertij, & Pij Quinti, quæ in primo volumine literarū huius Inquiſitionis Valentinæ, fol. 308. habētur, & latiùs retuli in Speciali. 96.

421 Item ab omnibus muneribus realibus, & perſonalibus ſunt immunes etiā à iure generalitatis ſpeciali quodam regio priuilegio, quod ad nonnullos officiales etiam extenditur, vt in dicto primo volumine. fol. 283 pleniùs continetur.

422 ¶Item Inquiſitores habent familiam armatā, vulgo Familiares, quibus permiſſum eſt tempore prohibito arma portare. Clem. nolētes. §. fi. de hæret. Villadie. de hæreticis. q. 11. nu. 16. Septimacen. in inſtit. Cathol. c. 41. nu. 3. Et eorum cauſæ tam ciuiles, quàm criminales in hac Inquiſitione Valētina, ad Inquiſitorum cognitionem pertinent, iuxta concordiam nouam & antiquam inter Regiam maieſtatem & Inquiſitionem initam.

423 ¶Item ſi aliquis Inquiſitorum incurrat in irregularitatem, alter eum poterit abſque alia diſpenſatione abſoluere, vt in extrauag. Vrbani Tertij, quæ incipit: Dilectis filijs fratribus ordinis Prædicatorum. quam refert Repertorium Inquiſitorum in verbo,



verbo, Inquiſitores. in fine. & in verbo, irregularis.

424 ¶Item Inquiſitoribus, atque eorum officialibus, hoſpitia, & alimenta, & alia neceſſaria iuſto precio ſunt miniſtranda iuxta tenorem priuilegij Reginæ Ioannæ.

425 ¶Item Inquiſitores ſub pœna excommunicationis poſſunt præcipere vt populus & clerus ſint in eorū ſermonibus. ca. vt cōmiſsi. de hæret. in. 6. ibi, conuocandi etiam clerū & populum. & inſtructio Granatenſis, quā refert Repertorium Inquiſitorum, in verbo, prædicare. cōtra Angel. in Summa, in verbo, Inquiſitor.

426 ¶Item Inquiſitores cum Ordinario poſſunt interpretari ſtatuta edita contra hæreticos, vt patet in literis Innocen. 4. & Alexandri quarti. quas refert Bartholomæus Fumus in ſua Summa. verbo, Inquiſitor. numero. 20.

427 ¶Itē Inquiſitores in cauſis fidei, procedunt ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij. c. fin. de hære. in. 6. Villadie. de hæret. q. 2. Septimacenſis in inſti catho. capitul. 43. numero. 19.

428 ¶Item Inquiſitores in hoc crimine procedunt ad inquirendum, nulla pręcedente infamia de delicto. ſingularis eſt tex. & non inuenitur alibi ſecūdum Cardinalem, & Anan. in c. excommunicamus. 1. §. adijcimus. de hęret. Cardinal. in Clem. 2. q. 2. de hæret. Conradus Brun. de hæret. lib. 4. cap. 8. in fine. Barto. in extrauag. ad reprimendum. verbo, Inquiſitionem. in fine. Io. Nicolaus de hæret. notab. 26. in fine.

429 ¶Item Inquiſitores poſſunt vices ſuas delegare, & Vicarios, vulgò Commiſſarios, in diſtrictu conſtituere. clem. 1. §. porrò. de hęret. glo. ſing. in verbo, ipſorum. in clem. nolentes. eo. tit. Hāc opinionē teſtatur eſſe cōmunē Villadie. de hæret. q. 7. nu. 13.

430 ¶Item Inquiſitores pro crimine hæreſis poſſunt cōtra omnes etiā exceptos procedere. ca. vt cōmiſsi. ibi, quoſlibet hæreticos. ca. vt officiū. in prin. de hære. in. 6. niſi cōtra Epiſcopos. c. Inquiſitores. eod. tit. & lib. niſi ſint ſuſpecti de fuga. expreſſè Villadie. de hæret. q. 7. nu. 15. Neq; procedūt contra officiales ſedis Apoſtolicæ ſine eius ſpeciali licentia. Extrauag. cū Matthæus. de hæret. inter cōmunes. quod optimè declarat Albert. in. capi. 1. quæſt. 7. num. 4. de hæret. in. 6.

431 ¶Item Inquiſitores ſimul & ſeparatim de cauſis fidei cognoſcere valēt. vt in. d. c. vt officiū. & d. c. vt commiſſi. clē. 1. §. 1. de hæret. expreſſa inſtructio Abulenſis. anno. 1498. c. 1.

432 ¶Item Inquiſitoribus cōpetit officium cū Ordinarijs accumulatiuè, & nō priuatiuè. c. per hoc. de hæret. in. 6. clem. 1. eo. tit. Extrauag. Benedicti. 2. eod. ti. inter cōmunes niſi poſt octo dies poſtquam Ordinarius fuerit requiſitus, vt in dict. clem. 1.

433 ¶Item Inquiſitores poſſunt procedere cōtra eū tanquā ſuſpectum de hæreſi, qui diſcedit à communi vſu & cōuerſatione fidelium, etiam non pręcedēte infamia. c. excōmunicamus. 1. §. adijcimus. de hæret. ibi, à communi cōuerſatione fideliū vita & moribus diſcedentes. vbi Cardinal. aſſerit quòd non meminit ſe alibi legiſſe. & Ioan. Anan. nu. 2. & Ioa. Nicol. de hæret. notab. 26.

434 ¶Item poſſunt quoſcunque excōmunicatos & inhabiles in teſtes recipere. cap. in fidei fauorem. c. præſidentes. de hæret. in. 6. Villadie. q. 13. nu. 10. Septimacen. in inſtitut. cath. cap. 62. num. 5. Itē reos citare extra ſuam diœceſim poſſunt. dic. c. vt of-

ficium. vbi glo. Archi. Ioan. Andr. & alij. Septimacen. in inſtitu. Catho. c. 34. num. 14.

435 ¶Item Inquiſitores non poſſunt recuſari. Archid. & Domi. in. c. quia plerique. de offic. ordi. in. 6. Optimè Ripa in tract. de peſte. lib. 3. nu. 140. Contrarium tenet Septimacen. in inſtitutio. Catholi. c. 26. num. 26. de qua re eſt ſingularis inſtructio de Madrid, anno. 1561. c. 52.

436 ¶Item Inquiſitorum officiũ morte concedentis non expirat re etiã integra. ca. ne aliqui. de hæret. in. 6. Ioan. Nicol. de hæret. notab. 4. Septimacen. in inſtitutio. Catho. c. 34. nume. 7. plenè Decius in. c. cauſam matrimonij. nu. 10. de offi. deleg.

437 ¶Item Inquiſitorũ iuriſdictio extenditur ad negotia non cœpta, & de nouo exorta. d. cap. ne aliqui. vbi glo. Archi. & alij. & Septim. in dict. c. 34. num. 7.

438 ¶Item nomina teſtium in cauſis fidei non publicantur. c. fin. de hæret. in. 6. Villadic. de hæret. q. 10. nu. 4. Septimacen. in inſtitutio. Cathol. c. 25. num. 28. etiam ſi nullum emineat periculum, vt in extraua. Inno. 6. & in inſtru. de Madrid, anno. 1561 cap. 31.

439 ¶Item hæreticus non ſolùm vbi deliquit, ſed vbicunque inuenitur, puniri poteſt, & non eſt neceſſaria remiſsio. Alberi. in rub. C. de hæret. Ioan. And. & Francus in. c. vt commiſsi. poſt. glo. ibi in verbo, procedẽdi. de hæret. in. 6. Villadie. de hæret. q. 8. in fine. Septima. in inſtitut. Catho. c. 2. nu. 3. Latè Couarru. in quęſtio. pract. c. 11. num. 12.

440 ¶Item Inquiſitores poſſunt ſtatuta aduerſus hæreticos concedere, augẽdo contra eos pœnas. ita tenet Lupus, & Domini. in. c. fin. §. ſtatuto. de hæret. in. 6. & optimè explicat Villadie. de hæret. q. 23. nume. 6.

441 ¶Item iudex publicè excommunicatus, & habens iuriſdictionem de facto, vt eſt tyrannus, poterit iuriſdictionem legitimè exercere contra hæreticos. c. præſidentes. vbi Io. Andr. Domin. & Francus. de hæret. in. 6. Villadie. de hæret. q. 19. num. 8.

442 ¶Item monachi etiã ordinis Fratrum minorũ, poſſunt eſſe in ſacroſancto Inquiſitionis foro notarij, & tabelliones. c. vt officium. §. 1. de hęret. in. 6. Ioã. Nicol. de hæret. notab. 27. incipienti: non te lateat. Iaſ. in. l. 1. §. huius ſtudij. num. 8. de iuſt. & iure. Septim. in inſtitu. Catholi. ca. 45. nume. 5.

443 ¶Item hæretico ſpoliato denegatur reſtitutio. glo. vbi. dd. in. c. quo iure. 8. diſtinct. Ioan. Nicol. de hæret. notab. 1. num. 2. & 3. Iacob. Septim. in inſtitu. Catho. c. 45. num. 13. Conrad. Brun. de hæret. lib. 5. c. 10.

444 ¶Item teſtium examinationem in cauſis fidei Inquiſitores poſſunt alijs committere. glo. in verbo, ipſorum. in Clem. nolẽtes. de hæret. Domi. & Peruſi. in. c. præſidentes. nu. 2. de hæret. in. 6. Hanc fatetur eſſe cõmunem Septim. in inſtitu. Catho. c. 34. num. 15. Sed id per inſtructiones ſancti Officij limitatum eſt.

445 ¶Item inquiſitores in cauſis fidei omnes cuiuſcunque ſint gradus, & dignitatis poſſunt torquere. l. 4. C. ad. l. Iul. maieſta. Ludo. Carrerius de hæret. §. circa igitur. nu. 4. Septima. in inſtitu. Catho. c. 63. nu. 26.

446 ¶Item Inquiſitores ſuas ſententias per alios recitare & proferre poſſunt. c. vt commiſsi. in prin. vbi Ioã. Andr. Domi. & alij. de hæret. in. 6. Conra. Brun. de hæret. lib. 4. c. 10. Septim. in inſtitu. Catho. c. 58. in prin. & hoc iure vtimur.

447 ¶Item Inquiſitores cum Ordina-





rijs ſententias diffinitiuas iam prolatas, corrigere & mutare poſſunt. c. vt commiſsi. §. nec non. vbi glo. in verbo, mutandi. & Doctores. de hęret. in 6. Villadieg. de hæret. q. 8. nume. 7. & q. 17. num. 5. Fran. Squilla. de fide Catholi. c. 27. nume. 3. & c. 42. Hodie ad Inquiſitorem tantùm generalem id pertinet, vt affirmat Septim. in inſtitu. Catho. c. 16. nume. 10. quod latiùs ſupra aſſertione. 47. & 48. expoſuimus.

448 ¶Item Inquiſitores in cauſis fidei procedunt appellatione remota. ca. vt Inquiſitionis negotium. de hæret. in. 6. ibi, non obſtantibus appellationibus, ſeu proclamationibus. Villadieg. de hæret. quæſt. 18. in prin. & q. 22. Septima. in inſtitut. Catholi. cap. 6. in prin.

449 ¶Item fauore fidei, ſententiæ non tranſeunt in rem iudicatam, probat. d. c. vt commiſsi. tenuit expreſsè Lucas de Penna. in. l. vnica. per text. ibi. C. de ſentẽ. aduer. fiſ. latis retract. lib. 10. quam deciſionem in caſu nimis arduo retulit meus in hac Inquiſitione Valentina collega Doctor Soto Calderon, vir vtique in actu practico, & theorico ſatis peritus ac prudens. Eſt ad id expreſſa inſtructio Pinciana, anno. 1488. c. 3. ibi: *no obſtante la ſentencia que fue dada.* Pleniùs hoc expoſuimus in aſſertione. 49. & ſequentibus.

450 ¶Item iudices ſeculares, ab Inquiſitoribus pro exequendis ſuis ſententijs, requiſiti, non poſſunt de cauſa cognoſcere, neque proceſſum petere, ſed ſententias exequi tenentur. c. vt Inquiſitionis. §. prohibemus. vbi glo. & dd. de hæret in. 6. Iaſ. in. l. magiſtratibus. nume. 10. ff. de iuriſdict. om. iudi. Villadie. de hæret. q. 19. nu. 6. Ægidius Boſsius, de hæret. nu. 10. Hanc fatetur eſſe communem Septim. in inſti. Catho. c. 36. nu. 3.

¶Nolumus hac in re longiùs vagari, ſed qui alia plura ſcire deſiderat, legat meum opuſculum de Specialib' fidei, in quo ordine alphabetico. 215 Specialia fauore fidei congeſsi.

## AVTHORIS INTENtio & proteſtatio.

HÆreſis crimen grauiſsimum eſt, & oppoſitum fidei, Euangelicæq́; veritati inimicũ: quod quidem maieſtatem, potentiam, & eſſentiam Dei nititur conuellere. Et ob tanti ſceleris prauitatẽ quamplurima ſingularia atque à iuris communis tramite exorbitantia in eius deteſtationem maxima cum ratione ſunt ſtatuta: quæ ſummatim in hoc libello ordine Alphabetico collegi. Ideò quicquid dixi, aut dicturus, vel ſcripturus ſum, cenſuræ ſanctæ matris Eccleſiæ libenter ſubmitto. Et proteſtor, me firmiter credere, ac ſemper habere quod tenet, prædicat, & docet ſacroſancta Romana Eccleſia.



# INCIPIVNT SINGVLARIA SEV SPECIALIA IVRIS, IN FIDEI fauorem, hæreſiſque deteſtationem: alphabetico ordine collecta.

### *SVMMARIVM.*

1 *Abiuratio vtilis & neceſſaria eſt in crimine hæreſis.*
2 *Vt intelligatur res, de qua diſputatur, oportet ſtatim diffinitionem referre.*
3 *Abiurare eſt iureiurando aliquid negare.*
4. *Abiurare eſt quædam ſolennis hæreſum deteſtatio.*
5 *Abiurationem coram populo facere oportet.*
6 *Abiuratio in Concilijs generalibus olim fieri ſolebat.*
7 *Abiuratio in ſcriptis facienda eſt.*
8 *Quando ſcriptura requiritur, quinque teſtiũ teſtimonia ſufficiunt.*
9 *Probatio quæ fit per inſtrumentum, dicitur probatio probata.*
10 *Probatiò per teſtes eſt magis perfecta & naturalis, quàm per inſtrumentum.*
11 *Abiuratio pro leui coram inquiſitoribus domi eſt facienda.*
12 *Delatus an teneatur omnem hæreſim abiurare.*
13 *Abiurandæ ſunt hæreſes nominatim.*
14 *Eccleſia nulli ad ſe reuertenti gremium ſuum claudit.*
15 *Actus præſens præteritam intentionem declarat.*
16 *Omnis controuerſiæ finis, eſt iuramentum.*
17 *Abiurationem quibus de cauſis inſtitutam fuiſſe.*
18 *Plures abiurationis formas vide remiſsiuè.*
19 *Abiurationis forma de ſuſpecta vehemẽter.*
20 *Differentiæ inter abiurationem de leui & de vehementi.*
21 *Quando indulgentiam. 40. dierum inquiſitores conferant.*
22 *Pœnæ & pœnitentiæ, quæ ſuſpectis de hæreſi iniunguntur.*
23 *Pœna exilij & deportationis aliquando ponitur.*
24 *Habitus. qui vulgò Sambenito nuncupatur, qua ratione hoc nomine vocatur; & vnde originem habuit.*
25 *An hæreticus, vel ſuſpectus ad triremes condemnari poſsit.*
26 *Quatuor notandæ differentiæ inter abiurationem, de leui, & de vehementi.*

### SINGVLARE. I.

1 ABiuratio, quàm frequens, quàm vſitata ſit in crimine tantum hæreſis, nemo ſanè ambigit: vt potè in tam graui crimine vtilis & neceſſaria. cap. ad abolendam. §. illos quoque de hæret. cap. ſuper eo. & c. accuſatus. eod. tit. lib. 6. & in. c. inter ſolicitudines noſtras de purga. cano. tex. ſingul. in hac materia, in cap. Ego Berengarius. de conſecra. diſt. 2. & in. cap. 1. & in. ca. Si quis voluerit. & in. c. Si quis epiſcopus. 1. q. 7. & huiuſmodi abiurationis vſus in multis ſanè Concilijs receptus fuit, vt in prima Nicena Synodo. cap. 8. & in Epheſina Synodo, ſub Celeſtino primo celebrata, & in Synodo Laodice-

na ſub Liberio Papa. c.7. & in Conci-
lio Conſtantienſi de abiuratione Hie
ronymi de Praga.&.in.8. Synodo ge-
nerali de abiuratione Berengarij ha-
betur tranſumptiuè in.d.c.Ego Berē-
garius de conſecra.diſt.2.& Leo papa
ſcribens Ianuario epiſcopo Aquileiēſi
inquit,nullum hæreticum ad vnitatē
eccleſiæ eſſe recipiendum, niſi ad ar-
bitriū ſui Epiſcopi vel inquiſitoris fi-
dei,abiurata, & anathematizata hæ-
reſi. Et habetur in. cap. ſaluberrimū.
& in.capitulo donatum. 1.queſt.7.Et
antequàm ad vlteriora hac in re ag-
grediar,pro clariori huius materiæ di
lucidatione,libet mihi ab etymolo-
gia nominis,eiuſq; diffinitione exor-
diri:prout docet Cic.in.lib. 1. offi. in
2 princ.dicēs.Omnis enim quæ à ratio
ne ſuſcipitur, de aliqua re inſtitutio:
debet à diffinitione proficiſci: vt in-
telligatur quid ſit id, de quo diſpute-
tur.Quo ſcribēdi methodo vſus fuit
iuriſcōſultus in.l.1.§.dolū. ff. de dolo.
& in.l.1.ff.de teſt.& in.l.1.ff. de tutel.
& in.l.1.ff.de acquir.poſſeſſ. & in. l.1.
& in.l.2.§.appellata.ff.ſi cert.peta. &
3 in pluribus alijs iuribus, in quibus la-
tiſsimè per iuris interpretes. Abiura-
re ergò id ſignificat,quod iureiurādo
aliquid negare.tex.in.ca. cū haberet
de eo qui duxit in matrimo. quā pol-
lu. per adulteriū ibi adulterā abiura-
4 uit.c.Audita de reſti. ſpol. Et abiura-
tionis diffinitio eſt ſolēnis quædā hæ-
reſum deteſtatio cū aſſertione catho
licæ veritatis & obligatione,iuramen
to,& pœna vallata permanēdi in fide
5 Chriſtiana.Quę diffinitio optimè col
ligitur ex omnibus iuribus ſuperiùs
relatis:præſertim ex text.in.d.c. ego
Berēgarius.Et omnia huius diffinitio
nis verba explicādo verbum illud (ſo
6 lennis) ob id in diffinitione inſeritur:
quia publicè facienda eſt talis abiura
tio conuocato populo, præparato
throno & habito ſermone de fide.Or
dinarij & Inquiſitores exiſtentes &
in præſentia omnium ſolenniter fiat
abiuratio.tex.in. cap. ad abolendam.
ibi,ad arbitriū epiſcopi,publicè abiu-
rare.& in.d.c.inter ſolicitudines ibi,
publicè familiaritatē hęreticorum ab
iuret.&in.d.cap.ego Berengarius ibi,
coram.114. factam. Et huiuſcemodi
7 abiuratio olim fieri ſolebat in Conci-
lijs generalibus,aut prouincialibus.vt
in.c. conuenientibus. & in.ca. ſi quis
Epiſcopus.1.quæſt.7.ibi in communi
Concilio porrecto ſuæ fidei libello.
Ex quo tex.etiam deducitur de ſolē-
nitate abiurationis eſſe neceſſarium
libellum propria manu ſubſcriptum.
Taliter quòd ille, qui ab hæreſi reuer
titur ad fidem catholicam, in ſcriptis
tenetur iureiurando negare propriā
hæreſim,videlicet falſam & erroneā
eſſe.tex.in dict.cap.conuenientibus.
1.quæſt.7.ibi,ſcripto negare debent
hæreſim ſuam & confiteri Catholi-
cam fidem & in.c.quotiens ea.cau.&
quæſt.& in.c.ijs qui tempore.26.quæ
ſtio.6.Ideo meritò gloſſ.ſingul. & ma
giſtralis in.c.1. §. poſtquā. in verb. in
ſcriptis de cenſibus.lib.6.quæſt.34.ca
ſus:in quibus neceſſaria eſt ſcriptura,
congeſsit,hunc caſum.5.in ordine re
fert allegādo.d. c. ſaluberrimū. Hoc
in loco omittenda nō eſt illa ſingula-
8 ris regula,quòd quādo à lege vel ſtatu
to requiritur probatio per ſcripturā
& inſtrumentū,vt in prædictis trigin
ta quatuor caſib⁹ modo relatis loco in
ſtrumēti ſufficit probatio per quinq;
teſtes & erit plena & valida talis pro-
batio.Hoc eſt ſingulare dictū Cyni.in
l.optimā.n.2.C. de cōtrahē.& cōmit-
tē.ſtipul.allegādo tex.in.l.teſtiū.C.de
teſtib.Quod dictū ſequitur Abb.in.c.
ſicut cōſuetudo.col.fi.& ibi Feli. de p
batio.& in.c.cum Ioannes.nu. 12. de
fide.inſtr.& Feli.in.d. c.ſicut conſue-
tudo.



tudo. nu. 13. & in. c.ſi quando. circa
finē. de reſcrip.Hippo.in ſingul.157.
9 incip.Volo te ſcire. Et licet probatio,
quæ fit per inſtrumentum, dicatur
probatio probata.l.cum precibus.C.
de probatio.l.Antiquæ iuriſdictionis
C.ad ſenat.conſ.Velle.ibi, inſtrumē-
to publicè confecto omnino eſſe cre
dendum.l.optimam.C.de contrahē.
& commit.ſtipul.c.ad audientiam de
præſcrip.tamen Inno.in.c.cum P. ta-
bellio.de fid.inſtru.inquit,quod pro-
batio per inſtrumentum eſt ſuperna
turalis & contra ius: vt credatur pelli
10 animalis mortui. Et probatio per te-
ſtes eſt perfecta & naturalis, & ſecun
dum ius diuinum & humanum. De-
nique in exercendis litibus eandem
vim obtinent, tam fides inſtrumen-
torum, quàm depoſitiones teſtium.
l.in exercendis. C.de fid.inſtru.c. Cū
Ioan. de fid. inſtrumen. Sed propter
labilem hominum memoriam.l. 2.§.
ſi quid C.de vete.iur.enucle. & bre-
uem eorum vitam: vt inquit text.in
c.licet ex quadam. de teſtibus meri-
tò in actibus humanis inſtrumenta
& ſcripturæ conficiuntur: ideò in re-
bus antiquis maior adhibetur fides
inſtrumento,quam teſtibus.l.ſi arbi-
ter.ff.de probatio.l.3.§.duo.ff.de Car
bo. edic. c. cum cauſam de probatio.
Vt ad noſtrum inſtitutum, noſtram-
que materiam noſter reuertatur ſer-
mo: dico eſſe ſimiliter neceſſariam
in abiuratione: vt eam in actis Nota-
rius plenè ſcribat, vt docet text.in.d.
c Ego Berengarius.in fine.& optimè
Alphon.Aluar. Guer.in theſauro reli
gionis Chriſtianæ.tit.de hære.nu.48.
& in directorio Inquiſitorum in for-
mis proferendi ſententias ſuper abiu
ratione,parte.3.Et nō eſt ſemper ne-
ceſſarium, quòd abiuratio ſit publi-
ca,& ſolennis:& in conſpectu populi,
11 videlicet, quotiens quis ob leuem &
modicam ſuſpicionem abiurat hęre-
ſim in domo Epiſcopi, vel coram In-
quiſitoribus Chriſtianæ fidei, fit hæc
abiuratio,niſi aliter Epiſcopo, vel In-
quiſitoribus viſum fuerit: vt habetur
in directorio Inquiſitorum, loco mo
dò citato. Et tradit Iacob. Sept.in in-
ſtitu.Catholi.c.1.nu.10. Item dicitur
in diffinitione hæreſum deteſtatio.
12 Nam cōdemnatus, vel infamatus in
vna tantum hæreſi, debet nihilomi-
nus abiurare omnem hæreſim, pro-
bat text.in.d.c. Ego Berengarius. Io-
an. Andr.& Dominic.in.c.accuſatus.
§.1.de hære.lib.6.vbi probatur,quod
qui in vna hæreſis ſpecie errauit, &
poſtea ſimpliciter, vel generaliter ab
iurauit: & in aliam ſectam, vel ſpeciē
hæreſis diuerſam incidat,eſt relapſus
& tanquam relapſus puniēdus: quia
omnes hæreſes inuicem ſunt colliga
tæ: vt inquit, text.in.c.excommuni-
camus, in.1.in princip.& in.2.in fine
de hæret. ibi, facies quidem diuerſas
habentes, ſed caudas ad inuicem col
ligatas:quia de vanitate conueniunt
in idipſum. Offendens itaque in vno
vitio,factus eſt omnium reus.cap.fra
tres. de pœni.diſtinct.5. regu. defleat
peccator. de regul. iur.in decretà. Et
quanquam omnem hæreſim reus te-
neatur abiurare, vt proximè dictū eſt
nominatim ſimiliter,& in forma ſpe-
cifica abiurandi ſunt errores & hęre-
13 ſes: vt patet in iuribus in limine hui⁹
ſpecialitatis citatis: & tenuit Rota.
in antiquis.nu. 875. & Decius conſil.
137. & Nicol.Boer.deciſio. 343.inci-
pi,& videtur allegando Calde.in con
ſil. 2.tit.de hære.& Matth. de Afflict.
in conſtitu. Neapoli.titul.de hæreti.
nume.35.Et Iacob. Septima. in inſti-
tu.Catho.c.1.nume.17. quemadmo-
dum ſacerdoti omnia peccata morta
lia nominatim ſunt aperienda & con
fitenda. c.ſunt plures. de pœniten. di
ſtinct.3.

ſtinct. 3.& in.c.falſas. de pœnitẽ.diſt.
5. prout iura ciuilia affirmant, quòd
qui ad aliquid faciendum eſt obno-
xius, pro parte faciendo non libera-
tur.l.in venditione.§.penul.ff.de ver
bo.obliga.l.quàm diu. C. de diſtract.
Pigno.

¶Præterea dicitur in diffinitione
cum aſſertione Catholicæ veritatis,
ex eo quòd hac cõfeſsione ſe eſſe Ca
tholicum manifeſtat, & ad vnitatem
Eccleſiæ velle redire, vt quòd quiſq;
ſua voce dilucidè proteſtatꝰ eſt in eũ
dem caſum, non valeat proprio teſti
monio infirmare: vt vtar verbis, text.
in.l. generaliter. C.de non.nu.pecu.
c.per tuas.de probatio.

¶Præterea dicitur in prædi. diffi.
obligatione permanẽdi in fide Chri-
ſtiana, propter hæc verba non eſt per
14 tinax & incorrigibilis: & ob id ab Ec-
cleſia Catholica recipitur, quæ nulli
reuertenti ad eam claudit gremium
ſuum.l.fina.in fine.C.de ſumma Tri-
nita.& fide Catholi.c.duo iſta nomi-
na.23.q.4.c.quieſcamus.42.diſtin.&
Hieremi.c.3.declamat, dicẽs: Tu for
nicata es cum amatoribus multis, ta-
men reuertere ad me, & ego ſuſcipiã
te. Et propheta Malachias, cap.3.ex
perſona Domini inquit: Reuertimi-
ni ad me, & ego reuertar ad vos: &
habetur in.c.Reuertimini.16.q.1.Et
delicti veniam pœnitentibus non ne
gamus, inquit, Imperator.in.l. Mani-
chæos.C.de hæreti.c.quod quidã.de
pœnit. & remiſsio. ca.vnico.de ſchiſ-
ma.lib.6.c.legatur.24.q.2.regu. pec-
cati venia.de regu.iur.lib.6. Item di-
citur in diffinitione pœna & iuramẽ
to, vallata: vt nulla cauſa, vel ratione
poſsit ſe tueri à pœna contra relapſos
ſtatuta, quæ eſt, quod non audiatur
volens iterum hæreſim abiurare, ſed
ſæculari iudicio ſine vlla penitus au-
dientia tradendus.c. Super eo. de hæ
re.lib.6.c.ad abolendam.§.illos quo-
que.eod.tit. Per hanc enim iteratio-
nem delicti apertè oſtenditur & de-
claratur qualis fuit abiurãtis animus
tempore ſuæ abiurationis, videlicet,
non amore, vel zelo fidei Catholicæ,
ſed ficta confeſsione hæreſim abiura
uit, ad euitandam tantum delicti pœ
nam. c.accuſatus, in princip.de hære
ti.lib.6.Paul. Grilla.de hære.quæſt.vl
tima.Ioan.Nicola.de hæret.nota.42.
15 incip.reuocabis. Nam actus præſens
præteritam intentionẽ declarat.Sin-
gul.eſt caſus in.l. ſi hi qui adulterij. C.
ad. leg.Iul. de adulte.vbi conſangui-
neus accuſatus fuit adulterium com
miſiſſe cũ conſanguinea. & eo quod
in loco ſuſpecto erant inuenti, & con
ſanguinitatis prętextu abſolutus fuit
poſtea obtẽta diſpenſatione, & mor-
tuo primo marito eam in vxorem du
xit. Vnde oritur præſumptio violen-
tiſsima, quod tempore accuſationis
fuit cognita, & qualis erat eorum ani
mus, quando in loco ſuſpecto erãt in
uenti. Ita inquit text.hiſce verbis, ſi
poſt modum nuptias contraxerunt,
facinus illud, in quo fuerant accuſati
manifeſta fide, atque indicijs euiden
tibus publicabunt de hac præſum-
ptione. Eſt etiam text.in. l.cum quis.
C.de natu.libe.ca.1.24.q.1.&.l.2.tit.
17.par.7.additur iuramentum in re-
nunciatione hæreſis propter iuramẽ
ti vim, & eius efficaciam.l.ait prætor.
&.l. Nam, & poſtea.ff.de iureiur.c.cũ
contingat. de iureiur. c.quamuis pa-
ctum, de pact.lib.6.& exceptio periu
rij eſt exceptio litis finitæ. l.ſingul.ſi
quis maior. C. de tranſact.c.Paruuli.
22.q.5.vnde inquit Paulus ad Hæbr.
cap.6. Omnis controuerſiæ finis, eſt
iuramẽtum. Simili quoque modo in
crimine ſchiſmatis fit abiuratio.cap.
omnis cuiuſlibet.1.q.1.& in.ca.quo-
tiens.1.q.7. Vbi Gratianus ex epiſto-
la beati



la beati Gregorij. Sic lib. 10. tranſcri
pſit formã abiurationis, quod ſchiſ-
maticus promittat ſe ſemper eſſe in
vnitate Eccleſiæ ſanctæ Romanæ: &
nunquam ad ſchiſma reuerſurum.
Et oportet hanc abiurationis formã
in proprio idiomate fieri, vt ab reo &
vniuerſo populo rectè intelligatur.
Et nititur probare Iacob. Septima.
in inſtitu.Catho.cap.1.nu.5. à ritu &
conſuetudine Apoſtolorum abiura
tionem deſcendiſſe. & Alphon. de
Caſtr.de iuſta hęre.puni.lib.1.c.fin.
quod ſi ita eſſet, quod non affirmo,
neque inficior, facilè ſequeretur, nõ
humanam, ſed diuinam eſſe inſtitu-
17 tionem. Videamus nunc quibus de
cauſis & rationibus abiurationẽ hãc
fuiſſe inſtitutam. Eam potiſsimam ar
bitror eſſe cauſam, vt per eam oſten-
datur accuſatum, neque incorrigibi-
lem, neque pertinacem eſſe ab erro-
ribus ſuis recedendo, & iureiurando
promittendo in fide Catholica eſſe
permanſurum. Ideoque qui recuſat
ad arbitrium Epiſcopi, & Inquiſitorũ
abiurare, & cõgruam ſatisfactionem
facere, tanquam pertinax & impœni
tens iudici ſeculari relinquẽdus eſt.
c.ad abolendam.§.1.de hæreti. & in
c.excommunicamus.1.§.adijciẽtes:
vbi Felin.nu.4.eod. titu.Gundiſal.de
Villadie.de hęreti.quæſt.15.num.11
Ludo.Carre.de hæreti.§.modo qua-
liter.nume.2. & Iaco. Septima.in in-
ſtitu. Catho.c.1.num.25. Alia erit e-
tiam ratio, vt vniuerſus populus hæ-
reſes illas abiuratas, & deteſtatas, fal
ſas, & erroneas, Euangelicæq; verita-
ti contrarias apertè intelligat, & qui
ſimiles errores habebant, facilè ad fi-
dem Catholicam reuertantur, & re-
ſipiſcant. Argumento tex.in.l.capita
lium.§.famoſos. ff.de furtis.l.vnica.
C. de emenda.propinquorum. Hu-
ius autem abiurationis tenor & for-
ma habetur in.d.c.Ego Berengarius.
& in.c. Saluberrimum. & in.c.dona-
tum. 1.quæſt.7.& in Concilio Nice-
no ſub Conſtantino Magno celebra
to.cap.8.& in Concilio Conſtantiẽſi,
18 & in alijs Concilijs œcumenicis. Atq;
nonnullas abiurationis formas ſcri-
pſit Nicolaus Aymeri.in ſuo directo-
rio Inquiſitorum in tertia parte poſt
principium: & Gundiſſaluus de Villa.
de hæreticis, quæſt.20.num.7.Cardi.
de Turre Crema.in ſumma de Eccle-
ſia.lib.2.c.22. Alphon. Aluarez Guer-
rero, in Theſauro religionis Chriſtia
næ, titulo de hæreticis, num.39.cum
ſequentibus, & Ludouicus Carre. de
hæreticis. §.modo qualiter.nu.15.&
Gundiſſaluus de Villadie. de hæreti-
cis, quæſt.20.nume.7.Alphonſus de
Caſtro, de iuſta hæreticorum puni-
tione, lib.1.c.fina.in fine: & Iacob. Se
ptima.in inſtitu.Catho.c.1.nume. 27
& in inſtructionibus hodie noſtro
idiomate Hiſpano impreſsis. fol.13.
ſed duas tãtum abiurationis formas
in præſentiarum referam, quæ paſ-
ſim in actu practico verſantur, quarũ
prima eſt de ſuſpicione magna & ve-
hementi, cuius tenor talis eſt.

¶*Forma abiurationis, quando delatus eſt ſu-
ſpectus vehementer.*

19 EGO Petrus de tali loco, talis diœ
ceſis in iudicio perſonaliter con-
ſtitutus coram venerandis dominis
Ordinario, & Inquiſitoribus hæreti-
cæ prauitatis, ſacroſanctis Euangelijs
poſitis coram me, & proprijs manibꝰ
per me tactis, iuro me credere corde,
& profiteor ore illam ſanctam fidem
Catholicam & Apoſtolicam, quam
ſacroſancta Romana Eccleſia docet,
profitetur & prædicat, atque tenet.
Item iuro me credere corde & profi-
teor ore hoc & hoc. Hîc explicetur
articu-

articulus Catholicus contrarius illi
hæreſi, de qua vehementer eſt ſuſpe-
ctus: & conſequenter abiuro, abne-
go, & reuoco ipſam hæreſim. Hìc ex-
plicetur articulus hęreſis, & omnis a-
lia hæreſis, & iuro quod nūquam præ
dictæ hæreſi, ſeu hæreſibus credidi,
neque credo, neque credam, ne illis
adhæſi, nec adhæreo de præſenti, nec
adhærere intendo, nec docui, nec do
cere intendo, nec docebo. Item iuro
& promitto, quod talia & talia (hìc ex
primātur omnia, de quibus eſt accu-
ſatus) propter quæ habebatis me ſu-
ſpectum de huiuſmodi hæreſi vehe-
menter, nunquam faciam, nec ope-
ram, vt fiāt, dabo. Quòd ſi aliquid de
prædictis fecero in futurum (quod
Deus auertat) pœnis de iure relapſis
debitis, prompto animo me ſubmit-
to, & paratus ſum ſubire omnem pœ
nitentiam, quam pro his quæ feci, &
dixi (propter quę habebatis me ſuſpe
ctum de dicta hęreſi vehementer) de
creueritis mihi iniungere: & illam iu
ro & promitto pro viribus adimple-
re, & nullatenus cōtraire. Ita me Deꝰ
adiuuet, & hęc ſacroſancta Euāgelia.
Et iſta abiuratio de vehementi ſuſpi-
tione fit, quotiens accuſatus de hæ-
reſi per legitimos & ſufficientes te-
ſtes non fuit conuictus, neq; ore con
feſſus, ſed tantum erat magna & ve-
hemens ſuſpitio contra accuſatum,
& hęreſis crimen non erat plenè pro
batum, ita inquit, tex. in. c. accuſatus
de hæret. lib. 6. Sin autem contra reū
leuis & modica ſuſpitio eſt, abiurabit
de leui modo, & forma, de qua ſupra.
20 Sed aliqua ſunt mutanda, & nonnul-
læ ſunt differentiæ, de quibus latius
inferius dicendum erit. Et facta præ-
dicta abiuratione, Inquiſitor abiurā-
ti dicat. Fili tu ſuſpitionem, quam de
te meritò habebamus, purgaſti per
abiurationem quam feciſti: volo te
reddere cautiorem, & caue tibi dein
ceps quomodo ages. Nam ſi de cæte-
ro talia agas, vel dicas, propter quæ
probetur in futuram hæreſim, vel in
aliam hæreſis ſpeciem incideris, ſine
aliqua miſericordia pœna relapſis de
bita punieris, & vt relapſus, tradēdus
eris brachio ſeculari. Et notarius ſit
cautus, quòd omnia ſupradicta in a-
ctis diffuſè tranſcribat, & poſtea fera
tur ſententia, ſeu pœnitentia, cuius
formam & tenorem refert Archidia.
in cap. vt commiſsi. §. nec non. de hæ
re. lib. 6. Et plures ſentiarum notādas
formas ſcripſit directorium Inquiſi-
torum, par. 3. poſt principium: & Al-
phonſus Aluarez Guerrero in The-
ſauro religionis Chriſtianæ. tit. de hę
21 ret. nu. 44. & 48. Atque illico Inquiſi
tor conferat indulgentiam quadra-
ginta dierum omnibus & ſingulis,
qui ſermoni ſuo, & abiurationi inter
fuerunt. Et exponat vniuerſo popu-
lo, quòd omnes qui conſilium, auxi-
lium, vel fauorem denunciando, vel
alio quouis modo, vt prædictus pręfa
tam abiurationem faceret, tres an-
nos de indulgentia conſequuntur.
Et tales ſuſpecti, ſiue leuiter, ſiue
vehementer non debent perpetuò
immutari, neque carceri perpetuo
tradi, neque crucibus conſignandi,
ſed ad tempus carceri mancipari, vel
22 ad peregrinationem faciendam, vel
quod in diebus ſolennibus habeant
inter miſſarum ſolennia cereos, ſuis
proprijs manibus ardentes, vel ad ſi-
milia: prout qualitas negocij requi-
rit. c. excommunicamus in. 2. in fine
de hære. & in directorio Inquiſitorū.
3. parte poſt princip. Et Inquiſitores,
ſuſpectos de hæreſi punire poſſunt
in pœnis pecuniarijs pro officio exe-
quendo, ſeu in pios vſus conuerten-
dis. Ioan. Andr. in Cle. Nolentes. de
hæreticis, & in directorio Inquiſito-
rum.



rum. par. 3. cap. 103. Cardi. in Cle. fin.
in fine de hęreti. Gundiſſal. de Villad.
de hæret. quæſt. 8. Ludo. Carre. de hę
ret. §. de cuius. num. 24. Iacob. Septi.
in inſtitutio. Catholi. c. 45. nume. 30.
& eſt glo. in. c. ſi vos. 23. quęſt. 5. & in-
23 ſtructio. Toletana. c. 8. Et pœna exilij
& deportationis aliquando poni po-
teſt. l. Arriani. & l. quicunque. C. de
hæreti. Ludo. Carre. de hæret. §. expe
dito. in princip. & flagellis puniri c. 1
24. q. 6. tex. in. c. Archiepiſcopatu, de
rapto. ibi, flagellis afficere ea modera
tione adhibita, quòd flagella in vin-
dictam ſanguinis tranſire minimè vi
deantur. Solet ſimiliter iniungi pœ-
nitentia, vt conuerſi ad fidem, defe-
rant ante, & retro cruces, vulgo ſam
benito nuncupatur (id eſt) ſaccus be-
nedictus, vt arbitror, quod nullibi le-
giſſe, neque ab aliquo audiuiſſe me-
mini. Quia ipſe ſaccus pœnitentibus,
& peccata ſua cognoſcentibus iniun
gitur, ideò meritò ſaccus benedictus
24 nuncupari meretur: vt in libro. 3. Re
gum. c. 21. legitur, & habetur in cap.
Achab rex impijſsimus de pœnit. di-
ſtin. 3. vbi, Achab rex impijſsimus vi-
neam Naboth cruore poſſedit, & de
tam graui crimine pœnitētiam agēs
ſcidit veſtimenta ſua, & poſuit ſaccū
ſuper carnem ſuam, & ieiunauit, &
dormiuit in cilicio. & tex. in. c. in ca-
pite Quadrageſimæ, ibi ſacco indu-
25 ti. 50. d. Item per iudices Eccleſiaſti-
cos poni poterit pœna damnationis
ad triremes, & ad remigandum in tri
remibus, colligitur ex dictis Inno. in
c. qualiter, & quando. in. 2. de accuſa.
quē refert Ioan. Bernar. Diez, in pra-
cti. cri. cano. c. 135. vbi ad id allegat
text. in ca. 1. 23. quæſt. 5. in quo loco
optimis nititur rationibus probare
talem pœnam, ad triremes presbyte
ro nullo modo eſſe imponendam: &
an talis condemnatus loco eius ſer-
uum, vel aliam perſonā ponere poſ-
ſit: ex cauſa, puta ob infirmitatem vi
detur, quod ſic. l. in metallum. ff. de
pœnis, explicat optimè Ludo. Carre.
in practica criminali. §. fina. num. 12.
quæ ſanè pœnæ, & pœnitentiæ arbi-
trio iudicantis, augentur, & minuun
tur: ex circunſtantijs cōſiderata cau-
ſa, perſona, loco, tempore, qualitate,
quantitate, & euentu. l. aut facta. ff.
de pœnis. & l. reſpiciendum. ff. eod.
titu. c. de cauſis. §. fina. de offi. delega.
c. ſicut dignum de homi. l. 8. titul. 31.
part. 7. Superius pollicitus fuit diffe-
rentias & diſcrimina, inter abiuratio
26 nem de vehementi ſuſpicione, & ab-
iurationem de modica & leui ſuſpi-
cione referre. quæ ſanè differentiæ,
ſequentes ſunt.

¶Prima eſt, in forma & ſerie abiu-
rationis, nam vtraq; abiuratio, non
eiſdem verbis formatur: vt ex ſupe-
rioribus apparet.

¶Secunda differentia, reſpectu lo
ci: nam abiuratio de vehementi fit
ſolennis in conſpectu totius populi,
ſed de modica & leui in domo Epiſco
pi, vel coram Inquiſitoribus Chriſtia
nę fidei: vt in directorio Inquiſitorū.
3. parte, poſt principium. Et Iacobus
Septima. in inſtitut. Catholi. cap. 1.
nume. 10.

¶Tertia differētia eſt, quo ad pœ-
nam & pœnitentiam iniungendam,
prout modo dictum eſt.

¶Quarta & principalis differen-
tia eſt, quod abiurans hæreſim pro-
pter vehementem ſuſpicionē, ſi ite-
rum labitur in hæreſim, quamuis de-
lictum non fuiſſet plenè probatum
cenſetur relapſus. Quod aliter eſt, ſi
abiuratio propter leuem ſuſpicionē
facta fuiſſet, quod non cenſetur ab-
iurans relapſus, neque pœna relapſi
puniendus: licet in hæreſim abiura-
tam reincidat, cap. accuſatus de hæ-
ret. lib

re.lib.6.Sed hanc concluſionem limitat Ancharra. in dict. c. accuſatus,& Matth. de Afflictis. conſtitutionibus regni Siciliæ. tit. 1.colum. 8.niſi poſt leuem abiurationem inuentus fuerit verè hæreticus, & per legitimas probationes conſtiterit de illo crimine, de quo facta fuit abiuratio leuiter, quòd puniatur, vt relapſus, quam opinionem erroneam eſſe cenſeo, quia nimis dura eſt,& miſericordiam excludit:& nulla eſſet differentia inter abiurationem vehementem & leuem, quod de directo eſſet contra text.in.d.c.accuſatus, vidēdus eſt ergo de hac concluſione Paul.Grillan. de hæret. q. 10. & Iacob.Septi.in inſtitu.Catho.c.1.num.11.

## SINGVLARE II.

ABſens in cauſa criminali, ſi per annum in cōtumacia extiterit eius bona publicantur:taliter, quòd ſi poſt annum comparet poſt tria edicta, vel tres citatiōes, nonaginta dies continentes bona non recuperat, & omnes pœnas pecuniarias, à lege vel iudice poſitas luere tenetur. Sed admittitur ad corporalem defenſionē. Solutis prius expenſis,&. 6oo.dipondios pro homicidio,&.6o.pro contēptu,quę pœna deſprez vulgariter nūcupatur.l. 1.l.annus.l.fin.ff.de requi. reis.l. 2. C.eodem titu.glo. in verbo, probatum. in. c. veritatis de dolo & contu. glo. ſing.in parte condemnetur, in. c.excommunicamus.in.1.de hæret. lib.7. titu.8.par.3.& latius habetur in pragmatica huius regni, in hoc loco notandum eſt ſing. dictum Bal.in.l.1.nu.7.C.de requi.reis allegādo.l.ſi finita.§.ſi fortè.ff.damno infecto, &.l. 1.ff. ex quibus cau. maio. Quod ſi morbo, vel aliquo iuſto impedimento fuit impeditus, poteſt petere poſt annū reſtitutionem aduerſus annotationem bonorū, & impedimento probato bona conſequi. Et ibidē Bal.infert ad ſtatutū Peruſij, ꝙ in effectu habetur. l. 1.tit.3.lib.3.ordi. quod ſi quis non cōparet intra nouē dies habetur pro cōfeſſo, & in omnibus tanquam contra confeſſum & cōtumacē poteſt procedi:quod ſi talis non potuit propter infirmitatem cōparere, auditur petita reſtitutiōe. Idē tenuit idē Bal.in.l.2.ver. Sed quęro.ff.ſiquis ius vo.nō icrit.Hippo.cōſi.114. incip.circa quadā. nu.14.quo ad pœnas corporales indubitatū eſt, vt proximè retuli, quod omni tempore eſt audiendus. Et ſententia lata in abſentem, potius præſumitur lata propter contumaciā, quàm propter delictum abſentis.l.ſi adeo. ff.de euictio.l.præſens.C.de pigno.Hippo.ſingu.4.incipien.quamuis.

¶Sed ſupra dicta locū non habent in crimine hęreſis. Nam ſi aliquis cōtumax extiterit per annū continuū, lapſo anno, vt verè hæreticus damnatur.c. Cum contumacia.c. vt inquiſitionis in fine de hære.lib.6.c.excommunicamus,in.1.§.qui autem. eod.titu.l.32.titu.9. par.prima.& ita prædictam differentiam inter hoc crimen & alia crimina aſsignat. glo.in verbo condemnatur. in. d. §. qui autem, & Pau.Grilla.de hæret.quæſt.8.num.3. Alphon.Guerrero, in Theſa.religio. Chriſtianæ, titu.de hære.num. 21.& in directorio Inquiſitorum,part. 3.c. 124. & huiuſmodi præſumptio quæ oritur ex contumacia aduerſus hæreticum, eſt præſumptio iuris, & de iure, ideo non admittitur probatio in contrarium.l.antiquæ.C.ad Velleianum, glo.in.l.ſiue poſsidetis. C.de proba.glo.magiſtra.in.c.is qui fidem de ſponſa.glo.in cap.ex parte, de reg. glo.in cap.ferrum.5o.diſtinct. ſed hodie



die in noſtra Hiſpania aliter ſtatutū eſt, quòd quo ad pœnam corporalem auditur poſt annum, de qua re factū eſt ab inquiſitoribus decretum Barchinonenſe anno. 1533. quod refert. Iaco.Septi.in inſti. catho. capitul. 2. num.6.& licet communis intellectus ad dictum.cap.cū contumacia ſit quādo quis pro crimine hęreſis ſit excommunicatus tamen hodie in quolibet excōmunicato videtur habere locū, pro quacunq; re ſit excōmunicatus, vt patet in conci.Triden.capitu.3.in fine ibi, quicunq; excommunicatus, & ibi, contra eum tanquàm de hæreſi ſuſpectum ſeſsione. 25.de reformatione ſaltim vt procedatur contra eū tanquàm ſuſpectum de hæreſi.

## SINGVLARE. III. IIII. &. V.

### SVMMARIVM.

1 *Accuſare inuitus quis non compellitur.*
2 *Ex litibus, iurgia & contentiones oriuntur.*
3 *Quilibet in crimine hæreſis tenetur non ſolū denuntiare ſed etiam accuſare.*
4 *Quempiam pro reipublicæ defenſione mori oportet.*
5 *Hæreſis crimen quaſi cancer ſerpit.*
6 *Non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ qui manifeſto facinori deſinit obuiare.*
7 *Error cui non reſiſtitur approbatur.*
8 *Nullum crimen crimine hæreſis maius eſt.*
9 *Modicum fermentum (vt ait Paulus) totam maſſam corrumpit.*
10 *Oportet ab ouibus ſanis morbidam ſeparare.*
11 *Differentiæ & diſcrimina inter accuſationē & denuntiationem.*
12 *Denuntiationum genera.4.ſunt.*
13 *Regulam &.8.notandas ampliationes.&.3. fallen. vide.*
14 *Vnuſquiſque ſub præcepto tenetur coram iudice hæreticum denunciare.*
15 *Quod in religionem diuinam committitur in omnium fertur iniuriam.*
16 *Longè grauius eſt diuinam quam temporalē lædere mageſtatem.*
17 *Qui non denunciat hæreticum cenſetur ſuſpectus de hæreſi.*
18 *Pernicioſa eſt hæreticorum familiaritas.*
19 *Hæreticus etiam occultus denunciandus eſt.*
20 *Bonum publicum priuato præferendum eſt.*
21 *Abſq; aliqua præuia monitione hæreticus eſt denunciandus.*
22 *Nulla præcedente de crimine infamia eſt hæreticus denunciandus.*
23 *Non obſtante quacunq; fide & iuramento de non reuelando tenetur quis hæreticum iudici denuntiare.*
24 *Iuramentum temerarium, non eſt ſeruandū.*
25 *Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis.*
26 *De iuramento Gabaonitis præſtito ibi traditur.*
27 *Ignorantia facti prudentiſsimos ſæpe fallit.*
28 *Iuramentum ius ciuile propter eius excellentiam vocat Sacramentum.*
29 *Proprium etiam parentem quis tenetur denunciare.*
30 *Deo potius quàm parentibus obediendum eſt.*
31 *Impunè licet hæreticos occidere & bonis ſpoliare.*
32 *Hæreticus iam emendatus & correptus an ſit denunciandus.*
33 *Vt medicamenta proſunt morbis, ita iura negotijs.*
34 *Humanum iudicium ſæpe fallit & fallitur.*
35 *An ſeipſum denunciare quis teneatur.*
36 *Crimen hæreſis in confeſsione detectum non eſt denunciandum.*
37 *Maius eſt vinculum ſacramenti quolibet alio hominis præcepto.*
38 *Albericus reprehenditur & meritò.*
39 *Nonnullos caſus vide in quibus confeſsionem licet detegere.*
40 *Opinio authoris contra communem quòd nullo caſu confeſsionem detegere liceat.*
41 *Confeſsionis ſigillum eſt de iure diuino ſicut ipſa confeſsio.*

42 *Ius diuinum eſt immutabile.*

43 *Dictio omnino omnem caſum & diſpenſationem excludit.*

1 ACCVSARE inuitus quis nõ compellitur.l.vnica & in rubro & nigro.C.vt nemo inuit⁹ agere ſeu accuſare cogatur.l. fin.ibi compelli non poteſt.C. de vſuris pupillaribus.l. creditor.ff. de pigno.cap.Si primates.5.q.2.gloſſ.in.ca. quapropter.2.quæſt.7. Gloſ. in ca. licet.de accuſa. Gloſ.magna in fine in. cap.1.de libe.obla.notat Bart.in.l. in eum.ff.de accuſa. de qua relatiſsime Hiero.cagno.in reg. culpa caret. ff. de re.iu.& Ferdinandus Vazquez de Minchaca in controuerſia.16.& S. Tho.2.2.quæſt. 68. Soto. de iuſ.& iure.lib.5.quæſt.5.arti.1.&.2. Ratio eſt propter periculum & pœnam talionis ſi accuſationem ſuam non probauerit, ad quod periculum inuitus nõ eſt cogendus.l.liberorum.l. ſi cui cri-

2 men.ff. de accuſa. l. qui crimen. C. qui accuſa.non poſſunt. capit.tuæ.de procura.&.cap. qualiter, & quando in.2.&.ca.ſuper his de accuſa.l. 21.in fine.tit.1.par.7.& propter moleſtias, expenſas, vexationes, & ſolicitudines,quæ ex accuſationibus oriuntur. l.ſeruus non in omnibus. ff. de actio. & oblig.l. properandum in prin. C. de iud.cle. dudum in prin.de ſepul. Item habetur in lib. Prouerbiorum. cap.25.Quę viderint oculi tui ne proferas in iudicio cito,ne forte emendare non poſsis &.cap. 11. qui ambulat fraudulenter reuelat arcana amici, qui autem fidelis eſt celat amici commiſſum capitul. qui ambulat. 5.q. 5. ideo nullus inuitus tenetur accuſare.

3 ¶Quæ regula fallit in crimine hæreſis, quod quidem crimen quilibet tenetur non tantum denunciare,ſed etiam accuſare ſi illud teſtibus cõprobare poteſt,id aſſerit.S.Tho.1.2.quæſtio.68.art.1.dicens hiſce verbis ſi crimẽ fuerit tale quòd vergat in detrimentũ reipu.tenetur homo ad accuſandum dummodo ſufficienter poſſit probare,in quo loco Caietanus inquit, caue ignorantiam illorum qui putãt neminem teneri ad accuſationem.Idem tenet Alexan. de Ales in. 3.par.q.42. & Domi. de Soto de iuſt. & iure.lib.5.q.5.art.1.& in libro de ratione tegendi & detegendi ſecretũ mẽbro.2.q.5.concluſione. 2.Card.in c.Si peccauerit in te frater tuus.num. 29.2.q.1.& in.c.1.n.5.2.q.7.&Brunus de hære.lib.4.cap.7.Iaco. Septi.in inſtitu.catho.c.4.Duo deniq; requiruntur,vt quiſpiã ſub præcepto teneatur accuſare,quod crimẽ exiſtat cõtra bonum publicũ & in publicũ detrimentum reipu. & quod illud crimen probari poſsit, & alia via & remedio bono publico perfectè cõſuli nõ poteſt, ſecundũ Caie. vbi ſupra. Ratio huius noſtræ principalis concluſionis eſt, nam pro defenſione reipu. vnuſquiſque pugnare & etiã mori debet,cum ſeipſum ſimul & alios,defendat.l.poſt-

4 liminiũ.§.fili⁹. ff.de capti.& poſt li.reuerſi.l.veluti.vbi docẽtes.ff.de iuſt.& iure.vnde Cicero.lib.1. officiorũ vnicuiq; noſtrum chari ſunt parẽtes,chari liberi propinqui & familiares, ſed omnes hominum charitates vna patria complexa eſt. Vnde meritò omnes ad accuſandum hæreticum ſunt

5 obnoxij, cum hæreſis crimẽ reipub. Chriſtianæ ſit pernicioſiſsimum, vnde Paulus de hęreticis loquens inquit epiſtola. 2. ad Timotheum: Sermo illorum vt Cancer ſerpit, & in Leuitico habetur.capitul. 5. Si peccauerit anima & quis audierit vocem iurantis teſtiſque fuerit quod ipſe vidit aut conſcius eſt, niſi indicauerit portabit iniquitatem ſuam, quod ſane præceptum quia morale eſt manet in noua lege, tãquàm de iure naturæ.Et in Deuteronomio. cap.13.in hunc modum ſtatutum eſt.Si tibi voluerit perſuadere frater tuus,filius matris tuæ, aut filius tuus: vel filia, ſeu vxor quæ eſt in ſinu tuo, aut amicus quem diligis vt animam tuam clam dicens, eamus, & ſeruiamus dijs alienis,non acquieſcas ei neque audias, neque parcat ei oculus tuus vt miſerearis & occultes eũ. Vnde inquit tex. in capitu.2.de hære.hiſce verbis.Qui



6 alios cum poteſt ab errore non reuocat,ſeipſum errare demonſtrat.& capitul.negligere.2.quæſt.7.negligere, cum poſsis perturbare peruerſos nihil aliud eſt quàm fauere, neque caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare, & error cui non reſiſtitur approbatur text.in.cap.error.83.diſt.ob id egregiè affirmat diuus Ambroſius lib.2. officio.cap.24. quod vbi cõmune pe-

7 riculum eſt id diſsimulare peccatum non eſt leue,& Paulus ad Roma. cap. 1.non ſolum eos dignos eſſe morte qui malum faciunt,ſed qui facientibus conſentiunt: vt eſt notiſsima iuris regula:de qua in.cap. 1. de offi. de leg.& in.cap.mulieres,&.cap.nuper, &.cap.quantę vbi pleniſsimè docẽtes de ſententia excom. Et quia nullum

8 crimen grauius eſt,quàm crimen hæreſis,ideo confeſtim ſine mora aliqua ad accuſandum, denuntiandum,properandum eſt. Operationes animæ multò velocius & citius fiunt, quàm quæuis corporales actiones. Ideo vbi maius periculum vertitur cautius & velocius eſt agendum.l.1.§.ſed & ſi quis.ff.de Carbo. edicto. capitul.vbi periculum de electio.libr.6.ne modicum fermentum vt ait Paulus ad Gala.capitul.5.totam maſſam corrumpat.text.in.c.corripiantur in fine.24.

9 quæſt.3.ne per plures ſerpant dira cõtagia,ſeparare ab ouibus ſanis morbidam:ac pulchrè Hieronymus & habetur in.cap.reſecandæ.24.q.3.reſecandæ ſunt putridæ carnes,& ſcabioſa ouis à caulis repellenda, ne tota domus,maſſa, corpus, & pecora ardeãt corrumpantur, & putreſcant & inte-

10 reant. Arrius in Alexandria vna ſcintilla fuit,ſed quoniam ſtatim non fuit oppreſſus,per totũ orbem eius flamma populata eſt, & iuxta verum ſenſum doctorum. Illud Matthæi. capi. 7.ita intelligendum eſt, attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos. &c.intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Lupi ſanè iſti ſunt hæretici, qui arcendi ſunt à grege. Hodie verò per nouiſsimas inſtructiones decretum eſt, vt ſolus promotor fiſcalis accuſet hæreticos,vt teſtatur Iaco. Septi. in inſt. catho.capitu.4.num.2.&.5.in fi-

11 ne:eſt enim maxima differentia & diſcrimẽ inter accuſationem, & denunciationem. Et tanquàm diuerſa in libro.5.decretalium dicitur de accuſationibus,& denunciationibus: in accuſatione principalis intentio accuſantis eſt punitio criminis: in denunciatione verò, emendatio proximi, illuc tendit & ordinatur denunciatio, vt corrigatur, & emendetur denunciatus.cap.nouit.de iudi.c.Si peccauerit.2.quæſt.1.& accuſatio eſt alicuius criminis coram iudice competente ad vindictam & punitionem facta delatio.cap.ſuper his de accuſa.

12 l.cũ rationibus. C. qui accuſa, non poſſ. denunciationum verò genera. 4.ſunt, euangelica, canonica, iudicialis & regularis. Euangelica eſt illa quæ continetur Matthæi. cap. 18. & Lucæ.17.& in.cap.nouit de iudi.& in cap.Si peccauerit in te frater tuus.2. q.1.vbi pleniſsimè per iuris interpre-

tes:& dicitur euangelica,quia ab euã
gelio ſumpta fuit. Et denunciatio ca
nonica eſt, manifeſtatio criminis,nõ
ad vindictam publicam ſicut accuſa-
tio,ſed vt coerceantur crimina ne vl
tra procedãt.c.inquiſitionis. c. ſuper
his de accuſa.c.licet Heli. de ſimo. &
dicitur canonica, quia à iure canoni-
co inuenta.ſed inter hanc & denun-
ciationem fraternam nihil aut parũ
intereſt.Licet Inno. in dict. capit.no-
uit, & Dominicus de So. vbi ſup. &
ſummiſtæ non nullas differentias ni-
tuntur referre:alia eſt denunciatio re
gularis,quæ fit in religionibus ſecun-
dum conſtitutiones & regulas ſuarũ
religionum,in qua denunciatione or
dinem iudiciarium ſeruare minimè
opus eſt.ca.Si homo eſſes. 23. q. 1.ca.
ad noſtram de appella. capit. illa pro-
poſitorum. vbi.glo.&Doc.de accuſa.
13 4.denunciatio eſt iudicialis quę fit co
ram iudice de qua noſter ſermo eſt ha
bendus & vt methodice in hoc arti-
culo procedam.
14 ¶Regulam &.8.ampliationes atq;
tres fallentias conſtituam. Sit igitur
regula & axioma, quòd vnuſquiſque
tenetur ſub præcepto coram ordina-
rio,vel inquiſitoribus hæreticum de-
nunciare.capitul.ſecundo. vbi gloſſ.
& Doct.de hære.capitu.qua propter.
2.quæſt.7.Inno.in. capitu.1. de teſti.
cogen.S.Tho.2.2.quęſt.70. articu.1.
Archidiaconus, in capit. Si peccaue-
rit. num.29.2.quæſt.1.Gundiſſ.de Vi
lla.de hære.q.6.num.4.Alphon.de Ca
ſtro,de iuſta hęret.punitione.lib.2.c.
25.Domi. de Soto, de iuſtitia & iure.
lib.5.quæſt.5.arti.2. Fernandus Vaz-
quez à Menchaca in controueſia. 16.
num.4.Iacob.Septi.in inſtitu. catho.
c.18.Nam pro ſalute communi con-
tra hoſtes communes, eſſe oportet
communem omnibus vigilãtiam &
ſolicitudinem,neque illius diſsimula
re debemus opprobrium qui probra
noſtra deleuit, vt formalibus verbis
textus vtar in.capi.in nonnullis in fi-
ne de iudæ. & Sarra. & in aut. vt non
luxurientur homines contra natu-
ram.§.1.colum.6. & quòd contra re-
ligionem diuinam cõmittitur in om
15 nium fertur iniuriam.verba ſunt tex.
in capitu.Manichæos. C. de hæretic.
l.2.C.de apoſta. & longè grauius eſt
diuinam quàm temporalem lædere
maieſtatem. Ita, hiſce verbis inquit
tex.in.capitu. vergentis de hære. &
16 in aut. modò citato, ob id hoc crimẽ
eſt publicum & non priuatum, eius
accuſatio,denunciatio, & perſecutio
omnibus competit.capi. pręſumunt.
2.quæſt.7.lex regia.2.titu.26. par.7.
17 ¶Primo ampliatur dicta concluſio,
quòd vſq; adeo veram eſſe dicimus,
quòd qui non denunciat, vel reuelat
ordinario, vel inquiſitoribus hæreti-
cum,reputatur & ſuſpectus violenter
de hæreſi,affirmat Alphon.Caſtro de.
iuſt.hæreti.puni.li.2.ca.25. poſt prin.
cui in hoc articulo aduerſari videtur
Iaco.Septi.in inſtitu.catho.cap.18.in
fine,quæ ſane, concluſio maximũ in
ſe rigorẽ continet: quod ex eo tan-
tum quòd non reuelat hæreticum,cõ
ſeatur violenter ſuſpectus de hæreſi.
Sed in hoc caſu meo iudicio huiuſmo
di concl. ſuſtineri poteſt, ſi vltra ſciẽ
tiam & taciturnitatem prædictam
cum hęretico vel lapſo in hæreſim cõ
uerſatur, & ei eſt nimis familiaris &
amicus,tunc contra non denuncian-
tem violenta oritur præſumptio, ita
expreſſe tenuit Hoſti. §. qualiter de-
prehẽdatur.nu.4. Et Alphonſus Alua
rez Guerrero in Theſauro religionis
Chriſtianæ.titu.de hære. num.9.in fi
ne:& idem Alphõſus de Caſtro.de iu
ſta.hæreti.puni.lib.2.capitu.17.iuxta
vulgatũ prouerbiũ,ſimiles cũ ſimilib9
facillimè cõgregantur, & ſacra teſtat̃





Scriptura: Cum ſancto, ſanctus eris:
& cum peruerſo,peruerteris: & Pro-
uerbiorum.13.Qui cum ſapientibus
graditur, ſapiens erit, & amicus ſtul-
torum ſimilis efficitur:& cap.22.No-
li eſſe amicus homini iracundo,neq;
ambules cũ viro furioſo, ne fortè di-
ſcas ſemitas eius.
19 ¶Secundò,dicta regula ampliatur
etiam ſi crimen hęreſis ſit occultum,
nihilominus iudicibus Eccleſiæ illud
vnuſquiſq; tenetur denũciare, quod
probatur in Deutero.ca.13.ibi, clam
dicens: Eamus,& ſeruiamus dijs alie-
nis,non quieſcas ei,neque audias, ne
que parcat ei oculus tuus, vt miſerea
ris,& occultes eum. S. Tho.2.2.q.33.
art.3.&.q.70.art.1. Hoſtiẽ.in ſumma
de hæret. §. qualiter deuitentur.nu.
5. Inno.in. c.1.de teſti.cogen.Cardi.
in.c.Si peccauerit.num. 29.2.q.1.Al-
phon. Caſtr. de iuſta hæreti.puni.lib.
2.c.25.Gundiſſaluus de Villadieg.de
hæret. q. 6.nume.4.&.q.10. nume.7.
Iacobus Septi. in inſtitu Cathol.cap.
18.in fine, &.c.42.nume.10.vbi alle-
gat Leonem Papam in ſermone.4.de
collectis,dicentem:Manichæos vbi-
cunque latentes veſtris presbyteris
publicare.magna eſt enim pietas pro
dere latebras impiorum, & ipſum in
eis cui ſeruiunt diabolum debellare,
20 & hoc eſt publicum bonum, quod
priuato præferendum eſt.l.actione.
§.labeo.ff.pro ſoci.cap.ratio nulla de
præben. ideo hæc peſtis reipu. Chri-
ſtianæ nocentiſsima etiam occulta
reſecanda eſt.Quę vt cancer, vt dicit
Apoſtolus, dicitur ſerpere.Sed Ioan.
Andr. in. c.nouit de iudi.tenet quòd
in peccato omnino occulto taliter
quòd probari non poteſt, locum nõ
habere hanc denunciationem, di-
cens, quod talia omnino occulta di-
uino iudicio ſunt relinquenda. ca. Si
omnia.6.quæſt.1.& propter charita-
tem peccatum occultum proximi,
tenetur quis celare. cap. Si ſacerdos
de offic.ordi.c.Chriſtus.1.quæſtio.1.
quod ſanè iuuatur per text.in.c.qua-
liter, & quando, in primo, in fine de
accuſa. vbi iudex, qui ſuper ſtatum
Eccleſiæ generaliter inquirit,non po
terit teſtes aſtringere ad occulta de-
licta reuelãda,additur text.qui in ſpe
cie, hoc probare videtur in Cle. no-
lentes de hæret.ibi, ſecretè nouerint
talia commiſiſse, arguere & corrige-
re ſtudeant in ſecreto: vbi probatur,
quòd delictum quod probari nequit
iudici minimè eſt denunciandum.
Quod etiam probatur ratione, ſi de-
lictum eſt omnino occultum, quid
prodeſt denunciatio & iudicialis au-
thoritas, cum deficiẽtibus probatio-
nibus, & indicijs tortura, & alia iuris
remedia ſileant. Peccatum omnino
occultum quadrupliciter conſidera-
tur: vt aſſerit Dominicus de Soto, in
locis ſuperius citatis, & melius atque
elegantius Card. de Turre Cremata,
in.d.c.Si peccauerit.num.23.vbi ple-
niſsimè de peccato occulto plurima
notatu digna ſcripſit,mea quidẽ ſen-
tentia quocunq; modo conſideretur
peccatum, ſeu crimẽ omnino occul-
tũ,illud,ſi eſt crimen hæreſis quis ſub
præcepto tenet̃ denũciare,nã iura &
rationes modo relatæ in alijs crimini
bus procedũt:& tex.in.d.Cle.nolen-
tes procedit, quãdo prætextu officij
officiales & cõmiſſarij hæreticæ pra-
uitatis, munera, aut pecunias acci-
piũt. Nõ tñ ſi in hæreſim ſunt lapſi,&
cũ citra crimẽ hæreſis in alijs delictis
tex.ille loquat̃,concluſioni noſtræ in
nihilo aduerſatur,quem text. perpe-
ram ac malè intelligit Gundiſſ. de Vi
llad.de hære.q.10.num.8.in fine.
21 ¶Tertiò ampliatur prædicta regu
la, quod abſque aliqua præuia moni-
tione, vnuſquiſque hæreticum tene-

tur denunciare, taliter, quòd non eſt
neceſſarium prius admonere, ſeu cor
rectione fraterna corrigere. Gundiſ.
de Villadie. de hæret. quæſt. 10. num.
6. Alphon. de Caſtr. lib. 2. c. 25. de iuſt.
hære. puni. Iacob. Sept. in inſtitu. Ca-
tho. c. 42. num. 10. cum ſequentibus.
Domi. de Soto, de ratione detegen-
di ſecretum membro. 2. q. 4. regulari
ter verò in alijs criminibus à denun-
ciatione repellitur, qui non præmo-
nuit. c. 2. c. ſuper his. c. cum dilecti. c.
qualiter, & quando, in. 2. de accuſat.
quia hoc crimen reipub. Chriſtianæ
eſt nimis pernicioſum, & mora in nõ
denunciando illud potuiſſet eſſe val
dè nociua. Sed S. Tho. 2. 2. q. 37. artic.
7. quem Doctores modo citati refe-
runt, tenuit: quod ſi crimen eſſet oc-
cultum, & quiſpiã firmiter exiſtima-
ret, quod ſtatim per ſecretam admo-
nitionem poſſet huiuſmodi mala im
pedire, & quòd hæreticus emendabi
tur, & reipu. nocumenta ceſſabunt,
quòd in hoc caſu prius eſt monẽdus,
vt puta ſecundum Dominicũ de So-
to, vbi ſupra. Si corripiẽs eſſet vir ma-
gnæ authoritatis, & hæreticus admo
nendus eſſet homo timidus, ſed in v-
troq; caſu tutius & rectius eſt, vt con
feſtim abſque monitione aliqua de-
nuncietur, maximè ſi hæreticus ſit
dogmatizans, vt ſunt ferè omnes hæ
retici, neq; huic aduerſat cõcluſioni
ſacræ Scripturæ authoritas Matth. c.
18. videlicet: Si peccauerit in te frater
tuus, corripe illũ: vbi Saluator noſter
nobis pręcepit delinquentẽ, ſeu pec-
catorẽ priús corripere, quàm Eccle-
ſiæ dicere & denũciare: hæretici enĩ
nõ cenſent fratres, ſed extranei: quia
non filij Dei, quemadmodũ Chriſtia-
ni, ſed filij diaboli cẽſentur, q; proba-
tur authoritate Pauli, Epiſto. 1. ad Co
rin. c. 5. dicentis. Si quis frater nomi-
natur, &c. vt doctiſsimè & Catholicè
more ſuo explicat Alphon. de Caſtr.
in. d. c. 25. prope finem.
22 ¶ Quartò ampliatur dicta regula,
quòd in hoc crimine hęreſis ad denũ
ciationẽ, & ad inquiſitiònẽ per iudi-
cẽ faciendam proceditur, nulla præ-
cedente de crimine infamia. text. eſt
in. c. excõmunicamus, in. 1. §. adijci-
mus. de hæret. vbi Cardinalis inquit
alibi tex. nõ legiſſe. & ibi Ioã. de Ana.
nu. 2. idẽ Cardi. in Clem. 2. q. 2. de hæ
reticis. Bar. in extraua. ad reprimen-
dũ in verbo, inquiſitionẽ. Quomodo
in crimine læſæ maieſtatis proce. Lu-
do. Carre. de hæret. nu. 110. in alijs ve
rò criminibus regulariter oportet ad
inquiſitionẽ faciendam, famã, ſeu in-
famiam delicti pręcedere. c. cũ opor-
teat. c. qualiter & quãdo. in. 2. c. inqui
ſitionis, de accu. c. licet Heli. de ſimo.
c. Deus omnipotens. 2. quæſt. 1. l. 1. in
fine. tit. 17. par. 3.
23 ¶ Quintò ampliatur prædicta re-
gula, quempiam ſub pręcepto teneri
hæreticũ iudici denunciare: non ob-
ſtante quacunq; fide, aut iuramento
de non reuelando, ſeu denũciando,
ita docet S. Tho. 2. 2. q. 70. & art. 2. ibi,
ſi pertineat ad corruptionẽ ſpiritua-
lem, vel corporalem multitudinis, il
lud quis propalare tenetur teſtifican
do, vel denunciando, & cõtra hoc de
bitum obligari nõ poteſt per ſecreti
commiſſum: nam eſſet frangere fidẽ
quam alteri debet, id eſt, bono publi-
co & religioni Chriſtianæ, de quo o-
ptimè Barba. in. c. nouit. nu. 230. de iu
di. & Iac. Sep. in inſtit. Catho. c. 18. in
fin. & c. 45. nu. 14. & quamuis præfa-
ti iuris interpretes, ad id, neque iura,
neque rationes allegent, ipſe tamen
allego tex. in. c. quemadmodum. §. fi-
nali, de iureiuran. vbi vir qui iurauit
non accuſare vxorem de adulterio,
non obſtante iuramento poterit
denunciare: item tex. in. c. intimauit





de teſtibus de eo qui iurauit teſtimo-
nium non dicere. cap. quia propter. 2.
quæſt. 7. glo. fin. in fine in ca. illa præ-
poſitorum. de accuſa. tanquàm teme
rarium huiuſmodi iuramentum, &
contra bonos mores & religionem
Chriſtianam minimè eſt ſeruãdum:
neque iurantem obligat. cap. quinta
vallis. c. ſicut in. 2. c. tua nos de iureiu-
ran. c. 1. 22. quæſt. 4. regula iuris notiſ-
ſima, non eſt obligatorium contra bo
nos mores præſtitum iuramentum.
de regul. iuris. libr. 6. & regul. in malis
24 promiſsis fidem non expedit obſerua
ri. l. generaliter. ff. de verbo. obliga. l.
iure gentium. §. & generaliter. ff. de
pactis & non debet eſſe iuramẽtum
vinculum iniquitatis. cap. quanto. de
iureiuran. cap. inter cætera. 22. quæſt.
4. ibi, iuramentum non fuit inſtitutũ
vt eſſet vinculum iniquitatis, præſer-
rim quòd hoc eſt ius publicum: quòd
quippe, in rebus ſacris, & Sacerdoti-
bus & magiſtratibus cõſiſtit: vt inquit
tex. in. l. 1. §. hui⁹ ſtudij. ff. de iuſt. & iu.
l. 2. §. poſt originem. ff. de ori. iuris. aut.
matri & auiæ. §. fin. col. 8. & ius publi
cum priuatorum pactis mutari ne-
quit. l. ius publicum. l. inter debito-
rem. ff. de pactis. l. teſtamenti factio.
25 ff. de teſta. capitu. ſi diligenti de foro
comp. Si quiſpiam obiecerit de iura-
mento Gabaonitis præſtito, vt habe-
tur in libro Ioſue. capitu. 9. ibi iuraui-
mus eis in nomine Domini, ideo non
poſſumus eos attingere, & tranſum
ptiue in capitul. venerabilem, in fine
de electio. & in capitul. inter cætera,
& cap. innocens. 22. quæſt. 4. vbi Do-
minus præcepit filijs Iſraël, vt non ini
rent fœdus neque amicitias cum Ga-
baonitis. Sed eos in ore gladij occi-
dant, & contra hoc præceptum Do-
minicum eis aſſerentibus ſe eſſe de
partibus longinquis, fœdus & con-
cordia fuit iureiurando inita. Cogni-
ta poſtea fraude, quòd erant Gabao-
26 nitæ pepercit eis Ioſue propter iura-
mentum ſeniorũ Iſraël: multis enim
de cauſis videtur non fuiſſe huiuſmo
di iuramentum ſeruandum. Primo
quia error fuit in perſona, credendo
non eſſe Gabaonitas: nihil enim con-
ſenſui tam contrarium eſt quàm er-
ror: l. 2. ff. de confeſsis. l. nihil conſen-
ſui. §. non videtur de regu. iur. ff. Secũ
do propter dolum & fraudem quæ
fuit cauſa iuramenti. cap. cum contin
gat. in fine de iureiur. ibi. vi aut dolo
extortum. Tertio quia contra præce
ptum Domini & tale iuramentũ non
eſt obligatorium, vt abundè ſuperius
dictum eſt: his omnibus reſpondere
poſſumus ex mente text. in. dicto. ca.
innocens, in fine, quòd in principio
credebant filij Iſraël ſuum iuramen-
tum eſſe licitum, propter ignoran-
tiam facti, credendo illos non eſſe
Gabaonitas, quæ quidem ingnoran-
tia cum ſit facti excuſat. l. iuris igno-
norantia. C. qui admitti. reg. ignoran
tia facti de. reg. iuris. lib. 6. facti igno-
rantia prudentiſsimos ſæpe fallit, vt
27 inquit iuriſconſultus Neratius in. l.
2. ff. de iuris & facti ignoran. vel quòd
Gabaonitis data fuit mors ciuilis lo-
co mortis naturalis, cùm in ſeruitu-
te filiorum Iſrael fuerunt poſiti. Quę
mors ciuilis morti naturali æquipara
tur. l. interdicit in fine. ff. de condi.
& demonſtra. l. ſeruitutem mortali-
tati ferè comparamus. ff. de regulis
iuris. vel quòd illud virtuti & effica-
ciæ iuramenti tribuamus, vt annue-
re videtur tenor literæ in dict. cap. 9.
Ioſue, ibi, iurauimus eis in nomine
Domini, ideo non poſſumus eos con
tingere, ex eo quod nephãdiſsimum
eſſe iudicabant, iuſiurandum: vt po-
28 te rem ſacram & religioſiſsimam frã-
gere. Ideo ius ciuile iuramentum, ſa-
cramentũ & iuriſiurandi religionem

vocat. l. 1.ff.de iureiuran.l.2.C.eod. titu.Aut.Sacramenta puberum.C.ſi aduerſus vendi.

29 ¶Sextò ampliatur, quòd etiã proprium parentem in hæreſim lapſum filius tenetur denũciare. Alphon. de Caſtro,lib.2.de iuſta hæret.pu.ca.fin. Pala. Rub. in repe.c. per veſtras.§.17. nume.7.fol. 65.de dona.inter virum & vxorem.Iacob.Septi.in inſtitu.Catholi. cap.29.nu.10.quia potius Deo quàm parentibus obediendum eſt. cap. relatum de ſententia excommu

30 nica.ca.quiſquis metu. 11.quæſt.3.& ſi filio liceat occidere patrem oppugnantem patriam.l.minimè.ff.de Re li. & ſumpt. fune.l.12.titu.18. part.2. à fortiori licebit patrem fidei Catholicæ oppugnatorem, filio denunciare. Doctores modo relati, vnum notatu dignum affirmant, quod filius qui denũciat patrem hæreticum ab infamia,& alijs pœnis cõtra filios hæreticorum in iure ſtatutis liberatur, imò meo iudicio, maximam laudem & præmium meretur.argu.tex. ſing. l. quiſquis.§ fina.C.ad.l.Iul.maieſt.l. 5.tit. 2.part.7.& quod de filio denunciante dictum eſt. Idẽ,de patre, vxore, marito, fratre, & in alijs perſonis coniunctis meritò dicendum eſt, vt in.d. ca.13.Deuteronomij, expreſſè cautum eſt,

¶Septimò ampliatur, etiam ſi immineat periculũ denũcianti. S.Tho. 2.2.q.70.in prin.& Domi.de Soto,in locis ſupra citatis: in crimine enim hæreſis agitur de bono communi, quod particulari bono præferendũ eſt, per iura ſuperius allegata, ſi pro defenſione rei, quis tenetur mortem ſubire. l.minimè. ff. de reli.& ſumpt. fun.l.12.titu.18.part.2. à fortiori pro defenſione fidei, & religionis Chriſtianæ.

31 ¶Octauò ampliatur, nõ ſolum denunciare & accuſare: vt ſatis diffuſè dictum eſt: ſed propria authoritate cuilibet Catholi. licet hæret. capere & bonis ſuis expoliare, & impunè occidere. Aut.gazaros. C. de hæret. ibi. diffidamus, atq; bãnimus.c.ſi audieris, vbi glo.in verbo necabis. 23.q.5. cap. excommunicamus.in. 2.§. Catholi. de hæret. Ioan. Monachus, & Ioan. Andr. in.c.præſidentes, de hæret. libro.6.Ludo. Carrer.de hæret.§. nunc de pœnis. num.7.Gundiſſal.de Villa. de hæret.q.24. per totam quæſtionem: & in Deuteronomio.c. 13. ibi, vt miſerearis & occultes eum. Sed ſtatim interficies. Sit primum manꝰ tua ſuper eum, & poſt te omnis populus mittat manũ. &.c.17.ibi, Ad portas ciuitatis lapidibus obruentur.& 4.lib. Regum, ca.12.&. 23.& in libro Machabæorum.c.2.ibi, Acceſſit quidam Iudæus in omnium oculis ſacrificare idolis, quem vidit Mathathias, & doluit,& contremuerunt renes eius, & accenſus eſt furor eius, & inſiliens trucidauit eum ſuper aram.& in lib. Nume.c.25.ibi, Occidat vnuſquiſque proximos ſuos, qui adorauerunt deos alienos: ſed ſecundum Archidia. in. d.c.præſidentes.de hæret. libro.6.tutius eſt, quòd omnia ſupradicta authoritate iudicis, & non propria fiant.

32 ¶Primò, dicta regula fallit, quando certiſſimum eſſet, hæreticum iam omnino eſſe emendatum, quo caſu, quis non tenetur eum denunciare. S. Thom. 2.2.quæſt.33.artic.7.ibi. Si fortè aliquis firmiter exiſtimaret, quòd ſtatim per ſecretam admonitionem poſſet huiuſmodi mala impedire, quem referendo ſequitur Domini.de Soto, de iuſti.& iure.lib. 5.q. 5.art. 1.poſt principium.& Minchaca in controuerſia. 16.num.4.in quo loco id accuratiſſimè explicat, huius dicti





dicti poterit eſſe ratio de regu. iuris notiſſima, quod deficiẽte cauſa, quæ erat efficax ad aliquem actum, vel effectum producendum, deficit ipſe actus,& eius effectus.l.fina.ff.de teſta. tute. c.cum ceſſante de appella. c.cũ infirmitas de pœni.&remiſſ.Ergo cũ quis iam eſſet emendatus, ceſſat peccatum,& per conſequens eius denũciatio, & quæ medicamenta proſunt morbis, hæc iura negocijs, vt Imperatoris verbis vtar in Authen.hæc conſtitutio, quæ innouat conſtitutionẽ in principio, col.8.c.cæterum de iura. calu. ca. omnis vtriuſque ſexus de

33 pœniten. & remiſſionibus, ibi, more periti medici ſuper infundat vinum, & oleum vulneribus ſauciati, ſed rectè valentes, neque medico, neq; medicamento, vt ſacra teſtatur Scriptura, indigent: eadem ratione correcti, ſeu emendati denunciatione: verum quia difficillimum eſſe iudico, quempiam de conuerſione & correctione alicuius firmam exiſtimationem & credulitatem habere, hominis enim iudicium ſæpe fallit, & fallitur. cap. fraternitatis de frigidis.

34 cap.lator. &. c. conſanguinei. de re iudica. ca.à nobis eſt ſæpe quæſitum. de ſententia excommuni. ob id denunciatione in hoc caſu vti, tutius & rectius eſſe arbitror.

35 ¶Secundò fallit in hæretico occulto, qui ſeipſum prodere & denunciare non tenetur.S.Thom.2.2.queſtio. 69.art. 1.&.2. allegando illud Chryſoſtomi, ſuper epiſtolam Pauli ad Hebræos. Non tibi dico, vt te prodas, ſed reuela ante Deum viam tuam, & habetur in.c.quis aliquando. de pœnit. d.1.vnde facilè colligitur, neminem teneri crimen ſuum reuelare, niſi in ſacramento confeſſionis, quàm opinionem amplectitur Dominicus de Soto, de ratione tegendi & detegendi ſecre. membro. 2. quæſt.7.& Iaco. Septim. qui in ſpecie in crimine hæreſis loquitur in inſtitu.Catho.ca.42. nume. 12. ſed ſi delictum non eſt occultum, ſed contra reum, de delicto ſunt indicia, vel infamia, iudici veritatem dicere reus tenetur, vt aſſerũt prædicti Doctores,& optimè Bernar. Diez de Luco in practi. Cano.c.118. allegando Caietanum in. d. quæſtio. 69. quod etiam eo caſu quod præcedat infamia & indicia, debent manifeſtari reo, vt ſciat ſe eſſe in tali articulo conſtitutum, quod tenetur iudici obedire, & vt poſſet ſe purgare, alioquin iudex iniuſtè interrogat, & reus veritatem fateri non tenetur, quæ opinio altiori eget indagine, & tanquam neotherica in actu practico non verſatur.

36 ¶Tertiò fallit, quotiens in confeſſione ſacramentali, crimen hæreſis quis cognouit, quòd confeſſionem & crimen, non obſtante quacunque excommunicatione, vel præcepto iudicis, celare & non prodere tenetur. c.omnis vtriuſque ſexus de pœniten. & remiſſi.ibi, caueat autem omnino ne verbo, vel ſigno, vel quouis alio modo, prodat peccatorem. c.dilectꝰ de exceſſi.præla. c. ſacerdos de pœniten.diſtin.6. vbi doctiſſimè more ſuo Martinus ab Azpilcueta plures huiꝰ ſanctiſſimi decreti rationes ſcripſit, videlicet, quòd naturæ iura id præcipiunt. Item quod in illo actu ſacramentali ſacerdos Dei vices gerit. Itẽ quod confeſſio à nemine fieret, & à nemine amaretur, imò eſſet omnibꝰ exoſa, niſi ſummè eius ſecretum ſeruaretur: & S. Thom.2.2.q.70.arti.2.

37 inquit hiſce verbis, de his quæ homini ſunt commiſſa in ſecreto per confeſſionem nullo modo debet dicere, neque teſtimoniũ ferre, quia hæc nõ ſcit, vt homo, ſed tanquam Dei mini-

ſter, quia maius eſt vinculum ſacra-
menti, quolibet hominis præcepto,
hoc in loco ſilentio omittenda non
ſunt verba Alberici de Roſatis, in ru-
bri. C. de hæret. num. 4. dicẽtis: quòd
vnum ſpecialiſsimum eſt in hoc cri-
mine hæreſis. Quod ſacerdos confi-
tentem ſibi hæreſim, poteſt manife-
ſtare, quod non eſt in alijs peccatis,
vt notatur per Archid. de pœni. diſt.
6. quæ opinio Alberici erronea eſt, &
in concluſione & allegatione mere-
38 tur reprehendi. Archidia. quem ipſe
allegat illam opinionem non tenuit
ſed oppoſitam, in. d. c. Sacerdos. nu. 3
dicens: pone quod aliquis confite-
tur incidiſſe in hæreſim, ſed non vult
abſtinere, vel vult ſe abſtinere, nõ ta-
men vult alios hæreticos, vel eorum
fauores notificare, quid faciet iſte ſa-
cerdos? dic ſecundum Rainerium,
quod poſsit reuelare talibus, qui poſ-
ſunt prodeſſe, & non obeſſe. 22. q. 5.
cap. hoc videtur, primò præciſè hoc
videtur, quod non ſit ſacerdos aſtri-
ctus propter vim pœnitentiæ, tum
quia ille non agit pœnitentiam, tum
etiam, quia nõ ſeruat fidem, cum ſit
hæreticus & infidelis, & ideo tali nõ
eſt fides ſeruanda. 23. quæſt. 1. c. noli.
alij dicunt, quod ſacerdos debet adi-
re Epiſcopum, & dicere ei, vigila ſu-
per gregem tuum, quia lupus eſt in
grege: & tutius eſt ſecundũ Hoſtien
ſem, in ſumma de pœniteņ. & remiſ-
ſio. §. in quo tenetur. eſt Hoſtien. ibi.
nume. 53. Sed nuper in Concilio Tri
dentino, ſeſsione. 24. c. 6. de reforma-
tione ſtatutum fuit, quòd de crimi-
ne hæreſis ſolus Epiſcopus, & nõ eius
Vicarius, ſeu quilibet ſacerdos in fo-
ro conſcientiæ poſſet abſoluere. an
de obſeruantia illius. c. aliqua incon-
uenientia oriantur, aliorum iudicio
relinquo, nonnullos caſus, in quibus
confeſsionem liceat detegere, refe-
runt Doctores in. 4. diſtin. 21. & Abb.
& alij in dict. c. omnis. & in dict. c. di-
39 lectus de exceſsi. præ. & Martin⁹ Na-
uarrus in. d. c. Sacerdos. & Silueſter in
verbo. confe. 3. num. 4. cum ſequent.
Abb. in. c. ſignificaſti de adult. Feli. in
c. teſtimonium, circa finem de teſti.
Et in. c. 1. de exceptio. Et Iacobus Se-
pti. in inſtitu. Catho. ca. 42. in ſine, &
Dominicus de Soto, de ratione tegẽ-
di ſecretum membro. 3. quęſt. 4. vide
licet, quando hæretici ſimulata con-
feſsione peruertere moliuntur ipſos
ſacerdotes, optimè Doctor de Medi-
na. lib. de pœnitentia. titu. de confeſ-
ſione celanda. &. 6. caſus, in quibus
confeſsionem detegere liceat accu-
ratiſsimè, & ſatis diffuſè refert Fran.
de Ripa. in lib. 3. de peſte. nume. 103.
40 cum ſequentibus: mea ſanè ſenten-
tia tutius & melius eſſe exiſtimo, ſal-
ua tantorum Doctorum authorita-
te, quòd nullo vnquam caſu confeſ-
ſionem Sacramentalem detegere li-
ceat, tum vt prædicti Doctores faten
tur, quia confeſsionis ſigillum eſt de
iure diuino, vt ipſamet confeſsio, &
41 ius diuinum eſt immutabile, & omni
tempore, & caſu firmum permanet,
42 nulloque pacto, vel lege humana tol
li nequit. ca. nulli fas ſit. 25. q. 1. verba
formalia ſunt. nulli fas ſit diuinas cõ-
ſtitutiones tollere. c. fin. de conſue. &
in. §. ſed naturalia quidem iura. inſti.
de iure natu. gen. & ciuili, optimè
Abb. in. c. quia in Eccleſiarum. num.
18. de conſti. optimè Card. de Turre
Crem. in ſumma de eccleſia. lib. 2. ca.
107. Et Dida. de Coua. in lib. 1. reſolu.
cap. 17. nume. 8. & in. 4. de ſponſa. fol.
78. Tum etiam quia hoc confeſsionis
ſigillum, in fauorem totius religio-
nis Chriſtianæ fuit inſtitutum, ob id
priuatorum pactis & conuentioni-
bus non tollitur. c. ſi diligenti. de fo-
ro. compe. c. contingit in princi. de
ſenten.



ſenten. excommu. l. ius publicum. ff.
de pactis. l. nec pignus. §. priuatorum
cõuentio. ff. de reg. iuris, & id annue-
re videtur text. ſi rectè inſpiciatur in
d. c. omnis. §. caueat autem omnino
ſacerdos, & ibi aliquatenus prodat,
ponderando particulas illas aliquate
nus, & omnino quæ dictio, omnino,
omnẽ caſum, & diſpẽſationem exclu
dit. ca. qualiter, & quãdo de iudi. ibi,
quod omnino fieri prohibemus, &
ibi Abb. nume. 18. glo. in verbo om-
nino, in ca. fina. de offi. delega. libr. 6.
alia in Clem. 1. verbo omnino de vita
& honeſta. cleri. diffuſè. Tiraquel. in
repet. l. ſi vnquam, in verbo, reuerta-
tur. num. 66. C. de reuo. dona. Et quã
do ſacerdos reuelauit confeſsionem,
cui potius fides adhibenda eſt ſacer-
doti aſſerenti illud extra confeſsio-
nem ſciuiſſe, & non in confeſsione,
At pœnitenti dicenti in confeſsio-
ne dixiſſe, præſumendum eſt contra
ſacerdotem illud habuiſſe in confeſ-
ſione, niſi doceat aliunde ſciuiſſe, pœ
na tamen ordinaria non eſt punien-
dus, quia apertè non conuincitur de
delicto. Hoſti. Abb. & Cardi. in. d. c.
omnis vtriuſque ſexus. Lapus allega.
94. Feli. in. c. 1. colum. 1. de exceptio.
Barba. ſing. in conſi. 70. incip. ſapien-
ter. vol. 2. mirabiliter Fran. de Ripa. in
tractatu de peſte. lib. 3. nu. 106. Ioan.
Bernar. Diez de Luco, in practi. cri-
mi. cap. 102. circa finẽ, Martinus Na-
uarrus in cap. Sacerdos. num. 163. de
pœnit. diſtin. 6. vbi ad id in caſu ſimili
allegat dictum ſing. Inno. in. c. quia
veriſimile de præſumptio.

## SINGVLARE VI.

### *SVMMARIVM.*

1 *Inſcriptio in accuſatione de iure neceſſaria eſt.*
2 *Qua ratione à iure inſcriptio fuit inuenta.*
3 *Publica fama excuſat à pœna talionis.*
4 *Dictum vnius teſtis à pœna talionis liberat.*
5 *Trahens ad iudicium per calumniam, etiam in cauſa ciuili puniendus eſt: aliàs, nu. 2.*
6 *In crimine hæreſis inſcriptio minimè neceſſaria eſt.*
7 *Inſcriptio hodie non eſt de conſuetudine, niſi in curia Romana.*

ACcuſator debet ſe
inſcribere ad pœnã
talionis, & dare fide
iuſſorem de lite pro
ſequenda. l. libello-
rum. l. ſi cui crimẽ.
ff. de accuſa. l. pen. C. eodem. tit. l. qui
crimen. C. qui accuſa. non poſ. c. tuæ
de procu. cap. qualiter, & quando, in
2. ibi, niſi legitima præcedat inſcri-
ptio nullatenus admittatur. &. c. ſu-
per his de accuſa. c. Paulum. ca. ſi quẽ
pœnituerit in princ. 2. 4. 3. l. 3. titul. 9.
part. 4. l. 21. in fin. tit. 1. part. 7. l. 5. titu.
20. lib. 4. fori. ll. atque de iure diuino
videtur eſſe pœna talionis, vt habe-
tur Exodo. cap. 21. ibi, Oculum pro
oculo, dentem pro dente, & Deute-
ronomio. cap. 19. ibi, Qui inuenerint
falſum teſtem dixiſſe contra fratrem
ſuum mendacium, reddent ei ſicut
fratri ſuo facere cogitauerit: vnde
lex Taurina vltima in ordine, meritò
& maxima ratione orta fuit, ac ita il-
lud Ouidianum intelligendum eſt.
Nec enim lex iuſtior vlla, quàm ne-
cis artifices arte perire ſua, vt doctiſsi
mè explicat Soto, de iuſti. & iure. lib.
5. q. 5. artic. 4. per totum illum quar-
tum articulum, poſt Thom. 2. 2. quæ-
ſtio. 68. arti. vltim. ideo concludit Ia-
cobus de Siman. in inſtitu. Cathol. c.
62. num. 35. quod licet pœna talionis
contra accuſatorem non ſit in vſu, tã
men contra teſtes communiter eſt
recepta, quia plus teſtis nocet accuſa
to,

to, quàm accuſator, & quia in maxi-
mum diſcrimen accuſatum trahit, &
vix ſe defendere poſsit, ſaltim maxi-
ma cum difficultate de teſtibus falſis
& occultis, ideo teſtis falſus in crimi-
ne hæreſis, meritò pœna talionis eſt
puniendus, quod procedit, ſiue deli-
ctum ſit publicum, ſiue priuatũ. l. fin.
2 ff. de priua. deli. l. fi. ff. de furtis. Ob id
ergo à iure fuit inuẽta hæc inſcriptio
ne facilè quis proſileat ad accuſandũ
cum ſciat nõ inultam calumnioſam
ſuam accuſationem fore. Vt his ver-
bis inquit. d. l. ſi cui crimẽ, & dicit ſin
gul. Bald. in. l. ſi tibi in. 2. per text. ibi.
C. delibe. cauſ. quod illi qui in cauſa
ciuili. per calumniam trahit aliquem
ad iudicium poteſt de illa iniuria cri-
minaliter puniri, vltra ſolutionem ex
pẽſarum, quòd eſt notandũ, ſed opti-
mum ſolet adhiberi remediũ, quòd
quando aliquis falſam accuſationem
proponit, vt non puniatur, vt probet
3 quod de illo crimine erat publica
vox in ciuitate, vel fama, & quòd au-
diuit ab amicis, vel cõſanguineis, vel
perſonis fide dignis, ita Bart. in. l. ve-
rum. ff. de furtis, melius idẽ in. l. fi. per
4 tex. ibi. ff. de hęre. inſti. Et ſimiliter di
ctum vnius teſtis excuſat à pœna ta-
lionis, Bald. in ſpe. tit. de accuſa. circa
finem, refert Hippo. ſing. 47. incipi. in
ore duorum.
6 ¶Verum in crimine hęreſis ſpecia
le eſt, quod inſcriptio minimè eſt ne
ceſſaria. l. apoſtatarum. C. de apoſta.
colligitur ex text. in. c. fi. §. iubemus.
de hære. lib. 6. notat gloſſa, vbi alia de
licta, quæ inſcriptionem non requi-
runt, refert. in. c. ſuper his de accuſa.
gloſ. in ſumma. 2. q. 8. gloſ. in verbo,
pagina, in dict. l. qui crimen, in ſpecie
tenuit Gundiſſaluus de Villadieg. de
hæret. quæſt. 10. nume. 4. Iacobus Se-
ptim. in inſtit. Catho. c. 4. nu. 5. Et ho-
die fateor inſcriptionem, neq; pœnã
talionis eſſe in vſu & conſuetudine,
prout affirmat Bart. in. l. pen. §. ad cri-
men. num. 2. ff. de pœnis. & in. l. ſi cui.
num. 2. ff. de accuſa. dicens, quod tan
tum in curia Romana eſt in vſu. ſpe.
tit. de liberorum concep. in prin. Sa-
li. in. d. l. qui crimen. vbi Angel. dicit,
quod iam receſsit ab aula. idem Sali.
per tex. ibi, in Authen. ſed nouo iure.
C. de adulte. Alberi. in. l. fina. C. de ac-
cu. Felin. in. d. c. ſuper his. num. 5. Co-
uarru. lib. 2. reſolut. c. 9. in prin. ratio-
nem ſcripſit Felin. in loco retro cita-
to, quod propter inſcriptionẽ & pœ-
nam talionis, multi ab accuſando re-
trahebantur, & ita crimina remane-
bant impunita, ſed hac conſuetudi-
ne non obſtante, qui in probatione
criminis deficit, puniendus eſt arbi-
trio iudicis, probat. l. & in priuatis. ff.
ad Turpillia. &. d. ca. ſuper his. glo. in
verbo, effectum. in. c. tuæ. de proc.
& Couarru. & alij tenuerunt in locis
modo citatis.

## SINGVLARE VII.

ACcuſator, ſeu denũciator in nu
mero teſtium, in illa cauſa non
computatur. c. nullus. 4. q. 4. c. forus,
de verbo. ſigni. ſed qui denunciat hæ
reticum in numero teſtium compu-
tari debet: id enim facere videtur ze
lo tantum fidei Catholicæ. c. in omni
negocio de teſti. quem tex. ita ibi, in
telligit Anto. de Butrio. & Abbas, nu.
4. & Iaco. Sept. in inſtitu. Catho. c. 62.
num. 32. neque prædictis obſtat. reg.
iuris notiſsima, quod idẽ ſit actor, ſeu
denunciator: & teſtis qui ſponte ſe in
gerit ad teſtificandum, vt ſuſpectus
eſt repellendus. l. quæ omnia: & ibi,
Bart. ff. de procu. Authẽ. de teſtibus.
§. ſi vero ignoti ibi feſtinantes. col. 7.
Barto. in Authenti. ſed nouo iure. co-
lumna. 1. C. ſi cert. peta. & in. l. quo-
niam liberi. in. 1. C. de teſti. latiſsimè.
Hippo.



Hippo. in. l. vnius. §. ſeruo. nume. 6. ff.
de quæſt. & teſtes debent eſſe roga-
ti. l. hæredes palam. §. in teſtamentis.
ff. de teſti. Authen. rogati. C. de teſti-
bus. Ideo in teſtibus requiritur pro-
ductio, licet non requiratur citatio.
Bald. in Authen. ſed nouo iure. colũ.
1. C. ſi cert. peta. vbi, inquit, teſtes
eſſe producendos à parte. eſt glo. vbi
Bar. in. l. poſt legatum. §. is vero. ff. de
his quibus vt indig. & optimè Feli. in
c. 2. nume. 25. de teſti. vbi. nume. 27.
plurima referendo, inquit, quod te-
ſtis ſemper præſumitur rogatus & ci-
tatus, & qui tenetur denunciare, ſi ſe
offert ad teſtimonium dicendum nõ
cẽſetur ſuſpectus, vt egregie, inquit,
Ioan. Andr. in. c. præterea, in. 2. de iu-
re patronat. Bald. in. l. nouiſsimè. ff.
quod fal. autho. tuto. Feli. in. c. ex par
te. nume. 7. de teſtibus: nam ſi is qui
denunciat, non prætendit commo
dum, vel incommodum, laudem, aut
vituperium habere, ob ib merito à te
ſtimonio non eſt repellendus, prout
inquit Bald. in rub. ff. de rerum diui.
verſic. nunc de quinto, quòd quãdo
ex teſtimonio immediatè & princi-
paliter non acquiritur, teſtificãti ius
non repellitur à teſtimonio. Barto.
& Pau. in. l. qui teſtamento. ff. de te-
ſtamentis. text. in. c. cum nuncius, &
in. c. inſuper de teſti. vbi pleniſsimè
docentes, præſertim quando ſumus
in materia, in qua agitur de peccato
euitando, vel corrigendo: prout eſt
noſtra materia, teſti denuncianti cri
men, & ſe offerenti plena adhibetur
fides, & iſte eſt verus ſenſus ad. d c. in
omni negocio: vbi, inquit, tex. in om
ni negocio principalis perſona, dicẽs
veritatem de re ſibi nota rectiſsimè
habenda eſt pro teſte, cui adhibito
vno, efficiuntur duo teſtes. Et illico
ſubdit text. Si peccauerit in te frater
tuus, &c. Vbi de peccato corrigendo
vel euitando agitur: neque prædictis
obſtat text. in ſuo principio, dicens.
In omni negocio, nam verba iſta ge-
neralia limitantur, & reſtringuntur
ſecundum materiam ſubiectam. glo.
in verbo, omnes. in. c. ſi vero. in. 1. de
ſentẽtia excõ. glo. 1. in. c. nemo preſ-
byterorũ de ſimo. glo. in verbo alio-
rũ. in. c. vt circa de electio. lib. 6. glo.
1. vbi Bart. Bald. & Sali. in. l. 1. C. de ſa-
croſan. Eccle. glo. in verbo vtilem, in
l. 1. vbi Bar. ff. de eo quòd certo loco:
idem quod tex. in. d. c. in omni nego
cio. videtur probare tex. in. c. iurauit
de proba. ibi quidam iuramentis, &
c. cum in tua. ibi tibi denũciet, & ibi,
debes iuramenta parentum ſponte
oblata. de ſponſa. &. c. præterea. in. 2.
eodem titul. de ſpon. ibi, ſe deliquiſſe
proponit, quæ iura probant, quod in
numero teſtium denunciator com-
putatur, atque hanc regulam ſcripſit
Ioan. de Imola in. d. c. iurauit in prin.
de proba. Et Felin. in. c. 2. nu. 23. in fi.
de teſtibus. & Barba. in. c. nouit. nu.
242. de iudi. & Hippo. in ſing. 140. in-
cip. teſtis qui offert ſe, ex quo infero
optimam declarationem ad pragma
ticam primam, in ordine regni Ca-
ſtellæ, & ad legem Regiam factã To-
leti, anno. 1525, & ad petitionem. 26.
Mantuæ Carpẽtanæ, quæ vulgo Ma-
drid nuncupatur, anno. 1534. quòd
blaſphemãs in Deum & eius ſanctos,
pro prima vice puniatur, vt ſit in vin
culis & compedibus per menſem: &
ſi bis blaſphemauerit, pœna exilij per
ſex menſes puniatur, ac pro tertia vi-
ce blaſphemantis lingua publicè fi-
gatur, niſi ſit aliqua perſona in digni-
tate cõſtituta. Primus intellectus eſt,
ad dicta iura regia, quod quilibet de
populo admittitur ad accuſandum
& denunciandum iudici blaſphemũ:
nam omne delictum, quod principa-
liter reſpicit offenſam Dei dicitur pu
blicum.

bliců. l.Arriani.l. Manichæos.§.1.C. de apoſta. ca.in nonnullis de Iudæis: ita in ſpecie affirmant Bart. in.l.1.2. col.ff.de publi.iudi.Bald.in.l.reos.C. de accuſa. Angel.in.§.1.colu.fina.inſtit.de publi.iudi.Anania in. c.2.prope finem, de maledicis:nam ex quolibet delicto, etiam priuato duplex iniuria & offenſa oritur, vna parti, alia reipublicæ, & nulla parte offenſa accuſante proceditur contra delinquẽtem. tex.eſt ſingu.in.l.licitatio. §.ſed quod illicitæ.ff.de publi. & vectiga.l. 4.§.cum dominus.ff.de noxa.Bart.in l. 2.§. ſi publico.ff.de adulterijs, & in l.1.§.nõ vſque adeo.ff.de iniurijs. Salice.in.l.ea quidem.num. 45.C.de ac accuſa. optimè Franciſcus Aretinus, in.c.qualiter, & quando, in.2.nume. 72. de accuſationi. longè igitur grauius eſt diuinam, quàm terrenã, ſeu temporalem lædere maieſtatem: vt hiſce verbis,inquit text.in. c. vergentis de hæreti. Authen.vt nõ luxurientur homines contra naturam.in principio.colu.6.Sit ſecundus intellectus ad dicta iura regia, quod is, qui blaſphemum denunciat, pro teſte habetur, & in numero teſtium cõputatur per omnia iura & rationes ſuperius dictas, ex quibus idem cenſeo dicendum,quando laicus denunciat clericum de aliquo delicto famoſo,ſeu ſcãdaloſo,quod is,qui denunciat pro teſte idoneo iudicabitur, & laicus clericum de talibus delictis non prohibetur accuſare.c.præſumunt Prælati.2. quæſt.7.c.Paulus in.3.vbi,accuſatur quis à ſubditis de lapſu carnis.& cap. ſi quis Epiſcopus eadem cauſa:& quęſtio. vnde inquit, Bald. in. c.ex parte de teſtibus, quòd fornicatio in clerico eſt crimen publicum, & quilibet de populo, dummodo ſit parochianus poterit accuſare,vt Feli.& alij ſequuntur,ibi.nume.11. Sed quia ipſis rerum experimẽtis ſæpiſsimè cognoui clericos à laicis accuſari, non affectu charitatis & correctionis, ſed ex odio,& ira: cum laici oppido ſint infeſti clericis.c.laicos.2.q.7.c. clericis, de immunitate eccleſiarũ.lib.6.ideo non omnino laicis cõtra clericos adhibenda eſt fides, vnde tex. in dict.c. qualiter, & quando, inquit,quòd accuſatio Prælatorũ non facilè admittenda eſt.

## SINGVLARE VIII.

ACcuſator male deſiſtens in crimine hęreſis ab accuſatione nõ eſt puniendus pœna hæretici,ſed pœna calumniatoris,vel alia pœna arbitrio Inquiſitorum,Ioan.Andr.Anto. Cardi. & Anania in.c.pen.de hæreti. Bald. in.l. fina. C.de accuſatio.Iacob. Septi.in inſtitu.Catho.c.4.& in.c.62. num.35.quod aliter eſt in alijs criminibus.l.ſi cui crimen.ff.de accuſa. c.ſi non probauerit. 2. q.3.l.21.in fin. tit. 1.part.7.l.5.tit.20.lib.4.fori.

¶ Accuſatore ſuperueniente ante latam ſententiam ceſſat inquiſitio.l. ſi maritus.§.ſi ante extraneus.vbi Barto. num. 2.ff.de adulte.l.ſi cui crimẽ. §.eiſdem criminibus.ff.de accuſa.idẽ Bart. in.l.penult. ff.de ſuſpectis tutoribus. Dinus in regula factum legitimè,in fine de regul. in lib.6.late. Angel. in tractatu malefi. in verbo, Inquiſit.colum.9.11.verſi.quęro,an inquiſitus poſsit, quia accuſatio, vtpote remedium ordinarium præfertur inquiſitioni, quod ſanè remediũ eſt extraordinarium. l. in prouinciali.in prin.ff.de noui.ope.annuncia.ſed ſingulare eſt in crimine læſæ maieſtatis diuinæ & humanæ, quod accuſatio inquiſitionem non tollit. Angel.in.l. ea quidem. C.de accuſa.& in.l.1.§.1. ff. de rei vendi. Martinus Laudenſis,

de



de crimine læſæ maieſtatis,quæſt.42. Bernar.in addi.ad Ang.vbi ſupra,qui allegat.c.per hoc.de hæret.lib.6.

## SINGVLARE. IX.

ACcuſare crimino ſus, criminoſũ nõ poteſt. c.qui ſine.c. poſtulatus. 3. quæſt.7.c.1.de accuſa. l.criminis.C.qui accuſa.non poſ.l.3.&.4. tit. 1.part.7.nam qui trabem geſtat in oculo ſuo,feſtucã de oculo fratris non poterit eruere.ca.multi.1.q.1.ca.qui crimen.6.q.1.c.cum eccleſiaſticę de excep l.ſi vxor.§.iudex.ff.de adul.vnde dicit Tullius in Tuſculanis, ſtultitiæ proprium eſt aliorum vitia cernere,& ſuorum obliuiſci.Sed ſingulare eſt,quòd hæreticus cũ ſit criminoſus,hæreticum accuſare poteſt.cap.ſi hæreticus. 2. quæſt. 7. glo.1.in.c.ipſa pietas.23.q.4.expreſsè.Gundiſſaluus de Villadieg. de hæret. q. 10.nu.4.ne huiuſmodi delictum tã enorme propter defectum accuſatoris impunitũ remaneat.

## SINGVLARE X.

ACcuſare ſuum inimicum quilibet prohibetur, etiam ſi crimẽ ſit notorium, niſi ſuam, vel ſuorum proſequatur iniuriam. c. cũ. p. Manconella.c.meminimus. cap.veniens de accuſa.l.qui accuſare.ff.e.titu. ſed in crimine hæreſis, inimicus inimicũ accuſare poteſt. Archidia.in. c.accuſatus.num.4.de hęreticis.lib.6.Ioan. Nicolaus de hæret.nota. 10.incip.nõ ignoras.vbi allegat Andręam de Iſerni.idem tenentem. Idem tenuit Frã. Squilacen.de fide Catho.c.fina.ratio eſt ſecũdum eum: quia bono animo & zelo fidei videtur accuſare, & ſuã propriam accuſationẽ cenſetur proſequi:nam ea, quæ in religionem diuinam committuntur,omnium iniuriã reſpiciunt. vt dicit. l.Manichæos. §.1.de hæret.l.2.C.de apoſta. & illius diſsimulare nõ debemus opprobriũ, qui probra noſtra deleuit, vt his verbis inquit text. in. c.in nonnullis, in fine de Iudæ. Authen.vt nõ luxu.homi. contra natu. §. 1. col.6. Ideo hoc crimen eſt publicum, vt latè dicitur in hoc tractatu ſingulari.51.

## SINGVLARE. XI.

ACcuſare quilibet poteſt, dũmodo expreſsè à iure nõ prohibeatur. l. qui accuſare. ff. de accuſa. in prin. inſti.de publi.iudi.l.2. tit.1.par. 7.l.1.tit.20.lib.4.fori.ll. ſed hæreticus vel paganus ab accuſando repellitur. c. 1.4.quæſt.1. c.paganus.cap. alieni. 2.quæſt.7. Ludouicus Carre. de hæret.§.nunc de pœnis.nume.2.latè Iacobus Septi.in inſtitu. Catholi.c.45. nume. 17. l.2.titu.20.libr.4.fori, quæ lex refert alias perſonas prohibitas accuſare:&. d.l.2.titu.1.par.7.& cap. prohibẽtur.2.q.1.&.14.perſonas prohibitas accuſare refert gl.magiſtra.in rub.C.de his qui accuſa.non poſ.Spe. titu.de accuſa.§.1.30.perſonas refert Alber. de Gandi.in tractatu maleficio.rub.qui accuſa.poſ.vel non.& 50. Alcia.in ſua practica.fol.130. cum ſequent. & iudex ex officio poterit repellere accuſatorẽ non idoneum & prohibitũ accuſare. l. quos prohibet. ff.de poſtulan.c.alieni.2.q.7.notatur per glo.& doct.in. c.nulli epiſcoporũ de accuſa.

## SINGVLARE XII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Accuſare parentes,filijs nõ permittitur.*

2 *Filij,parentes ſuos hæreticos denunciare poſſunt.*

*Filijs*

3 *Filijs licet occidere parentes patriam oppugnantes.*
4 *Ponitur concordia inter opiniones diuerſas.*
5 *Filij denunciantes parentes hæreticos, liberātur ab infamia, & ab alijs pœnis contra filios hæreticorum ſtatutis.*
6 *Pater hæreticus à filio delatus, mitius puniendus eſt.*

1 ACcuſare parētes, filijs non eſt permiſſum.l. hi tamen in prin. ff. de accuſa.l. fi.& pe.C. qui accuſa.non poſ.l.fi.C.de in ius vocā.l.2.tit.1.par.7.l.2.tit.20.li. 4.fori. natura quippe abhorret vt filij ſint accuſatores parentum.
2 ¶Sed in crimine hæreſis ſingulare videtur, quòd filius ſuũ patrem, etiā occultum hęreticū Inquiſitorib⁹ denunciare tenet̃, vt affirmat Alphon. Caſt. lib. 2. de iuſta hæreticorū punitione.c.fi.Pala.Rub.in repe. c.per veſtras.§.17.nu.6.&.7.fol.65. de donat. inter vir.& vxo. quia potius Deo, quā parentibus obediendū eſt.c.relatum de ſententia excommunicationis.c.
3 quiſquis metu.11.q.3.Nā ſi pater oppugnat patriā, filio licet eum occidere.l.minimè.ff.de reli.& ſumpt.fune. l.12.titu.18.par.2. multò ergo magis tenebitur patrē oppugnatorē fidei Catholicę:& hęc opinio fauore fidei verior mihi videtur, quanquā ſubtiliter Iac. Sept. nonnullis rationibus & fundamētis motus teneat oppoſitū: ſed forſitā hæc concordia, inter prædictas diuierſas opiniones poteſt da-
4 ri: quòd ſi pater filiū ad peccatum inducebat, & eum aliquā doctrinā, vel ſectā prauā docebat, prout faciebat Leonegildus Rex Gothorū in hoc caſu prima opinio procedat, alioquin ſecūda opinio Iac. Sept. inſti. Catho. c.29.nu.10. in quo loco, num.16. affir-
5 mat vnum ſatis ſingulare, quòd filius denuncians patrem hæreticum, liberatur ab infamia, & ab alijs pœnis cōtra filios hæreticos ſtatutis: prius hoc tenuit Alphon. Caſtren. libr. 2. de iuſta hæreticorū puni.c.fi.& Pala.Rub. in repet.c.per veſtras.§.17.nu.17.fol. 65. allegando extrauagantem Federici, de dona. inter virum & vxorem: quia ille, qui charitatis feruore, ac zelo fidei & religionis, ſuo patri non pepercit, præmio quidē dignus eſt, his annecti poteſt deciſio, text. ſing. in.l. quiſquis.§.fi.C.ad.l.Iulia.mag. quòd ſi quis reuelat ſtatim coniurationem vel tractum in mortē Principis, etiā ſi ſit particeps liberatur, & præmium conſequitur. concordat. c.ſi quis Papa.79.d.& c.ſi quis cum militibus.6.
6 q.1.&.l.5.titu.2.par.7.& quando pater hæreticus delatus eſt à filio Inquiſitoribus, vel ècontra, mitius puniendus eſt, vt affirmat Alphon. Caſtren. & Iac.Sep. in locis retro citatis, prout in caſu fere ſimili decidit iuriſconſultus Martianus in.l. milites agrum.§. deſertorem. ff. de re mili. quòd ſi fili⁹ commiſit delictum morte dignum, & pater eum iudici deferat, filius nō morte, ſed alia mitiori pœna, vt puta exilij puniendus eſt, quā.l. dixit ſing. Pau.& Sali.in.l. propter inſidias. C. de his qui accuſare non poſſunt: vbi referunt dictā.l. habuiſſe in actu practico: & Ange.in.l.ſi adulterium cum inceſtu.§.liberto.ff.de adult. Iaſo. in.l.1 nu.4.C.de his quibus vt indig. Felin. in. c. quærenti. nume. 6. de offic.deleg.& in.c.accuſaſti, nu.4. de accuſa. Hippol. in.l.1.§.ad quæſtionem, nume.16. & in.l.vnius.§.ſeruus. nume. 7.ff.de quæſtio. Ioannes Neuiza. latè in ſua ſylua nuptia.fol. meo lib. 9.colum. 1.&.2. Palat.Rub.in cap.per veſtras.§.17.nume.4.fol.65.col.1.de dona. inter virum & vxorem. Cępolla.





cautela prima in ordine, vbi affirmat allegando Paul. Caſtren. & Sali.in dicta.l. propter inſidias, dictum.§.deſertorem habere locum in crimine læſę maieſtatis.

## SINGVLARE. XIII.

ACcuſare hęreticum quilibet de populo, cuiuſcūq; ſit conditionis de iure poteſt.cap. præſumunt. 2. quæſt.7.cap. nos ſequentes. 6. quæſt. 1.l.2.titulo.26.parti.7. Gundiſſa. de Villa.de hære. quæſt. 10. num.4. cum ſit crimen publicum, & quod in religionem diuinam committitur, in omniū fertur iniuriam.l. Arriani.l. Manichæos.§.1.de hæret.l.2. C. de apoſta. tex.in.c.in nonnullis de Iudæ. inquit, quòd nō debemus dimittere inultū opprobriū illius qui peccata noſtra deleuit, & lōgè grauius eſt diuinā, quam temporalem offendere maieſtatem. c.vergentis.de hære.auten. vt non luxurientur homines contra naturam in principio, col.6.

## SINGVLARE. XIIII.

ACtor ſiue in reali, ſiue in perſonali actione ſequitur forum rei.l.2 C.de iuriſ.omni.iudi.l.fi.C. vbi in rem actio.c.cum ſit generale de foro cōpe.c.ſi quiſquā.11.q.1.l.32.tit.2. part. 3. ſed Iudæus, ſiue actor ſiue reus ſit, coram iudice Chriſtiano cōueniēdus eſt, & nō coram ſuis ſenatoribus, vt dicit.l.ſi qua inter Chriſtianos.l. Iudæi in prima.C. de Iudæ.& vltra hanc fallentiam ad dictam regulā.8. ſcripſit ſoci.in reg.15. incipit actor regulariter, &.14. fallentiæ habentur in dicta. l.32.titu.2.part.3.

## SINGVLARE. XV.

ADuocati & aſſeſſores & alij literati & periti qui in cauſis fidei ſimul cum Inquiſitoribus aſsiſtunt, non poſſunt aliquo modo petere rationem ſui laboris, niſi liberaliter aliquid ab Inquiſitoribus fuerit datum: quia negotium fidei quilibet gratis tenetur defendere. Ioan. Andre. Domi.& Fran. in. capitul. vt commiſsi. §.aduocandi. de hæreti. libro.6. Fran. Squilacen. de fide catho. capitul. 39. incip. Item Inquiſitores. Iacob. Sept. in inſtitu. catho. cap.41. nu. 10. quòd aliter eſt in alijs aſſeſſoribus aliorum negociorum citra cauſam fidei.l. diē functo.ff.de offi.aſſeſ.l.1.C. de aſſeſſo. quæ lex diſponit quod ſpe præmiorum inuitandus eſt aſſeſſor. tex. in. c. ſtatutum.§.aſſeſſorem de reſcrip. lib. 6.& conſtitui debent mercedes aſſeſſoribus & aduocatis iuxta qualitatem cauſæ & partium conditionem & facundiam, & peritiam aſſeſſorum, ac loci conſuetudinem.l.1.§. in honorarijs.ff. de varijs, & extraordi.cogni. vnde inquit tex. fin. in. cap. non licet.11.queſt.3. cuius textus verba ſequentia ſunt, non licet iudici vēdere iuſtum iudicium: & ſi liceat aduocato vendere iuſtum patrocinium, & iuriſconſulto rectum iudicium: ex quo tex. apparet non licere iudici aliquod ius vel ſalarium pro ſententia proferenda recipere, ſed gratis omnibus æqua lancę iuſtitia exhibēda eſt: ita notat gl. magna in fine. in d.c. nō liceat, dicens ordinarius iudex pro reddenda iuſtitia nō poterit expēſas aliquas petere, quando eis certi redditus ſunt ſtatuti, neq; ratione ſeu pręte xtu ſportularū ordinarius aliquid pro labore poterit petere iuxta gl. ſing. in verbo pręter expenſas, in c. ab omni ſpecie mali de vita & honeſt. cleri. allegando tex. in auten. de mādatis principum.§. ſit tibi quoque collat.3. vſq; adeo id verū eſſe teſtatur Ioan. Andre. in Clem. ſtatutū, in ver-

bo ex iuriſdictione de elect. quod ne
que conſuetudine poteſt introduci,
quòd iudex ordinarius eccleſiaſticus
pro ſententia aliquid poſsit recipere,
ſecus in delegato. quam concluſionẽ
ſequitur Cardinal. Anton. de Buttrio.
& Panormi. in. d. c. cum ab omni ſpe-
cie mali: & Bonifacius de vita. in. d.
Cle. ſtatutum. colu. penul. Felin. in. c.
ad Apoſtolicã de ſimonia. Sylueſter
in verbo iudex. in princi. quæſt. 8. &
hanc fatetur eſſe communem opi-
nionem. Ludo. Roma. in ſingu. 180.
incip. tu ſcis, quod ius canonicum: &
Ægidius Boſſ. in practica criminali.
tit. de officialibus corruptis pecunia.
nume. 3. cum ſequentibus: nõ me la-
tet contrariam ſententiam & opinio
nem tenuiſſe. glo. in verbo Caſtren-
ſe. in. l. fori tui. C. de aduocatis diuer-
ſorum iudiciorũ. & glo. in verbo prę-
bitis. in Authent. offeratur. C. de litis
conteſta. Hoſtien. Henricus, & Car-
di. in. d. c. cum ab omni. & Iaſ. qui hãc
affirmat eſſe magis communem opi-
nionem in. §. triplici. col. penul. inſti.
de actio. quæ concluſio mea ſanè ſen
tentia iuuari poteſt ſequẽti ratione.
Nam ſi iudicibus licet de iure etiam
à litigantibus xenia eſculentum &
poculentum recipere (in modica in-
telligo quantitate). l. ſolent in fine. ff.
de offic. proconſu. & lega. l. plebiſci-
to. ff. de offi. præſi. c. ſtatutum. §. inſu-
per. de reſcrip. lib. 6. multò magis eis
licet ratione laboris pro ſententijs
proferendis, maximè ſtante conſue-
tudine: nam nemo cogendus eſt ſuis
ſumptibus laborare. c. cum ex officij.
de præſcrip. c. cum ſit Romana de ſi-
monia, & dignus eſt mercenari[9] mer
cede ſua. c. 1. de ſepult. c. precariæ. 10
q. 2. & datur præmium propter onus
& laborẽ. tex eſt ſing. in. l. 2. C. de offi.
magiſtri officiorum, ibi, is cæteros an
tecedat quem ſtipendia longiora, &
labor prolixior fecerit anteire. glo. in
c. cum dilecti, in verbo, digniores de
electio. glo. vbi docto. in verbo, litera
tas, in. c. de multa. de præben. hodie
verò in prima inſtructione Hiſpalen
ſi, cap. 16. ſtatutum eſt, quòd detur iu
ſtum ſalarium aduocatis de bonis hæ
reticorum, ſi ſunt ſoluendo, alioquin
de bonis fiſci.

## SINGVLARE XVI.

ADuocatus quilibet literatus &
peritus eſſe poteſt. l. nemini. C.
de aduoca. diuerſ. iudi. l. 1. ff. de poſt.
l. 2. titul. 6. parte. 2. quæ. l. regia: hoc
ampliat, etiam ſi non ſit in iure peri-
tus, ſi habet peritiam cauſarum: & eſt
verſatus in conſuetudine fori, poteſt
poſtulare, & per illam. l. in regno Ca-
ſtellæ, quamplurimi iuris communis
ſatis imperiti, qui partiſtæ vulgari no
mine vocãtur, aduocare permittun-
tur: nã Bar. in. l. 1. ff. de varijs, & extra-
ordi. cog. inquit, quòd nullus poteſt
eſſe aduocat[9], niſi ſtudeat ſaltim per
quinquenniũ in iure canonico, vel ci
uili: quem ſequitur Abb. in rub. de po
ſtu. in fine. & Petrus de Raue. in al-
pha. aureo, in verbo aduocatus: de
qua re eſt lex expreſſa in dict. l. nemi-
ni. glo. in. l. 2. tit. 6. par. 3. ſed hæretici,
vel infideles quantumcunq; iuriſpe-
riti nõ poſſunt poſtulare. l. fi. C. de po
ſtulan. Auth. credentes, in fi. C. de hæ
re. c. credentes, eo. tit. glo. 2. in Auth.
de priui. dotis. hære. mulie. præſtã. in
prin. colu. 8. c. nulla officia. 54. diſt. &
in directorio Inquiſitorũ. c. 123. in fi.
part. 3. quod hodie meritò ampliatũ
eſt, vt in. 3. inſtitutione Pinciana. ca.
11. ſub pœna ibi poſita: quia officium
aduocatorũ eſt honorificũ, & lauda-
bile. l. laudabile. C. de aduocatis di-
uerſo. iudi. l. aduocati. l. ſancimus. in
prin. C. de aduo. diuerſ. iudic. & cum
honores



honores & dignitates hæretici, vel Iu
dæi non poſsint habere. l. fin. C. de Iu
dæ. cap. 2. §. filij autẽ. cap. ſtatutum de
hære. lib. 6. ideo merito neque officiũ
poſtulandi habere poſſunt.

## SINGVLARE. XVII.

### SVMMARIVM.

1 *Affectus non ſecuto effectu non punitur.*
2 *In crimine hæreſis, ſolus effectus punitur.*
3 *In atrocibus delictis conatus punitur.*
4 *Mãdans fieri homicidiũ punitur vt homicida.*

1 AFfectus regulariter
non punitur non ſe
cuto effectu. l. qui
falſam monetam. ff.
de falſis. l. cogitatio-
nis. ff. de pœnis. cap.
2 cogitationis pœnã de pœni. diſt. 1. l. 2.
titu. 31. par. 7. ſed in crimine hæreſis,
ſolus affectus nõ ſecuto effectu puni-
tur. ſola enim voluntas, ſeu animus fa
cit aliquẽ hæreticũ: & ſi de tali volũta
te per propriã cõfeſsionẽ inquiſitori-
bus cõſtat, tales hęreticos poſſunt in
quiſitores punire, in pœnis etiã tẽpo-
ralibus. capitu. excommunicamus, in
1. §. credentes de hære. l. quiſquis. C.
ad. l. Iuliã. maieſta. gloſſa in parte eo
ipſo, in cle. 1. §. verum de hære. Ioan.
Andr. in. capitu. 1. num. 11. de homi-
cid. lib. 9. Bald. in. l. ſi quis non dicam
rapere. in prin. C. de Epiſ. & cleri. Ana
nia in. cap. ſi quis epiſcopus. num. 4.
de hæreti. & in. capitul. conſuluit. de
vſuris. Peru. in. capitu. 1. num. 6. de
ſumma tri. & fide catho. & Feli. in ſuo
3 tractatu, quando ſolus conatus ſine
affectu puniatur. col. 2. Hipp. in dict.
l. qui falſam monetam. nu. 13. Ludo.
Carre. de here. §. verſa autẽ vice. nu.
4. quia in atrocibus delictis ſolus affe
ctus non ſecuto effectu punitur.
ſing. eſt gloſſ. in parte cogitatione in
l. præſenti. C. de his qui ad eccleſi. cõ-
fu. quę allegat. l. 1. ff. de extraordi. cog
ni. & d. l. quiſquis. quam glo. dixit eſſe
peregrinam. Feli. vbi ſupra. verſi. fal-
lit. 4. & Hippo. in. d. l. qui falſam, nu.
7. idem tenuit. Bald. per tex. ibi in. d. l.
ſi quis non dicam rapere. Roma. ſing.
570. incip. ſi teſtes aliqui. Ioan. Nico-
4 la. de hære. nota. 9. gloſ. in. l. fi. titu. 27.
par. 7. ſed multoties ſolus conatus pu-
nitur: videlicet in eo qui conatur iudi
cem pecunia corrumpere, punitur
acſi corrupiſſet. l. generaliter. ff. de
calumnia. Bal. expreſsè in auten. no-
uo iure. C. de pœna iudi. qui malè iu-
di. allegando. l. Imperatores. ff. de iu
re fiſci. ſequitur Hippo. in. l. 1. §.
diuus Adrianus. nume. 4. ff. ad. l. Iul.
de ſicarijs. vbi ſimiliter affimat plu-
res doctores: referendo, quod man-
dans fieri homicidium, punitur vt ho
micida, non ſequuto homicidio. Et
idem de illo qui dedit pecuniam pro
homicidio perpetrando. & hoc in ſpe
ciali videndus eſt Feli. in. capitul. 1.
de pręſcrip. qui regulam, &. 8. fallen-
tias ſcripſit: & in. d. tractatu, quãdo ſo
lus conatus ſine effectu puniatur. op-
timè Thomas Grama. in deciſione. 2.
per totam illam deciſionem. & regu.
10. fallentias ſcripſit Matthæus de af-
flictis in conſtitutionibus Neapoli.
lib. 1. rub. 11.

## SINGVLARE. XVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Alienatio facta poſt capitale crimen commiſ*
*ſum valida eſt.*
2 *Alienatio facta poſt delictũ hæreſis eſt nulla.*
3 *Inquiſitores emptoribus precium reſtituere*
*non tenentur.*
4 *Precium reſtituendum eſt ſi præſens eſt, vel*
*in vtilitatem conuerſum.*

1 ALienatio facta poſt capitale crimen cõmiſſum, valida eſt.l. poſt contractum. ff. de dona.l.reo criminis.l.ſed nec.ff.de ſo-
2 lu.Singulare verò eſt in crimine hęreſis, quod alienatio bonorum facta ab hæretico poſt delictum hæreſis commiſſum, eſt ipſo iure nulla. cap. cum ſecundum leges, de hęre.lib.6.l.Manichæos.C.de hære. l.donationis.§.perfectè.ff.de dona.l.fi.C.ad.l. Iuliã mai. l.2.tit.2.par.7.l.4.in fine.titu. 26. par. 7. quod adeo verum eſt quod bona hæreticorum ipſo iure confiſcantur, à tempore commiſsi delicti, quòd huiuſmodi bona per iudices eccleſiaſticos vẽdicantur à manibus poſſeſſoris etiam ſi per mille annos talia bona ſint alienata, nullo dato precio. Ita Archi. Ioan. Andr. Ancharra. & Domi. in.dict.capitu.cum ſecundum leges Bertachi. in tractatu. de epiſcop. 4. parte.nume.120. Bald.in.l.finali.§. fin.nu.6.C.commun. de lega. dicẽs: quod quando Inquiſitores reuocant
3 alienata per hæreticos, non tenentur emptoribus ad precium: latè Andre.Tiraque.in repe.l. ſi vnquàm, in verbo reuertatur.num.267.C.de dona.quia alienans non habuit ius alienandi, vel vendendi: ideò contra poſſeſſorem agitur.l. in cauſæ, in prima. §.fi. ff.de mino. vbi in integrum reſtitutio tanquàm actio in rem ſcripta contra poſſeſſorem pertinet, non dato precio à minore. l. ſi quis ſub hoc pacto. ff. de contra. emptio. vbi ſi hoc pacto, ne ancilla proſtituatur vendita ſit, & contrà factum fuerit, inquit dict. l. quòd primo venditori vendicandi poteſtas eſt: etiam ſi per plures emptores mancipium concurreret: ad idem.l.in ciuilem. C.de furtis.l.ſi mancipium.C. de rei. vendi.l. 4.tit.1.par.7.l.6.tit.13.li.4.fori.l.78.ſtili. quòd emẽs rem alienam, eam tenetur reſtituere, neque pro precio eam poterit retinere: ſed ſi precium, vel ali-
4 quid loco precij inter bona hæreticorum inueniantur, vel in vtilitatem hæreticorum preciũ fuit conuerſum, in his caſibus ab inquiſitoribus precium reſtituendum eſt: aliàs, non. ita Archi. Ioa. Andr. & Domi.in.dict.ca. cùm ſecundum leges. Bar. in.l.Imperator.ff.de iure fiſci.& in .l.ſi debitor. in fine.ff.quę in frau.credi. Bertachi. vbi ſuprà.& ſatis eruditè Iac.Septi. in inſti.catho.cap.9.num.22.cum ſequẽti.facit.l.ſi cum dote.§.finali.cum.l.ſequenti.ff.ſol.matrimo. l. finali. C. de vſucap. pro emp. vbi emens à pupillo non tenetur rem reſtituere, donec precium ſibi ſoluatur: quando pupillus factus fuit locupletior, vel pecunia erit præſens, vel in vtilitatem pupilli verſa. circa ea quę ſuprà Ioan. Andre.& Archidia.affirmant, quòd talia bona alienata per mille annos non pręſcribuntur. Semper de hoc dubitaui propter tex.in.c.fi.§.fi. de pręſcrip. lib.6.& propter ea quæ Abb. ſcripſit in.c.cum nobis.nu.7.de pręſcrip.

## SINGVLARE. XIX.

### *SVMMARIVM.*

1 *Appellatio regulariter in qualibet cauſa permiſſa eſt.*
2 *Appellatio, eſt quædam defenſio.*
3 *Appellationis remedium eſt fauorabile.*
4 *Appellatio non admittitur in crimine hæreſis*
5 *Appellatio non fuit inuenta ad defenſiones iniquitatis.*
6 *Appellatio in Regno Caſtellæ interponitur in cauſis fidei ad Inquiſitorem generalem, & ad eius conſiliarios.*
7 *Appellatio in multis caſibus interdicta eſt remiſsiuè.*





8 *Appellatione excluſa non cenſetur officium iudicis excluſum.*

1 APpellatio tam in ciuilibus quàm in criminalibus cauſis, ſiue paruis, ſiue magnis permiſſa eſt.l.litigatoribus.l.& in maioribus.C.de appella.l.3.in fine.C.de pœna.iudi.qui malè iudica.cap.de appellationibus pro cauſis, de appella.c. ad Romanam.2.quæſt.6.l.13.titu.23. par.3. quia appellãdi vſus eſt frequẽs, & nimis neceſſarius, cum iniquitatẽ vel imperitiam iudicis à quo tollat, vt his verbis, inquit Vlpianus in.l.1. ff.de appella.l.præfecti. ff. de mino. capitul.ad noſtram. de appella. cum ſit appellatio quædam defenſio, & re-
2 leuamen oppreſſorum. capitul. ſuggeſtum.cap.cum ſpeciali.§. porrò.de appella.cap.cum inter.cap. ſignificauerunt de exceptio. vnde dicit Ioan. Andre.in.cap.fin.de appella.li. 6. hãc defenſionem appellationis eſſe de iure naturali.Abb.in.cap. 1. num. 2.de reſcrip.Feli in.cap. ſi diligẽti. nu.7.de foro.compe.& ſing. dicit Alex.conſi. 97. viſo themate in prin. vol. 6. quòd hoc remedium appellationis, eſt remedium fauorabile, & æquitatem ſapit.l. non tantum, &.l.ſerui. ff. de appella.&.capitul.ad noſtram. de appella. Ideo in dubio fieri debet interpretatio in fauorem appellationis, vt concedatur, vel quòd non ſit deſerta.Spec. titul. de appella.§. nunc
3 dicamus in princi. Bartol. in. l. 1. ff. nihil noua. appellatio. pen. Alexan. in dict.conſil.97. ideo iudex qui non detulit appellationi puniendus eſt iuxta negotij qualitatem.l. quoniam iudices. C. de appella. vbi Bald. optime diſtinguit: & in.l. addictos. C. de epiſ.audie.tex.in.c.de priore. vbi docẽtes de appella.& in.l. ſi.ff. de varijs &extraordi. cogni. Nicola. Boerius deciſione.153.incipien. certum eſt. nu.4.cum ſequentibus.
4 ¶ Sed ſingulare eſt in crimine hæreſis, in quo non admittitur appellatio à ſententijs diffinitiuis, ne diutius prorogentur, quia cum magno conſilio & deliberatione proferũtur. c. vt Inquiſitionibus. ibi, nõ obſtantibus appellationibus ſeu proclamationibus de hęr.li.6.& ibi Archi.Ioan. And. Domi.& Fran, Anania in.c. ad abolendã: vbi Felin.nu.3. de hęre. Idem Felinus in.c.ad probãdum in prin. de re iudi. in directorio Inquiſitorũ, par.3.c.117 Ludo.Carre.de hære.n.129. Frã.Squilla.de fide catho.c.45. Gundiſſ. de Villa.de hære.q.18.in prin.&.q.22.in fine vbi allegat Archi. vbi ſupra.Iaco. Septi.in inſtit.catho.c.6.in principio. vbi omnes cõcludũt, in hoc crimine à ſententijs interlocutorijs, & non à diffinitiuis appellationem admitti: & Gundi.de Villa.vbi ſupra. q. 19. num. 3. affirmat idẽ eſſe in fautoribus & receptatoribus: quibus etiam appellationis remedium eſt interdictũ: quia appellationis remedium ad præſidiũ innocentiæ fuit inſtitutum, & non ad defenſionem iniquitatis. capitu. cum ſpeciali. §. porrò. capitulo. ſuggeſtum.capit.ad noſtram de appella. ſed in Hiſpania Inquiſitor generalis, cum ſit legatus ad vniuerſitatem cauſarum, & inquiſitores ab eo eligũtur, ad eum & eius conſiliarios appellatio interponitur iuxta formã, quæ inquiſitoribus traditur. argumen. text.in.l. imperatores. ff. de appella. capitul. ſuper quæſtionem.§. porro de offic. deleg. caſus in quibus appellatio non cõceditur à iure habentur in.l. obſeruare. C. quorum appe. non recip. & in.l. 16.&.17.titu. 23. parti. tertia. &. 22. caſus refert Ludo. Carrerius, in practica criminali

§. 1. cum ſequentibus, & plures, Ro-
bertus Maranta. in ſua practi. 6. part.
num. 255. & 32. caſus, in quibus à iu-
re denegatur, appellatio refert Soci.
in regu. 40. incip. appellatio in quali-
bet cauſa: & 33. caſus ſcripſit Hippo.
in. l. vnica. nume. 138. cum ſequen. C.
de raptu virgi. & 121. congeſsit An-
tonius Nicellus in cōcordantijs, gloſ.
concordantia. 6. à nume. 15. vſque ad
finem, & in prædictis caſibus, in qui-
bus appellatio à iure denegatur, iudi
cis officiũ poteſt implorari: & ita per
viam querelæ comparere coram iu-
dice ſuperiori, vt reſcindatur ſenten-
tia. Bald. in. l. fina. nume. 44. C. de edi-
cto diui Adria. Tollẽ. Iaſ. in. l. arbitrio.
8 num. 7. ff. qui ſatiſdare cog. & in. l. ne
mo poteſt, nu. 19. poſt Bart. ibi. ff. de
leg. 1. nam lex, vel ſtatutum excludẽs
appellationem, non videtur exclude
re officium iudicis. l. planè. & l. fin. &
vtrobique Bal. & Ange. ff. de peti. hæ
re. Ioan de Imo. in. c. 2. de proba. Ale
xan. in. l. iubemus. C. de iudi. Iaſ. in. l.
vbi pactũ. nu. 13. C. de pactis, & in. l. 1.
nu. 9. ff. de iuriſ. omnium iudicum.
Hippo. in. l. vnica. nu. 166. C. de raptu
virgi. & in practi. cau. crimi. §. oppor-
tune. nume. 52. cum ſequentibus, &
in ſing. 88. incip. ſtante ſtatuto, & ita
poteſt intelligi, & optimè declarari.
l. 6. tit. 16. lib. 3. ordi. & l. fi. tit. 8. libr. 3.
ordi. & l. 64. Tauri. & l. 5. tit. 3. lib. 7. or
di. & alia iura ſimilia regia.

## SINGVLARE XX.

ARbiter, vel arbitratores eſſe hæ
retici, à iure ſunt prohibiti. Au-
thẽ. credentes. C. de hære. l. quoniam
multi. C. eod. tit. expreſsè Ioan. Bapti
ſta, in tractatu de arbitris. libro. 4. c. 9.
Nam cum iura prohibeāt hæreticos
iudices eſſe, vt in. d. Authen. creden-
tes. c. fi. de hęre. c. cui eſt illata. 11. q. 3.
c. nulla officia. 54. diſt. c. cōſtituit. 17.
q. 4. per conſequens, & arbitros, arbi-
traria enim ad inſtar iudiciorũ ſunt
redacta. l. 1. l. quamuis. l. idem Pompo
nius. §. 1. ff. de recep. arbi.

## SINGVLARE XXI.

### *SVMMARIVM.*

1 *Arma portare de iure prohibitum eſt.*
2 *Malum animum præſumitur habere, qui ar-
ma portat.*
3 *Aſsiſtens armatus auxilium maleficio præ-
ſtare præſumitur.*
4 *De iure regio vnuſquiſque impunè enſem po
teſt ſecum ferre.*
5 *Declarantur quædam iura regia.*
6 *Apprehenſio realis requiritur, vt aliquis pro-
pter delationem armorum puniatur.*
7 *Familiares hæreticæ prauitatis in quocunque
tempore arma prohibita impunè poſſunt por-
tare.*
8 *Vſus armorũ familiarib⁹ limitatus eſt hodie.*

1 ARma portare cuili-
bet de iure interdi-
ctũ eſt. l. 1. vbi Bart.
& Ange. ff. ad. l. Iul.
de vi publi. l. vnica,
vt armorũ vſus in-
ſcio. prin. interdictus ſit. lib. 11. Auth.
de armis. §. ſi autem. col. 6. glo. in rub.
C. de fabricen. lib. 11. c. 1. §. ſi quis ru-
ſticus de pace tenen. & eius viola. in
vſibus feu. vbi inquit text. ſi quis ru-
ſticus arma, vel lanceam portauerit,
vel gladium, iudex, in cuius poteſta-
te repertus fuerit, vel arma tollat, vel
viginti ſolidos pro ipſis recipiat. l. 33.
titu. 13. lib. 2. ordin. Abb. in. c. clerici,
in prin. de vita & honeſta. clerico. Ro
ma. in. l. 3. §. vtrùm. ff. ad Syllania, & in
ſing. 263. incip. prohibitum eſt arma
portare. Iaſ. in. §. ex maleficijs. nume.
81. cum ſequentibus, inſti. de actio.





latè Hippo. in practi. crimi. §. pro cō-
plemento. Paris de puteo in tracta.
ſindica. in verbo mandauit rex, fol.
meo. lib. 104. vnde dicit gloſſ. ſing. in
verbo mercator in d. §. ſi quis ruſticus
2 quod portans arma præſumitur habe
re malum animum, niſi ea portet liga
ta: quam gloſſ. ibi Bald. dicit eſſe ſin-
gul. & Guido. Papæ. in tracta. de præ
ſumptio. num. 105. Iaſ. in. §. ex malefi-
cijs. num. 80. inſti. de actio. & Hippo.
3 in d. §. pro complemento, nume. 41.
hinc eſt quod ſing. dixit Innō, in. cap.
fin. de cleri. percu. quod præſumitur
auxilium præſtare maleficio aſsiſtens
armatus, licet arma non moueat, ne-
que extrahat, quod dictum tanquàm
ſing. ſequitur Bald. in. l. raptores. nu. 6
C. de Epiſ. & cleri. & in. l. 1. num. 6. C.
de ſeru. fugi. & in. l. data opera. num.
17. C. qui accuſa. non poſ. Ana. in. cap.
ſi perfodiens de homici. Feli. in. cap. ſi
cut dignum. §. illi autem. num. 5. vbi
ad hoc pōderat ibi tex. de homici. Pe-
trus de Rauena, in alpha. aureo, in ver
bo arma. fol. 6. colum. 3. Cepolla con-
ſil. crimine. 2. ſuper caſu. num. 3. Hip-
po. in. l. vnica. num. 180. vbi alios præ-
dictum dictum Innocen. commendā
tes refert. C. de rap. virg. & in. l. ſi in ri
xa. nume. 40. ff. de ſica. huic proximũ
eſt dictum notabile Barto. in. l. 3. §. ar-
mis. in fine. ff. de vi. & vi arma. quod il
le qui habet arma ad latus licet manũ
ad ea non ponat, dicitur intuliſſe vim
cum armis, quòd ſequitur Roma. ſin-
gul. 562. incipit inſultus: Maria. ſoci.
in. cap. qualiter, & quando, in. 2. arti-
culo. 60. de accuſa. Feli. in. dict. capit.
ſicut dignum. num. 5. Hippoli. in. di-
cta. l. vnica. nu. 180. ſed omnia ſupra
4 dicta intelligenda eſſe arbitror de iu-
re communi, de iure vero regio vnuſ
quiſque citra aliquam pœnam, vnum
enſem, vel gladium poteſt ſecum fer
re, dummodò duæ, vel tres perſonæ
ſocij, vel familiares non comitentur
iuxta tenorem petitionis. 55. Pin-
ciæ, anno, 1523. poſteà additum fuit,
quòd vltra enſem ſine aliqua pœna
poſſet quilibet ſecum portare pugio-
nem: vt in petitione vltima facta To-
5 leti anno. 1525. & hoc licet antequā
pulſatum ſit cimbalum, quòd vulga
riter la Queda, nuncupatur, quod
pulſari debet poſt decimam horam
noctis, iuxta dictam petitionem vl-
timam Toletanam, vnde dicunt Bal-
dus. & Paulus Caſtren. in. l. fina. C. ad
ſenatuſconſult. Sillania. & vberri-
mè Ioannes Igne. in. l. prima. §. hoc
autem ſenatus. numero quarto. cum
ſequentibus. ff. eodem titulo. quod
delictum commiſſum poſt ſonum cā
panæ, eſt grauiori pœna puniendum:
ratio eſt, quia concurrunt plures pro
hibitiones, atque in his delictis de
nocte commiſsis, ſufficiunt leuiores
probationes: imò ad id probandum
ſufficiunt coniecturæ, gloſſ. eſt ſing.
in verbo ignorantiam, in. l. ſi cum ex
ceptione. §. in hoc actione. ff. quod
metus cauſ. Bart. in. l. de pupillo. §. ſi
quis ipſi prætori. nume. 13. ff. de noui
operis nuncia. & in. l. ſi quando per
text. ibi. C. vnde vi. Alex. conſi. 53. in-
cip. viſo themate. vol. 2. Tho. gram-
ma. in conſi. primo, & in voto. 21. in-
cip. in cauſa inquiſitionis, id fit prop-
ter difficultatem probationũ: & poſt
dictam horam decimã, & cimbalũ pul
ſatũ, qui lucernas inflammatas por-
tant, & artifices, & agricolę, & itine-
rantes: & omnes alij qui cauſa ſui offi-
cij, & laboris mane ſurgũt: omnia præ
dicta arma impune poſſunt portare,
vt deciditur in dict. petitione vltima,
& in petitione. 72. de Madrid, anno.
1534. & hoc probat. l. 1. ibi præter
vſum venationis & itineris. ff. ad. l.
Iulia. de vi. pub. & capitul. 1. §. merca
tor de pace tenen. & eius viola. in quo

loco hiſce verbis, inquit text. merca-
tores negociandi cauſam per prouin
ciam, pertranſeuntes gladium ſuum
ſuæ ſellæ alligent, vel ſuper vehiculũ
apponant, non vt lædant innocentẽ,
ſed vt à prędone ſe defendant: illud
6 tamen tanquam nimis ſing. præter-
mittendum nõ eſt, quod, qui portat
arma vetita, vel tempore prohibito,
vt in pœnam incidat cum prædictis
armis debet capi. Itaque realis appre
henſio requiritur, & non ſufficit ſo-
lus viſus. Bart. in. l. 1. num. 7. C. de pe-
titio. bono. ſubla. li. 10. & in. l. 1. ff. de
acqui. poſ. Ange. in. l. qui ſeruum. ff.
de verbo. obliga. Petrus de Raue. in
ſuo alph. in verbo ſtatutum. fol. 123.
col. 1. Hipp. in. l. qui falſam. n. 33. ff. de
falſis, & in ſing. 395. incip. dubitaue
rũt: pro qua opinione eſt. l. ſi verſato
rẽ. C. de fideiuſſo. & l. ſi fugitiui. C.
de ſer. fugi. de qua re ſatis diffuſè, quã
plurima notatu digna infert Fran. de
Ripa. in tract. de peſ. lib. 2. nume. 334.
cum ſequentibus.
7 ¶ Ad rem igitur fauore fidei, & in
odium hæreſis ſtatutum eſt, quod nõ
obſtante quacunque lege ciuili, vel
municipali prohibente delationem
armorum, officiales & familiares hæ
reticæ prauitatis, in quocunque tem
pore, die, noctuq;, pulſato etiam cim-
balo omnia arma prohibita, ſine ali-
qua pœna poſſunt ferre & portare.
cle. nolentes. § fina. de hæret. c. ſtatu-
tum, vbi glo. in parte directè, & alia
in verbo, retardetur, de hære. lib. 6. &
petitio. 19. facta Toleti, anno. 1525.
Hippo. expreſsè in practi. crimina. §.
pro complemento. nume. 5. Rauena
in ſuo alpha. in verbo arma. fol. 6. co-
lum. 3. Gundiſſaluus de Villadieg. de
hæret. q. 11. nume. 16. Iacob. Sept. in
inſtit. Cathol. cap. 34. num. 14. & Me-
8 lius. c. 41. num. 3. vbi inquit, allegan-
do pragmaticam factam Pinciæ, an-
no. 1545. quod hodie vſus armorum
quo ad familiares ſancti Officij limi-
tatus eſt, fortaſsis propter eorũ multi
tudinem. Ludouicus Carre. de hære.
§. verſa autem vice. nume. 8. allegan-
do Cardi. in Cle. 2. de hæret. & Petrus
à Dueñas, in regu 55. incip. arma por-
tare, limitatione. 3. vbi reg. & vnde-
cim fallen. ſcripſit poſt Socinum in
regu. 30. qui etiam regulam, &. 7. li-
mitationes refert.

## SINGVLARE XXII.

ATteſtationibus publicatis, alij
teſtes in illa cauſa non poſſunt
produci. c. fraternitatis. c. intimauit.
c. conſtitutis. in. 2. de teſt. cle. fina. eo
dem titu. l. 37. & l. 39. tit. 16. par. 3. l. 4.
tit. 11. lib. 3. ordi. Ideo id ſtatutũ fuit,
vt euitetur teſtiũ ſubornatio, prout
dicunt iura retro citata.

¶ Verum in cauſis hæreticæ praui
tatis, Inquiſitores publicatis etiam at
teſtationib⁹, alios teſtes in cauſa poſ-
ſunt recipere Archi. in. c. per hoc, in
fine de hæret. libr. 6. Iaco. de Alua. in
c. 1. quæ ſit inueſtitura. Albert. in ca.
1. num. 19. de hære. lib. 6. Ludo. Carre
rius de hæreti. nu. 124. Gundiſſaluus
de Villadieg. de hæret. q. 14. Socin. in
reg. 498. incip. teſtibus publicatis, fal
len. 11. vbi regulam, &. 52. fallentias
in hoc cumulauit, quarum nonnullę
habentur in. l. 37. & 39. titu. 16. par. 3.

## SINGVLARE XXIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Audientia alicui neganda non eſt.*
2 *Excommunicato, neque diabolo defenſio non aufertur.*
3 *Hæretico relapſo, audientia denegatur.*
4 *Ponitur ratio ſpecialitatis.*
5 *Fugientes à carceribus, tanquam relapſi puniuntur.*
6 *Etiamſi crimen plene non fuit probatum, relapſo audientia denegatur.*
7 *Qui facta abiuratione, ſponte lachrymando ad Inquiſitores accedit pœna relapſorum non eſt puniendus.*
8 *Publica pœnitentia dari non debet conſitenti ſponte, abſque indicijs errorem ſuum.*



1 AVdientia ſeu defen
ſio alicui non eſt ne
ganda. l. ita diu⁹. ff.
de adoptio. ca. 1. de
cauſa. poſſe. & pro-
priè. Cle. paſtoralis
de re. iudi. etiam excommunicato,
deneganda non eſt. c. cum inter. §. fi.
de exceptio. cum ſit de iure naturali,
2 vt in. d. Cle. paſtoralis. §. cæterum: e-
tiam diabolo ſi litigaſſet ei defenſio,
ſeu audientia auferenda nõ eſt: vt di-
cit Abb. in. c. ſi quis contra clericum
in repeti. nume. 48. de foro compe. al
legando. ca. eorum. 11. quæſt. 3. & ca.
cum inter. de exceptio. ſed ſi aliquis
hæreticus ſit relapſus, qui in abiuratã
3 hæreſim reincidit, ſeculari iudicio ſi-
ne vlla penitus audientia tradendus
eſt, neque auditur volens iterum hæ
reſim abiurare, ita inquit tex. in. c. ad
abolendam. §. illos quoque. de hęret.
c. ſuper eo. eodem tit. lib. 6. vbi Archi
4 dia. Ioan. Andr. & alij notant caſum
eſſe ſpecialem in hoc crimine, in quo
denegatur audientia, quia qui gemi-
nat delictum, veniam non meretur,
& grauiùs eſt puniẽdus. l. nemo dein
ceps. C. de epiſ. audi. l. aut. facta. §.
quiſquis, & l. capitalium. §. 1. ff. de
pœnis. & ex præſenti præſumitur in
præteritum. l. ſi hi qui adulterij. C. de
adulte. l. cũ quis. C. de natu. lib. quòd
per hanc ſecundam reprehẽſionem
in delicto, apertè declaratur primus
animus, quòd malo animo ad euitan
dam tantum pœnam, & non amore
fidei hæreſim abiurauit. c. accuſatus,
in prin. de hæret. lib. 6. Paulus Grilla.
de hæret. quæſt. vlt. in prin. Ioan. Ni-
cola. de hæret. nota. 41. incip. reuoca
5 bis, idemq; dicendum eſt de eo, qui
poſt abiuratam hęreſim, traditus fuit
perpetuo carceri, & poſtea à carceri-
bus fugit, tanquam relapſus punien-
dus erit. Ioannes Andr. in. c. vt com-
miſsi. §. pen. de hære. lib. 6. Felin. in. c.
excommunicamus. in. 2. eod. tit. Ioã.
Nicolaus, de hære. nota. 6. incipit, nõ
recedant. Iacob. Septi. in inſtitu. Ca-
tholi. cap. 55. nume. 3. cum ſequenti-
bus. & in alijs criminibus effractores
carceris, tanquam confeſsi puniun-
tur. l. in eos. ff. de cuſto. reorum. l. mili
tes agrum. §. eius fugam. ff. de re mili.
ſemper tamen eſt audiẽdus, tex. ſing.
in. l. 2. C. de cuſtodia reorum, optimè
explicat. Ioan. Igneus in. l. 3. §. ſubue-
6 nitur. num. 52. ff. ad Sillania. Quod a-
deo verum eſt ſuperius dictum, etiã
ſi crimen hæreſis tempore abiuratio
nis non erat plene probatum, dũmo-
do non eſſet leuis & parua contra ac-
cuſatum ſuſpicio, etiam in alio articu
lo hæreſis. c. accuſatus. §. 1. de hæreti.
lib. 6. quem. text. ad hoc allegat An-
tonius de Butrio. in. c. ad abolendam,
in prin. de hæret. Paul. Grillan. de hæ-
ret. quęſt. fin. num. 2. Ioan. Nicola. no
ta. 42. & Alphonſus Guerrero, in the-
ſauro religionis Chriſtianæ, tit. de hæ
ret. nume. 17. quæ ſanè omnia ſupra-
dicta intelligenda ſunt, quando con-
ſtat reum eſſe relapſum, ei tamen nõ
prohibetur innocentiam ſuam alle-
gare & probare, vt dicit Gundiſſal. de
hæret. quæſt. 11. optimè Iacob. Sept.
in inſtitu. Catho. cap. 55. in fine. ęqui-
tati tamen videtur conſonum, quod
ſi aliquis, qui iam de hæreſi fuit con-
demnatus, ſponte venit ad Inquiſito
res flendo & lachrymando, & ſuum
errorem fatetur, & reconciliari pe-
7 tit, ac ſuum errorem iterum abiura-
re, quòd talis non puniatur pœna re-

lapſi, ita tenuit Alphonſus Caſtr. lib. 2. de iuſta hæreti. punit. c. 2. & glo. expreſſa in. 6. quæſt. verſic. & tamen concluſio in. l. 1. titu. 26. part. 7. ratio poterit eſſe, quia mitius agitur cum ſponte confeſſo, quàm cum conuicto. l. edicto. ff. de iure fiſ. ca. presbyterum. 50. diſtin. cap. non dicatis. 12. q. 1. notatur per gloſ. & doct. in. cap. de hoc, de ſimo. Sed contra hanc cõcluſionem nonnullis rationibus & fundamentis tenuit Iacobus Sept. in inſtitu. Catholi. ca. 55. nume. 5. cum ſequentibus, vtraque ſentẽtia meo iudicio diſputabilis eſt, quod neque affirmo, neque inficior, id vnum ſcio.

8 Quòd ſi quis ſponte abſque indicijs confiteatur ſuam hęreſim, & paratus ſit corrigi, publica pœnitentia ei dari non debet. c. ſi peccauerit. 2. quęſt. 1. Archid. in cap. filij de hæret. libr. 6. Septi. in inſtitu. Catho. ca. 1. num. 21. Alphonſus Guerrero, in theſauro religio. Chriſti. titu. de hæret. nume. 9. quod ſanè conſilium errantibus in fide optimum eſt.

## SINGVLARE XXIIII.

BEneficijs Eccleſiaſticis & honoribus, publicis iam obtẽtis, quis nõ priuatur, quando efficitur indignus propter aliquod delictum ad obtinẽda prædicta. gloſ. eſt ſingu. in verbo obtinenda in Cle. 1. §. ipſius filij, de pœnis. quam ibi Cardi. & Ioann. de Imo. ſequuntur, & Bonifa. ibi. nu. 54. Abb. in. c. per inquiſitionem. colu. 3. de electio. glóſ. ſing. communiter recepta ſecundum Abb. ibi. num. 14. in ca. ſæpe. de appella. Iaſ. in. l. 1. nu. 3. ff. de re iudi. tex. in. c. nonne. 8. quæſt. 4. glo. in. c. cum non liceat de præſcrip. glo. in ſumma. 8. q. 4.

¶ Sed ſingulare eſt ob tanti ſceleris prauitatem, quòd hęretici, eorumque fautores & receptatores, non ſolùm indigni efficiuntur ad beneficia obtinenda, ſed etiam ad iam obtenta. c. vt commiſſi. §. priuandi. vbi Ioã. Andre. & communiter Doctores, de hæret. lib. 6. glo. vbi Domi. & Præpo. in. c. quo iure. 8. diſtin. exacte. Couarru. lib. 2. reſolutio. ca. 8. nume. 4. & an filij hæreticorum priuentur beneficijs iam obtentis, tempore quo eorũ parentes crimen hęreſeos commiſerunt. Abb. & Anton. in cap. vergentes de hæret. tenent. quõd non, & Gũdiſſal. de Villadie. de hęret. quæſt. 23. Idem Abb. in. c. cum laici de iure patro. & in ca. quanto de iudi. & Alphõſus Guerrero in theſauro religionis Chriſtianæ. titu. de hæret. nume. 24. de quo eſt optima gloſ. in. c. ſatis peruerſum. 56. diſtin. quam ibi præpo. dixit eſſe veriſſimam. Contrarium tamen videtur tenere Ioannes Imola, in. l. in inſulam. in principio. ff. de verborum obliga. circa quod videndus eſt. Couarru. in loco modo citato, nume. 4. in fin. Mihi ſanè videtur, quòd hæc quæſtio tanquã dubia noua Romani Pontificis deciſione indiget, de qua re vide pleniſſimè in ſingulari. 68. nume. 3. cum ſequentibus.

## SINGVLARE XXV.

BEneficio regulæ cancellariæ Nicolai quarti de Annali, & Triennali poſſeſſione hæreticus vti nõ poteſt, vt bene declarat Ludo. Gome. in dicta regul. de anna. poſſe. quæſt. 3. & quæſt. 52. & in reg. de triennali. poſſeſ. q. 52. Brunus lib. 5. de hære. c. 7. Iacob. Septi. in inſtitu. Catho. c. 45. nume. 20. de quibus regulis. Inno. & alij in. c. illud. de præſcrip. Felin. latè in. c. licet Heli. nume. 10. de ſimo. Ange. Bald. & late Iaſ. in. l. qui in aliena. §. quòd ſi adiecerit. ff. de acqui. hære.

Alexand.



Alexand. conſi. 135. nume. 14. volu. 4 nam ſi poſſeſſionem habere nõ poſſunt hæretici. c. quo iure. 8. diſtin. pręſcriptio dictæ regulæ, ſine poſſeſſione non ſuffragatur eis. reg. ſine poſſeſſione. de regu. iu. lib. 6.

## SINGVLARE XXVI.

BOnorum publicatio propter homicidium, vel aliud delictum regulariter de iure nõ fit. Aut. bona dãnatorum. C. de bon. proſcript. Aut. vt nulli iudi. §. fina. colum. 9. l. 8. titul. 10. par. 7. l. 4. Tauri. quæ. l. videtur, iura ampliare, etiam ſi damnatus nõ habeat filios: quod ex dict. l. 4. conſtat. ibi, poteſt teſtari, & alia facere tanquam ſi damnatus non eſſet, vnde dicit ſingu. Bald. in. c. 1. verſic. ſed pone iudex de pace tenen. & in. l. 2. in fine. C. qui teſta. fa. poſſ. ſequitur Hippol. in. l. fi. num. 91. ff. de iuriſ. omni. iudi. quòd ſi propter homicidium, bona alicuius à iudice confiſcantur, ſentẽtia eſt nulla, etiam ſi ab ea appellatũ non ſit.

¶ Sed bona hæreticorum propter crimen hæreſis confiſcantur. Aut. gazaros. C. de hæret. c. Si quis cum militibus. vbi optima glo. 6. quæſt. 1. c. ſuper quibuſdam, de verbo. ſigni. c. vergentis, de hæret. c. cum ſecundum leges, eodem titu. lib. 6. vbi ipſo iure à tempore commiſſi delicti, hæreticorum bona ſunt confiſcata, & ad quẽ bona hæreticorũ pertineant, & qualiter diuidãtur declarat magiſter Gũdiſſaluus de Villadieg. de hæret. q. 25. colum. 1. Ioannes Nicolaus, de hære. nota. 14. in fine, & non omnium hæreticorum bona confiſcantur, vt declarat Fran. Squilla. de fide Catho. c. 23. latius Iacobus Sept. in inſtitu. Catho. ca. 9. in quo diſputat, an bona maioricatus, vel ius patronatus, propter crimen hæreſis publicentur, & alias notandas quæſtiones in materia ſcripſit, neque etiam hæreticus, ſi ſtatim ad fidem ſit conuerſus, bona recuperat, tenuit Carrerius, de hæret. num. 161. Iacob. Sept. in inſtitu. Catho. ca. 46. num. 5. c. contra Ancha. in. c. accuſatus. §. ſanè de hæret. lib. 6. & eſt valdè vtile, quòd ſint ipſo iure hæreticorum bona confiſcata propter fructus & alienationes, & prolationem ſentẽtiæ, & conteſtationem, vt eleganter docet Bald. in Auth. inceſtas nuptias, in fine. C. de inceſt. nupt. & Doct. in d. c. cum ſecundum leges, & d. c. vergentis, id meritò cõtra hæreticos ſtatutum fuit, vt in egeſtate hęretici laborent, & alij terreãtur ad ſimilia delicta perpetranda. l. bona fides. ff. de depoſi. l. 1. C. ad. l. Iulia. pecu. Alphonſus de Caſtro, in hac materia, in libro 21. de iuſta hæreticorum punitione. c. 6. hanc tenuit opinionem contra communẽ, quòd hæreticus ante condemnationem tenetur in foro conſcientiæ, omnia bona ſua tradere fiſco, alias peccat: & iniuſtè retinet, & ad tuendam hanc ſuam opinionem, idem author ſcripſit librum illum de poteſtate pœnali. Et fuit re vera error peior priore, nec mirum eſt, nam bonus quandoque dormitat Homerus: ideo meritò eum multis rationibus & argumentis reprehendit Domin. de Soto, de iuſt. & iure. libr. 1. q. 6. art. 6. præſertim quòd lex pœnalis nunquam reum obligat ad pœnam in foro conſcientiæ ſoluẽdam, iuxta gloſ. ſing. & nimis vulgatam in. c. fraternitas. 12. quæſt. 2. quam dixit eſſe ſingu. Alexan. de Imola, in. l. ſi pœnæ. ff. de condi. indebi. Roma. in rub. de arbitris. Bald. in. l. ſi poſt diuiſionem, in fine. vbi Iaſ. num. 7. C. de iuris & facti ign. idem Bal. in. l. 2. in fin. C. de vectiga. & cõmiſſis, & in. l. id quod pauperibus

peribus

peribus.num.22.C.de Epiſcop.& cle-
ri.Iaſ.in.l. ex hoc iure.colum. fina. ff.
de iuſtitia & iure.& in.l.fina.num.16
C.vnde legi. & in. §. ſed iſte quidem.
nume. 110. inſtit.de actio. Decius in
l. quòd à quodam.num. 3.ff.de regu.
iuris.vbi aſſerit dictam glo. eſſe com-
muniter approbatam. Hippo.in.l.pa
tre, vel marito.num.7. ff.de quæſtio.
Abb. dixit eſſe notabilem in. c.quia
plerunque.num.41.de immunit. ec-
cleſia. & in cap.Rainaldus.nume. 25.
de teſta.& in.2.proœ.decreta.nume.
4. & in. c.1.nu. 10.de conſti.vbi Feli.
num.43. cum ſequentibus, regulam
&. 5.fallentias ad dictam glo.ſcripſit.
Idem Abb. tanquam notabilem re-
fert dictam glo.in rub.de appella. nu
me. 16. & in cap. fina.nu. 6.de ſepul-
tu.& in.c.tuam.nume.3.de pœnis,&
in cap. ſi egreſſus. in fine, de iniurijs.
quam glo. aſſerit eſſe mirabilem.Fe-
lin. in ca. audiuimus de ſimonia, vbi
per totam lecturam illius. c. tres no-
tandas rationes & fallentias, ad præ-
dictam accuratiſsimè & diffusè ſcri-
pſit:prædictam etiam gloſ. refert Ber
nar.Diez de Luco.in regu.544.incip.
pœna.& Adrianus Papa.in quodlibe
to.11. & Martinus Nauarr. in cap.ſa-
cerdos.nume.148.de pœnit.diſt.6.&
Alphonſus de Caſtr. de poteſtate le-
gis pœnalis, lib.2.ca.9.poſt medium.
& Domi.de Soto.de iuſt.& iure.lib.2
q.6.art.6.alia delicta quæ publicatio-
nem bonorum merentur, refert. gl.
magiſtra.in.l. 2.in verbo, *todos ſus bie-
nes*.tit.17.libro.4.fori.

## SINGVLARE XXVII.

*SVMMARIVM.*

1 *Cauſa duobus legatis commiſſa inſolidum nō
cenſetur data.*
2 *Iudices ordinarij habent iuriſdictionem in-
ſolidum.*
3 *Inquiſitores ſunt iudices delegati.*
4 *Inquiſitores poſſunt ſimul & ſeparatim co-
gnoſcere.*
5 *Quinque ſunt permiſſa, & tria inquiſitori-
bus prohibita.*
6 *Hodie poteſtas Inquiſitoribus eſt reſtricta.*
7 *An poſsint Inquiſitores abſoluere inquiſitos
ſine Epiſcopo.*

1 CAuſa à ſede apoſto
lica duob⁹ pluribus
ve ſimpliciter com
miſſa, vnus delega-
tus non poteſt in
cauſa procedere, ſi-
ne alio. l. duo ex tribus. ff. de re iud.l.
placet.C.de iudicijs. c.cauſam matri
monij.de offi.delega.c.ſi plures. eod.
titu.lib.6.quia nō habent iuriſdictio-
2 nem inſolidum. Ideo vnus ſine alio
nihil agit, ſed ſi plures eſſent iudices
ordinarij, illi haberent iuriſdictionē,
& eius exercitium inſolidum, & non
ſolum voluntariam, ſed etiam con-
tentioſam: ideo vnus ex pluribus or-
dinarijs, poterit à principio ſine alio
de cauſa cognoſcere & iudicare, &
ſententiā proferre.l.1.ff.de offi. con-
ſu.l.ſi pater.ff.de lib.cau.glo.& Doct.
in. l. Pomponius. ff. de re iudi.glo.in
parte ſeparatim. in. c. vt officium.de
hære.lib. 6.Sed ſi plures iudices ordi-
narij ceperint ſimul de cauſa cogno-
ſcere, non poterit vnus ſine alio co-
gnoſcere, vel ſententiā proferre: glo.
eſt ſing.in.l.Pomponius, quā ibi om-
nes ſequuntur.ff.de re iud.glo.1.in.l.
duo ex tribus.ff.eodem tit. Alexand.
conſil.93.repetitus.num.2.vol.7.vbi
aliqua ſimilia in propoſito adducit.
Ioā.Bernar.Diez in regu.380.incip.
iudices ordinarij. optimè Robertus
Morata de ordine iudiciorum, parte
4.diſtinctio.5.vbi.40.differentias in-
ter iudices ordinarios & delegatos
ſcripſit.

¶Sed



3 ¶Sed fauore fidei ſtatutum eſt,
quòd Inquiſitores hæreticæ prauita-
tis, deputati in aliqua prouincia, vel
ciuitate, quanquam ſint iudices dele
gati.gloſ.in parte ipſorum, in Cle.no
lentes.de hæret.Ioan.Andre.Peru.&
alij contra Archidi. in cap.ne aliqui.
de hæret.lib.6.Abb.in.c.cauſam ma-
trimonij. nume.7.de officio de lega.
& in cap. cum.1.& num.9.de re iudi.
& in ca. cauſam reſtitutionis in prin.
de in inte.reſti.& in.c.fina.nume.19.
de re iudi. Decius conſi.137.& diligē
ter. nume.3 in fine. Gundiſſaluus de
Villadieg.de hære.q.23.num.6.dicit
comm.Alciat.in rub.de offic.ordina.
nume.19.& Iacobus Sept.in inſti.Ca
tho.c.34.nume.6.poſſunt tamen ſi-
mul & ſeparatim in cauſa hæreſis in-
quirere & procedere, ca.vt officium.
4 c.vt commiſsi, in prin.ca.per hoc.de
hæret.lib. 6.Abb.in.c.fin.num.19.de
re iudi. & in ca. cauſam matrimonij.
num.10.plene Decius de offi.deleg.
Sed hodie hæc poteſtas Inquiſitori-
bus in quibuſdā caſibus reſtricta eſt.
5 Cle.1.§.1.de hęret. vbi habētur quin
que, quæ Inquiſitores, vel alter eorū
ſine Epiſcopo diœceſano poſſunt fa-
cere: videlicet, contra hæreticos co-
gnoſcere, vel inquirere, & eos citare,
atque capere, & in compedibus po-
nere: ſed tria ſunt prohibita, quæ vn⁹
Inquiſitorum, vel ambo ſine Epiſco-
po facere nequeunt: videlicet, hære-
ticos in tormentis ponere, & eos du-
ro carceri tradere, & ſententiam diſ-
finitiuam proferre: nam quando di-
uiſim Inquiſitores, vel alter ipſorum,
vel diœceſanus procedunt, tenētur
ſibi inuicem cōmunicare proceſſus:
itaque vnus ſine alio ſententiam nō
proferat.c.per hoc, de hæret.lib.6.&
dicta Cle. 1. & eſt extrauag. Benedi-
cti incip.ex eo quòd quædam.de hæ-
ret.declarat. Iaſ.in.l.qui condemna-
re.nume.13.ff.de re iudi. Fran.Squil-
la. de fide Cathol. ca. 53.in fin. latius
6 & melius.c.40.& Alphonſus Aluárez
Guerrero, in theſauro religióis Chri
ſtianæ, titu.de hæret.nu.89. Hodier-
no tamē die, vt patet in.4.inſtructio-
ne Toletana, cap.1.quam refert Iaco
bus Sept. in inſtit. Catho.c.34.num.
17. Quando ambo Inquiſitores ſunt
præſentes, non poterit vnus ſine alte
ro procedere ad capturam hęretico-
rum, neque ad purgationem inducē
dam, neque ad publicationem teſtiū
neque ad copiam actorum reo dan-
dam: ſed circa prædicta occurrit diffi
cultas, an Inquiſitores ſine Epiſcopo,
vel ècontra, poſsint inquiſitos abſol-
uere. glo. in. d. Cle.1.tenet quòd ſic,
7 quam ibi Pau. de Leazar, & Bonifa.
ſequuntur, & Præpo.in cap.inferior.
21.diſtinct.Iaſ.in dict.l.qui condem-
nare. Ludouicus Carrerius, de hære.
nu.72.ratio diuerſitatis eſt, quia abſo
lutio longè fauorabilior eſt, quàm cō
demnatio. l.cum quidam.ff.de lib.&
poſthu. l. præcipimus. C. de appella-
tio.regul.fauorabiliores de regul.iu-
ris, lib.6. Contrariam verò ſententiā
tenuerunt Ioannes Andre. & Imola.
in.d.Cle.1.& Areti.& Socin. in dict.l.
qui condemnare, & Iacobus Sept.in
inſtitu.Cathol.c.3.nu.4.quia correla
tiua ſunt abſolutio & condemnatio,
& correlatiuorum idem iudiciū eſt.
l. fina. C.de indicta vidui.tollen.l.fin.
ff. de acceptil. præterea maturior &
integrior erit ſententia multorū iu-
dicio comprobata.c.prudentiam. de
offi.delega.& quia hæc fuit ratio fina
lis illius Clem. 1. de hæret.quæ mili-
tat, ſimiliter in abſolutione, ſicut in
condemnatione: & hæc opinio mihi
verior videtur.

## SINGVLARE XXVIII.

CAuſa alicui à Romano Pontifi-
ce, in aliqua diœceſi, vel prouin

cia

cia commiſſa cenſetur abdita à pote
ſtate & iuriſdictione ordinarij: taliter
quòd de illa ordinarius cognoſcere
non poterit: nam in illa cauſa delega
tus maior eſt ordinario, cum delegan
tis vicem gerat delegatus. l. ſolet. ff.
de iuriſdictio. omni. iudi. capit. ſanè.
nume. 2. de offic. deleg. capitu. 2. eo-
dem titul. ideo primo ponitur in lib.
decretalium, titulus de offic. delega.
quàm tit. de offic. ordi. vt dicunt Pau.
Alexand. & Decius in rub. ff. de offic.
eius cui man. eſt iuriſ. qui enim ma-
ior eſt, primo loco ſtare debet. l. 1. &
2. ff. de albo. ſcriben. & in. §. aliam in-
ſti. de bono. poſſe.

¶ Sed hoc ſpecialiter ſtatutum eſt
in Inquiſitoribus hæreticæ prauita-
tis, quòd per delegationem eis fa-
ctam, procedendi facultas ordinarijs
ſuper eiſdem criminibus non tolli-
tur, capit. per hoc. de hæreti. libro. 6.
Clem. 1. eodem titul. & in extra. Be-
nedicti incip. ex eo quòd quædam ti-
tul. de hæret. Officium enim Inquiſi-
torum quo ad ordinarios eſt accu-
mulatiuè, & non priuatiuè, vt decla-
rat Felin. in cap. excommunicamus.
in. 1. nume. 4. de hæret. alia prætere a
poterit eſſe ratio, quòd Inquiſitores
cum ſint iudices delegati ad vniuer-
ſitatem cauſarum. glo. 1. vbi Archidi.
& alij in cap. per hoc. de hæret. libro
6. glo. in parte ipſorum. in Clem. no-
lentes, de hæret. Ioannes Andre. &
Peru. & magis cõmuniter omnes cõ-
tra Archid. ibi, in ca. ne aliqui de hæ-
re. lib. 6. accuratè Gundi. de Villa. de
hæret. quæſt. 7. nu. 9. & ſupra lati⁹ ego
retuli per poteſtatẽ datã delegato, ad
vniuerſitatem cauſarũ, non cenſetur
in illis cauſis abdicata poteſtas ordi-
naria: vt tradunt Bar. Bal. & alij in. l. 1.
ff. de offi. præfecti vrbis. Bal. in. l. vni-
ca. §. vbi autem. C. de Cadu. tollẽ. Fe-
li. in. d. c. excõmunicamus. nu. 5. Gun
diſſa. de Villad. in loco retro citato.

## SINGVLARE XXIX.

CItatus vt ſit contumax, ter cita-
ri debet. l. tres denunciationes.
l. conſentaneũ. C. quomodo, & quan
do. Iud. l. contumacia. §. 1. ff. de re iu-
di. ſed Alphonſus Caſtrẽ. de iuſta hæ-
re. puni. lib. 2. c. 1. inquit, quòd duæ tã
tum monitiones ſufficiunt aduerſus
hæreticum, vt ſit contumax, & vide-
tur quòd vna tantum ſufficeret, cum
in cauſis hæreticæ prauitatis proce-
datur ſummariè. ca. fina. de hære. lib.
6. & vnica in ſummarijs habet vim
peremptorij. Bald. in rub. C. comm.
vel epiſtol. Roma. in rubr. ff. de arbi.
Hippo. in. l. de vnoquoque. num. 134
ff. de re iudi. Lamfra. in Clem. ſæpe, in
verbo, ſimpliciter. nume. 8. de verbo.
ſigni. ſed Iaco. Septi. in inſtit. Cathol.
cap. 43. nume. 12. affirmat, quòd de
conſuetudine in hoc crimine, ſicut
in alijs criminibus tres fiunt monitio
nes, quibus addendum eſt ſingulare
dictum Inno. ſi verum eſſet, in ca. ad
petitionem. nume. 3. de accuſa. quòd
ſi aliquis perſonaliter fuit citatus, nõ
requiritur quòd amplius citet᷑, quia
citatio in præſentia eſt peremptoria,
quod dictum communiter reprehẽ-
ditur, vt patet per Ioan. de Imo. & Fe
li. ibi. nu. 20. & Matthæ. in ſing. 131.
incipit, nota dictum.

## SINGVLARE XXX.

CIuitas tota poteſt igne deſtrui,
quãdo in ea plures ſunt hæreti-
ci. c. ſi audieris: & ibi gl. 23. q. 5. Et ha-
bet᷑ in Deute. c. 13. tenuit Hoſti. in ſũ-
ma de hære. §. diligenter. Ancarra. in
cap. præſidentes. eodem. titul. libro
6. Carrerius de hæreti. nume. 148. Al-
phonſus Caſtren. lib. 2. de iuſta hæreti
corum



corum puni. c. 14. Radicitus. Gundiſ-
ſaluus de Villadi. de hæret. quæſt. 24.
per totam. Et ita de Palentina ciuita-
te legitur, & Carthago, & Troia paſ-
ſæ fuerunt aratrum propter delicta:
vt dicit. l. ſi vſusfructus. ff. quẽadmo-
dum vſu. amitta. & ciuitas Brigiæ, &
Collegium, & ordo Templariorum:
vt refert Bar. in. l. aut facta. §. nonnun
quam. nume. 6. ff. de pœnis, de qua re
videndus eſt Iacob. Sept. in inſti. Ca
tho. c. 45. num. 13.

## SINGVLARE XXXI.

CLericum percutiẽs in maiorem
incidit excommunicationem,
& à nullo alio, quàm à Romano Pon-
tifice abſoluitur. c. ſi quis ſuadẽte dia
bolo. 17. quæſt. 4. ca. porrò. c. nulli, cũ
alijs de ſenten. excommu. l. 3. titul. 9.
part. 1. ait Redemptor noſter per Za-
chariam prophetam. c. 2. Qui vos tã-
git, me tangit, & tangit pupillam ocu
li mei. c. accuſatio. in primo. 2. quæſt.
7. & alibi: Nolite tangere Chriſtos
meos. Verùm in odium hæreticorũ
cautum eſt, quòd ſi quiſpiam clericũ
hæreticum percutiat, non incidit in
dictum canonem, ſi quis ſuadẽte. Ita
dixit ſing. Inno. in. c. ſi verè. de ſentẽ.
excommuni. ſequitur Cardi. in Cle.
2. §. cæterum. de electio. Anto. in ca.
contingit de ſententia excommuni.
Feli. vbi hoc reputat eſſe ſingu. in. d.
c. ſi verè in prin. & in. c. fina. de hære.
Domi. in. c. in nomine Domini. 23. di
ſtin. Fran. Ponzi. de Lamijs. num. 77.
& Ludo. Carre. de hære. §. nũc de pœ
nis. numero. 7.

## SINGVLARE XXXII.

CLerici ſtatim poſt depoſitionẽ
in tribus caſibus traduntur cu-
riæ, & poteſtati ſeculari, videlicet, in
crimine hæreſis. c. ad abolendam. c.
excommunicamus. in. 2. de hæreti. l.
60. titu. 6. part. 1. Archi. in. c. vt inqui-
ſitionis. nu. 3. de hæret. lib. 6. & quan
do clericus contulit contumeliã ma-
ximam Epiſcopo. c. ſi quis ſacerdotũ.
11. quæſt. 1. & in crimine falſi. cap. ad
falſariorum. de crimi. falſi. prædictos
caſus refert. d. l. 60. in alijs verò crimi
nibus, clericus depoſitus non ſtatim
traditur curię ſæculari. Imò adhuc te
netur viuere clericaliter, & priuile-
gio clericali gaudet, & eccleſia eum
defendit, niſi data incorrigibilitate.
cap. cum non ab homine. vbi latè do
centes de iudi. Abb. in. d. cap. ad falſa
riorum. num. 3.

## SINGVLARE XXXIII.

CLerico pro ſuis delictis, regulari
ter non eſt iniungenda pœnitẽ
tia ſolennis, tum propter ordinis di
gnitatem, tum etiam ne populus ob
id ſcandalum patiatur. c. alienum. c.
illud. ca. confirmandum. c. de his. 50.
diſtin. notant Archid. & Præpo. in. c.
presbyter. 82. diſtin.

¶ Quod eſt regulare, niſi pro cri-
mine hæreſis, vel pro alio grauiſsimo
delicto. c. fina. 30. d. cap. ſi quis Epiſco
pus. 81. diſtinct. cap. ſacerdos, de pœ-
niten. diſt. 6. c. 1. c. accuſatus. §. fin. de
hære. lib. 6. notauit Grilla. de hære. q.
7. Brunus lib. 4. c. 13. Gundiſſaluus de
Villadie. de hæret. quæſt. 19.

## SINGVLARE XXXIIII. & XXXV.

CArcerati relaxãdi ſunt à carceri
bus diebus paſchalibus, niſi pro
crimine lęſæ maieſtatis diuinę & hu-
manæ: & pro alijs criminib⁹ relatis in
l. nemo deinceps. C. de Epiſco. audiẽ.
quam legem allegat glo. fina. in cap.
poſſeſſor.

poſſeſſor.de regu.iu.lib.6.dicẽs.Hoc eſſe ſpeciale in hoc crimine hæreſis, hæretici enim, omni prorſus auxilio, & priuilegio iuris carent.c.ad abolẽdam, in fine.c.ſi aduerſus nos de hæreticis: & eſt in hoc aliud ſpeciale, quòd hæreticus notorius à quocunque etiam priuato capi poteſt: ita inquit Hoſtien. in ſumma de hæret.§. qualiter deuitentur.num.7.de hære. & Alberi.in rub. de hæret. C.num.5. & Iacob. Sept.in inſtitu.Catho.c.16. in prin.ratio eſt, quia eſt hoſtis communis: nam ſi licet hæreticum impunè occidere, vt infra, ſingulari.73.in fine,à fortiori eum capere.

## SINGVLARE XXXVI.

COmmunicans cum excommunicato maiori excommunicatione ligato, eſt excõmunicatus minori excommunicatione. c.nuper.c. ſi quem.de ſententia excommunicationis.cap.quia multos.11.quæſt.3.l. 2.&.3.titu.9.part.1.ſed ſingulare eſt, quòd communicans cum hæretico excommunicato, ligatur maiori excommunicatione.c.excommunicamus,in.1.§.credentes.verſi.ſi qui autem tales: & ibi notat Anton. de Bu. de hæreticis.Iacobus Sept. in inſtitu. Catho.c.27.in prin. periculoſa enim eſt hæreticorum conuerſatio: text. ſing.in c.inter ſolicitudines de purgcano.ibi,in pœna familiaritatis illius quam cum hęreticis ſcienter habuiſſe dignoſcitur. Ideo dixit ſingulariter Hoſtien.in ſumma de hæreticis. §.qualiter deprehendatur. nume.4. quòd qui cum hæretico conuerſatur oritur ſuſpectio de hære.contra eum refert Alphonſus Guerrero, titu. de hæreticis.nume.9.in fine.Caſtr. de iuſtã hæretic.libro.2. cap.17.

## SINGVLARE XXXVII.

COllegio Iudæorum prohibitũ eſt relinquere, ſed vni de collegio Iudæorum relinqui poteſt.l.1.& ibi glo.notabilis.C.de Iudæ.Bar. & Sali.in.l.1.C.de ſacroſanct.Eccleſ.Bart. in.l.cum ſenatus,per text.ibi.ff.de rebus dubijs. Collegio tamen hereticorum nihil relinqui poteſt: & hoc eſt ſpeciale, quòd neque alicui de collegio eorum.l.Manichæos.C.de hære. c.ſanè. 24.q.2. Bar.& Soci.in.d.l.cum ſenatus.Ioan. Nicola.de hæret.nota. 7.in quo loco huius diſcriminis rationem ſcripſit.Alia pręterea,vltra eum poteſt dari ratio, quod Iudæi tolerãtur ab Eccleſia. Ioan. de Imo.& Cardi.in Clem.vnica de Iudæ.Gundiſſaluus de Villadie.de hæret.q.5.nu.9.Et ita hodie ſunt Iudæi Romæ, & olim in noſtra Hiſpania, vſque ad annum 1492. menſis Martij, in quo rex Catholicus Ferdinãdus,cui ſemper maxima cura religionis Chriſtianæ fuit, ab Hiſpania omnes Iudæos penitus extirpauit,& fuerunt expulſi quater centum,& viginti millia Iudæorum: vt refert Albertinus in rub.de hæret. lib.6.q.3.& Iacob.Sept.in inſtitu.Catho. c.35. nume.7.nam licet Iudæus, vel Sarracenus teneat contra fidem noſtram,non ob id iudicandus eſt hereticus, quia non poteſt dici diuiſus ab vnitate Eccleſiæ, qui nunquam in ea fuit.Clem.vnica de vſu.Gundiſſal. de Villadieg.quęſt.2.in prin.Iacobus Sept. vbi ſupra. cap.35.num.8.de his enim qui foris ſunt, nihil ad nos.cap. gaudemus,de diuor.c.multi.2.q.1.

## SINGVLARE XXXVIII.

COndemnandus quiſpiam non eſt ex ſola confeſsione, quando aliter nõ cõſtat de delicto.l.1.§.illud,

autem.



autẽ.vbi Bart.ff.ad Sillania.l.1.C.vbi cau.fiſca.Bal.in auten. ſed nouo iure. C.de ſeruis fugitiuis.Angel.in.l.vnica,colum.2.C.de confeſ.Bar.in.l.fin. ff.de quæſtio.late Angel. in tractatu maleficio.in verbo veſtem cœleſtem. Felinus in capi.auditis. numer.28. de præſcrip.Iaſ.in.l.error.num.14.C.de iuris. & facti ignoran. Hippolytus in practica criminali,in principio.num. quinto,&.17.vnde dixit ſing. Bald.in ſpe.titu.de ſenten.in fine:& in.l.cum probatio.ff.de proba.Ang.in.l.certũ. in prin.ff.de confe.ſequitur. Hippol. in loco modo citato,&.in.l.1.nu.3.ff. de quæſtio. Quòd ſi quis confiteatur ſe hominem occidiſſe,& poſtea illum proieciſſe in mare, & non conſtat de corpore mortuo,confitẽs propter talem confeſsionem non debet de homicidio puniri: hoc probat. text. quẽ nullus allegat in.l.inde Neratius. §.fi. ff. ad.l. Aqui. ibi, ſi hominem viuum confiteatur ſe occidiſſe,Iulianus ſcribit ceſſare Aquiliam: quàmuis confeſſus ſit ſe occidiſſe,& dicit Bald.in.l.2. in fine.C.quibus res.iudi.non nocet. allegando.l. qui ſeruum in prin.ff.de interro.actio,& Iaſ.in.d.l.error.num. 14.quòd ſi aliquis confeſſus fuit ſe hominem occidiſſe, & propter hoc poteſtas fecit eum decapitari, & poſtea reperitur verus homicida,quòd ſimiliter debet mori,neq; liberatur propter pœnam primi: verum id quod ſupra dictum eſt fallit in crimine hæreſis,in quo ſola confeſsio libera ſufficit ad condemnationem: etiam ſi alio modo de crimine hæreſeos non conſtet,cum hoc crimen in animo & voluntate principaliter conſiſtat. Ita Bald.in.l.ſi quis non dicam rapere, in princip.C.de epiſcopis, & cleri. Feli. in.cap.auditis.num.28. de præſcripti. Ioan.Nicola. hoc ſpeciale in hoc crimine refert in tractatu de hære. nota.2. vbi hoc limitat.Idem tenuit Ludou. Carrerius, in ſua practi. numer. 169.Iaco. Septi.in inſtitu. catho. cap. 13.in princip.

## SINGVLARE. XXXIX.

COndẽnatum in cauſa criminali, quilibet extraneus, etiam ſi ſua non interſit,poteſt ſine mandato defendere,eo etiam inuito,ſingu.l. non tantum.ff.de appella.l. Stichus. ff. de pecu.lega.quam.l.non tantum, cum 6.ampliationibus &. 8. Fallen. declarat Feli.in.c.cum ſuper. num. 2. cum ſequent.poſt Abb.ibi.nume.12.de re iudi.latè Hippol.in rep. rub.C. de probatio.num. 144. & in.l. ſi quis neque quæſtio. num. 101. ff. de quæſtio. ſed ſingulare eſt in crimine hæreſis,quòd extranei non admittuntur ad defenſionem hæreticorum: ſed quãdo poſt mortem defunctus accuſatur, filij ad eius defenſionem admittuntur. ca. ſi filij vel hæredes. §. alioquin, vbi gloſſ. & doctores.de hære.lib. 6. Gundiſſal. de Villa.de hære.queſt.22.numer.16. dicẽs hoc eſſe in hoc crimine ſpeciale, ſicut multa alia, propter deteſtationem huius criminis, in iure reperiuntur ſtatuta.

## SINGVLARE. XL.

COncluſio in cauſis hæreticæ prauitatis neceſſaria non eſt. c. fin. de hære.lib.6.iuncta.glo. in cle. ſæpe. de verb.ſig.notat Bar.in extraua.ad reprimendum in parte.ſequentia: quo modo in crimine læſæ maieſtatis procee. expreſſe Gundiſſal. de Villad. de hære. q.12.num.2. vbi refert hoc eſſe ſpeciale in hoc crimine: ſed videtur quòd in alijs etiam cauſis criminalibus,non eſt neceſſaria in libello concluſio: quia ius concludit ad pœnam

ſine concluſione. glo. eſt fina. & quidem ſing. in. l. in cauſis. C. de accuſa. quam notat Bald. in. l. edita. num. 55. C. de edendo. Ange. in tractatu male. in verbo, inquiſitio. colum. 6. verſi. item quæro, an iudex teneatur, & ſimiliter in cauſis criminalibus, nõ obſtante concluſione, in cauſa, reus poteſt facere ſuas defenſiones, & probationes. Bar. in. l. 1. §. fina. & in. l. vnius. §. cogniturum. ff. de quæſtio. & in. l. diui. ff. de pœnis. & in Authen. qui ſemel. in fine. C. de proba. Hippo. cõſil. 16. in præſenti caſu. nu. 32. facit glo. notãda. in. l. pactum inter hæredem. ff. de pactis. quòd reus non poteſt in criminalibus renunciare defenſionibus: quam allegat ad hoc Iaſ. in. l. ſi quis in conſcribendo. nume. 18. C. de pactis. & in Authen. iubemus. num. 7 de iudi. Hippol. plenè, in. l. ſi quis vltro. nu. 62. ff. de quæſtio.

## SINGVLARE XLI.

CONdemnãdus quis regulariter non eſt, ſine accuſatore. l. reſcripto. §. ſi quis accuſatorem. ff. de mune. & hono. l. qui crimen. C. qui accuſa. non poſſ. c. vnico. vt eccleſi. bene. ſine dimi. conferan. dicente Saluatore noſtro: Mulier, ſi nemo te accuſat, nec ego te condemno. Quam authoritatem refert glo. in. d. §. ſi quis accuſatorem. ſed in crimine hæreſis poteſt quis ſine accuſatore puniri. c. inquiſitionis. de accuſa. ca. vt officiũ. §. compeſcendi. de hære. libr. 6. l. 3. C. de apoſta. 10. caſus, in quibus ſine accuſatore punitur, refert glo. ſingu. in parte, ſine accuſatore. in. d. ca. vnico. glo. in. c. de manifeſta. 2. q. 1. glo. in. l. 2. §. ſi publico. vbi latè Bar. ff. de adulte. glo. in. l. fina. vbi plenè Hippol. ff. de quæſtio. Roma. in ſing. 519. incip. Innocentius. l. 28. vbi glo. tit. 1. par. 7. 18. caſus ſcripſerunt Hoſti. & Henri. in. d. c. vnico. 22. Alber. de Gan. in tractatu male. in rub. quæ ſit accuſatio, & quãdo accuſatio ſit neceſſaria.

## SINGVLARE XLII.

COnſanguinei vel coniuncti in cauſis criminalibus nõ poſſunt cogi, vt inuicem ſibi teſtificentur. l. lege Iulia. l. in legibus. ff. de teſti. l. parentes. C. eod. titu. l. 11. titu. 16. par. 3. l. fina. titu. 30. par. 7. ſed in crimine hęreſis indubitatum eſt, cõſanguineos ad teſtimonium ferendum, poſſe cogi, & fidem facere. capit. literas. vbi Abbas. nume. 2. & num. 8. de præſumptio. Hoſti. & Ioan. Andre. in. c. dilectorum, de teſti. cogen. Iacobus Sep. in inſtitu. Catho. c. 62. nu. 14.

## SINGVLARE XLIII.

COntractum aliquem, vel pactũ validũ hęreticus celebrare non valet. l. Manichæos. C. de hære. c. excommunicamus. §. credentes. eod. titu. l. 4. in fine. tit. 26. part. 7. Ioan. Nicolaus, de hære. nota. 48. incip. nouit Petrꝰ de Vnzola in arte notoria. rub. de hære. in prin. & obligatus hæretico, etiam cum iuramento, ipſo facto liberatur. c. fina. de hęre. notat Ludo. Carre. de hære. §. nunc de pœnis. nu. 30. ſed contractus facti tempore gratiæ, illorum, qui poſtea ad fidem redeunt, reuiuiſcunt: vt declarat Iaco. Sept. in inſti. Catho. c. 46. num. 5.

## SINGVLARE XLIIII.

COnueniri quis non debet eodẽ tempore de eodem delicto corã diuerſis iudicibus. c. fi. de reſcript. c. diſpendia. eod. titu. lib. 6. l. 1. §. fina. C. de aſſer. tollẽ. ne quis tot laboribꝰ & ſumptibus, & expenſis vexetur: & ne iudicium diuidatur, & ne ſequatur maximum inconueniens, quòd vnus iudex abſoluat, alter verò condemnet. l. nulli. C. de iudi. l. omnes. C. arbi. tute. cap. 1. de cau. poſſe. & proprie. In crimine verò hæreſis ſingulare eſt, quòd ſuper eodem delicto poteſt quis trahi eodem tempore, & cõueniri coram diuerſis iudicibus: videlicet coram ordinario, & coram inquiſitoribus hæreticæ prauitatis. cap. per hoc. vbi Archi. & Francus, & alij in prin. de hære. lib. 6. Cle. 1. de hære. extraua. Benedicti. eod. tit. incip. ex eo. Ludo. Gomez. in. d. ca. diſpendia. nu. 18. Ponzinibius de lamijs. num. 74. Iacob. Septim. in inſtitutio. catholi. ca. 45. num. 20. ſed occurrit difficultas circa prædicta, ſi ordinarius & Inquiſitores ſimul aliquem vocant, cui potius citatus obedire tenetur, videtur quod ordinario: nam ordinarius habet fortiorem & ordinariam iuriſdictionem. cap. ſignificauit. de offi. ordi. & ordinarius dicitur habere iuriſdictionem fauorabilem, & delegatus odioſam. glo. eſt ſing. in verbo. proceſſus. in. cap. 1. de reſcript. lib. 6. Abb. in. c. ſiquis contra clericum. in rep. nu. 4. de foro. compe. idem Abb. Felin. & Decius in. cap. ad hæc. col. 1. de reſcri. Gomezius in reg. de veriſimili notitia. in prin. & Hippo. ſing. 296. & Robertus Maran. in practi. par. 4. diſt. 5. nu. 29. & eſt tex. & glo. in cle. 2. de offi. ordinarij: & vltra hanc ordinariam iuriſdictionem, æqualem iuriſdictionem delegatam tribuunt iura ordinarijs quàm inquiſitoribus. ca. per hoc de hære. lib. 6. cle. 1. §. 1. eo. tit. & in dicta. extraua. & ita tanquam delegatus & ordinarius in cauſa procedit: & ordinaria & delegata iuriſdictio ſimul poteſt concurrere. Inno. in. c. cum ex officij. vbi Feli. 9. cõcluſiones ſcripſit de præſcrip. & Nicolaus Boerius deciſione. 151. incip. dico primo, in fine & epiſcoporum munus eſt fidem plãtare, & hæreticam prauitatem de ſuis diœceſibus extirpare. cap. excommunicamus. §. adijcimus inſuper. de hęre. & in directorio Inquiſitorũ. 3. par. cap. 108. ſed proh dolor veriſsimum eſt noſtris temporibus dictum. Bald. in. l. obſeruare. §. proficiſci. nu. 2. in fine. ff. de offi. procon. & leg. quòd iuriſdictio epiſcopi de generali conſuetudine receſsit ab aula. Quod dictũ refert Nicola. Boerius, deciſione. 69. incip. præſuppono. nu. 21. Pro alia verò parte, videtur quòd inquiſitoribus potius quàm ordinario obędire teneatur: quia delegatus Papæ eſt maior quolibet ordinario in illa cauſa. c. ſane in. 2. ca. ſtuduiſti. de offi. delega. ſed inquiſitores ſunt delegati Romani Pontificis. c. vt officium. cap. ne aliqui. de hære. lib. 6. glo. in parte ipſorum. in cle. nolentes, de hære. Abb. in cap. cauſam matrimonij. nu. 7. de offi. deleg. dicit communem concluſionem. Alcia. in rub. nu. 19. de offi. ordi. Iaco. Septi. in inſtitu. catho. capit. 34. num. 6. ergò maiores ſunt in iuriſdictione ordinario. Et ita Archi. Ioan. Andr. & Peru. in. d. c. per hoc, in fine. Et in directorio inquiſitorum. 3. par. quæſt. 4. & Feli. in. ca. excommunicamus. in. 1. num. 4. de hęre. Et Carre. de hære. nu. 71. Iaco. Septi. in inſtitu. catho. c. 45. nu. 8. cõcludũt, quòd potius coram inquiſitoribus, quàm coram ordinario comparere tenetur citatus, etiam ſi prius ab ordinario citetur: & poſtea ab inquiſitoribus, allegat Archid. l. contra pupillum. ff. de re iudi. magna quidem eſt authoritas Archi. & ſequaciũ: mihi tamẽ (ſalua eorũ pace) videtur, quòd id quod dicitur de inquiſitoribus, qui iudices ſunt delegati: idem dicendũ eſt in ordinario

qui vtraque iuriſdictione vti poteſt:
nam huiuſmodi iuriſdictio ad ordina
rium eſt cumulatiua, & non priuati-
ua: vt in dict. c. per hoc. c. excommu-
nicamus. 1. §. adijcimus. eo. tit. ideo
prima opinio mihi videtur verior,
contra communem.

## SINGVLARE XLV.

CORrelatiuorum eſt idem ius. l. fi
na. vbi Bart. ff. de acceptila. l. fi-
na. C. de indicta vidui. tollen. glo. in
prin. inſtit. de ſucce. ſubla. Bart. in. l. ſi
de vi. C. de exacto. tribu. lib. 10. Abb.
in rubr. proœ. decreta. lectu. 2. nume.
10. Hippo. in. l. circuncidere. §. ſeruo.
nume. 4. & 5. ff. de ſica. vnde dicit Bal
dus, allegando dicta iura, in. l. 1. num.
23. C. qui accuſ. non poſſ. quòd corre-
latiuorum eſt idem principium, &
idem interitus. Satis vberrime Ioan.
Baptiſta de ſancto Blaſio, in tractatu
correlatiuorum: vbi, 28. fallētias ſcri-
pſit, quarum vna præcipua ſecundū
eum eſt, quòd dicta regula non ha-
bet locum in hæretico: idem tenuit
Ioannes Nicola. vbi, exempla huius
rei ſubijcit in tractatu de hære. nota
47. incip. memoria, &c.

## SINGVLARE XLVI.

CRimina occulta propter chari-
tatem erga proximum, quis te-
netur celare, & non prodere. ca. ſi ſa-
cerdos de offi. ordi. c. ſicut Chriſtus.
1. quæſt. 1. ſed id fallit in crimine hæ-
reſis, quòd quis tenetur illud propa-
lare, nunciando, vel teſtificādo, quan
do publicantur edicta monitoria ab
Inquiſitoribus, etiā ſi hæreſis ſit om-
nino occulta. S. Thomas. 2. 2. quæſt.
70. ar. 1. Inno. in. ca. 1. de teſti. cogen.
Cardi. in cap. ſi peccauerit. nume. 29.
2. q. 1. Gundiſſaluus de Villadiego, de
hæret. q. 6. nu. 4. Alphon. Caſtr. lib. 2.
de iuſta. hære. puni. c. 25. Iacobus Se-
pti. in inſtitu. Cathol. cap. 18. in fine.

## SINGVLARE XLVII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Damnatorum bona pertinēt ad deſcendētes.*
2 *Succedens in bonis confiſcatis filios alere, &*
*filias damnatorum dotare tenetur.*
3 *Propter crimen hæreſis filius legitima nō pri-*
*uatur.*
4 *Lex ipſa naturæ filios ſucceſſores facit.*

1 DAmnatorum bona
ſaltim de iure Au-
thenticorum appli
cantur aſcendenti
bus, & deſcenden-
tibus condemnati
in infinitum. Authen. bona damna-
torum. C. de bonis proſcrip. l. 6. titul.
7. & l. 8. titu. 10. part. 7. l. 5. tit. 31. part.
7. quæ iura regia volunt, quod vſque
ad tertium tantum gradum, duobus
modis ampliat. & 8. modis limitat.
Ciſuentes in. l. 4. Tauri, quas amplia.
& limita. nihil noui addēdo tranſcri-
pſit. Ioannes Bernar. Diez, in reg. 575
incip. Damnatorum bona. & in. 3. fal-
lentia prædicti dicunt dictam regu-
lam locum nō habere in crimine hæ-
reſis. Authen. gazaros. C. de hære. ca.
vergentis. eodem titu. ca. cum ſecun
dum leges. eodem titu. libro. 6. tradit
Gundiſſaluus de Villadiego, de hæ-
re. quæſtio. 15. colum. 1. Ioannes Ni-
colaus, de hære. nota. 14. in fine. qui-
bus addendum eſt, quòd egregiè in-
quit Bald. in. l. fina. nume. 9. C. de do-
tis. promi. quòd quando propter de-
2 lictum bona patris confiſcantur, fi-
ſcus qui in bonis ſuccedit, tenetur fi-
lios alere, & filias dotare: quod ſequi-
tur Ioannes Conrad. in repet. l. filium
quem habentem. num. 188. C. fami.
Herciſ. Pau. de Monte pico in rep. l.
poſt contractum. n. 29. ff. de donatio.
& in aut. præterea. nu. 36. C. vnde vir
& vxor: & Hubertus Zucardus. in. l. 1
nume. 55. C. qui admitti. & in ſpecie
quando bona confiſcantur, propter
hoc crimen hæreſis tenuit Iacobus Se
pti. in inſtitu. catho. c. 29. in princi. Pa
la. Rub. in. l. 77. Tauri. in fine: & latius,
in rep. ca. per veſtras. parte. 2. §. 23. nu.
14. fol. 97. colum. 3. & 4. in quo loco
affirmat quòd ſaltim de quadam ęqui
tate cononica fiſcus vel eccleſia quæ
in prædictis bonis confiſcatis ſucce-
dunt tenētur ad ſupra dicta. ad quod
3 bene facit. l. Manichæos, & l. quicun-
que. C. de hæret. l. 2. & 3. titul. 26. par.
7. & l. 7. titu. 7. par. 6. l. 9. titul. 13. lib. 8.
ordi. & gloſſ. nota. in ſumma. 23. quæ.
7. quòd propter crimen hæreſis pater
num, filij ſui legitimis non priuantur,
ſi ſunt catholici: & ita expreſſè cau-
tum eſt in prima inſtructione Hiſpa-
lenſi. cap. 22. quòd filij minores & nō
coniugati hæreticorum, ſi catholi-
ci ſunt, & bonis parentum priuati
fuerunt, alendi ſunt apud viros ca-
tholicos, cura inquiſitorum: & puel-
læ nuptui vel religioni tradantur, de
bonis confiſcatis: & iuuatur hoc quòd
4 lex ipſa naturæ ſucceſſores filios fa-
cit. l. vulgata. cum ratio. ff. de bonis
damna. l. ſcripto hærede. ff. vnde li-
be. l. fin. §. ipſum autem. C. de bonis
quæ libe. auth. hoc amplius ibi, præ-
ter debitum naturæ. C. de fidei co-
miſ. capit. Rainuntius: ibi, legitima
portio iure naturæ debita. de teſta.
cap. ſi pater. eodem. titul. lib. 6. l. 2. ti-
tul. 1. part. 1. l. 2. titulo. 9. part. 4. l. 17.
titul. 1. part. 6. quòd ſatis vberrimè in
mea rep. auth. licet. C. de natur. lib.
per plures concluſiones
explicaui.



## SINGVLARE. XLVIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *In degradatione presbyteri, ſex epiſcopi ſunt*
*neceſſaij.*
2 *Solēnitas quæ requiritur in celebratione actus*
*requiritur in eius reuocatione.*
3 *Solus epiſcopus hæreticum presbyterum pote-*
*rit degradare.*
4 *Inquiſitores efficaciter pro condemnato apud*
*ſæcularem poteſtatem debent intercedere.*

1 DEgradatio regulari-
ter de aliquo presby
tero fieri nō poteſt,
niſi in tali degrada-
tione ſex epiſcopi
interueniant, & tres
in degradatione decani. c. ſi quis tumi
dus. c. fœlix. c. ſi aūt presbyteri. 15 q. 7.
c. degradatio in pri. de pœnis. li. 6. c. nō
poteſt, vbi glo. Abb. & alij de re. iudi.
tes.§.ſi verò in diſcordia de electio.
lib.6.gloſſ.in parte, ſuſpenſus in cle.2.
de vita & honeſt.cleri. gloſſ. in ſum-
ma.15.quæſt.8. Abb.in.ca.fin.de prę
ſumptio.late Feli.in.ca.2. de reſcrip.
col.1.&.2.& in.cap.querelam de iu-
re.iuran.Ioan.Berna. Diez in practi-
ca cano.ca.123.plurima ſcripſit Tira
que.in rep.l.ſi vnquam, in verb.reuer
tatur, nu.206.cum ſeq. C.de reuo.do
na.& Hippo.in practi.crimi. §.aggre
dior.num.190.cum ſequen.

SINGVLARE. LXXV.

HÆreticus, ſeu Iudæus ad teſti-
monium contra Chriſtianos nõ
admittitur, ſed bene econtra Chriſtia
ni contra Iudæos vel hæreticos, in eo
rum de teſtationem .l.quoniam mul
ti, in prin. C. de hæ. c. ſi hæreticus &
ca.nõ poteſt.2.q.7.ca. Iudæi de teſti.
gloſſ. & doct. in. l. cunctos populos.
C.de ſumma tri.& fide catho. Ludo.
Carre.titu.de hære.§.nunc de pœnis.
in prin.quia de iure ſunt infames &
excommunicati: ideo prohibentur
teſtificari.l.7.&.l.32.tit 3.lib. 8. ordi.
Ioan.Monachus in ſuo defenſorio iu
ris.rub.cõtra Iudęos, nu.7.ſed in teſta
mento hæreticus teſtis eſſe poteſt. c.
quoniam multi.in fine.C.de hære.Fe
dericus Senen. in tracta. de teſti. in
prin.nu.18.vbi omnes perſonas pro-
hibitas teſtificari refert, & in quibus
caſibus hæreticus poteſt eſſe teſtis,
ſcripſit Brunus.libro. 5. de hære. cap.
10.&.Iaco.Septi.in inſtitu. catho.ca.
62.num.12.cum ſequen.

SINGVLARE. LXXVI.

HÆretici, ſeu Iudæi, vel pagani
ſeruos Chriſtianos nõ poſſunt
habere, & ſtatim ſerui liberi efficiun-
tur..l.fin.§.his ita diſpoſitis.C.de epiſ.
& cleri.l.vnica.C.ne Chriſti mancip.
hære.vel Iudæ.habeat.l. Manichæos.
in fine.C.de hære.cap.1.&.2. cap. Iu-
dęi.in.2.de Iudęis.capitulo.finale.de
hæret.libro.3.titulo.3. libro. 8. ordi-
namen.l.fina.titul.21.part.4.l.13.ti-
tul.9.part.6.l.pe.titul.24.part.7. de-
clarat latè Septi.in inſtitu. catho. ca.
59.num.2.cum ſequen.

SINGVLARE LXXVII.

HÆreticus ipſo iure eſt excom-
municatus. ca.excommunica-
mus, in primo.§.credentes, de hære.
c.nouerit,de ſenten.excommu.l.2.ti
tu.9. par. 1.Ioan.Nicola. de hære.no-
ta. pri. & propter excommunicatiõ-
nem traditur quis Sathanæ, vt ab eo
torqueatur:vt inquit Paul.Epiſt. 1.ad
Corin.c.5.de illo Corinthio, qui vxo
rẽ patris ſui acceperat, iudicauit hu-
iuſmodi hominem tradere Sathanæ
in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus
ſit.Et in Epiſtola prima ad Timotheũ
c. 1.in fin.Ex quibus Hermeus & Ale
xander, quos tradidi Sathanæ, vt di-
ſcant non blaſphemare. Habetur in
c.audi denique.11.quæſt.3.&.c.Apo
ſtolicæ. 24.q.3.vide glo.ſing.in.d.ca.
audi denique: quòd eandem poteſta
tem habet diabolus in excommuni-
cato,quam ruſticus in pecore ſuo.Re
fert Abb. in rubr. de ſenten. excom-
municationis,vnde dicit Archi.in.d.
c.hæreticꝰ.26.q.5.quòd quatuor pœ-
nis hæretici puniuntur:excommuni
catione, diſpoſitione,& militari per-
cuſsione,& omnium rerum publica-
tione.Sequitur Paulus Grillan.de hæ
reti.quæſt.3.in prin.&.14.pœnas à iu
re contra hæreticos ſtatutas. refert
Ange.in ſua ſumma,in verbo, hæreti
cus: ex quibus omnibus liquidè de-
ducitur, quòd cũ hæretici â iure ſint
ipſo iure excommunicati, quòd inte
rim, quòd in carceribus ſunt accuſa-
ti de crimine hæreſis: & antequam
hæretici declarentur, ſunt à commu
nione fidelium euitandi,neq; audire
diuina officia poſſunt, neque eccle-
ſiaſticæ ſepulturæ, ſi interim moriun
tur,ſunt tradẽdi:vt tenet, & bene ſu-
pra dicta declarat Iaco.Sept.in inſtit.
Catholi.c.27.in fi.30.caſus, in quibus
quis eſt ipſo iure excommunicatus
refert Hoſti. in ſumma de ſen. excõ.
§.quis poſsit,& nonnullos.d.l.2.tit.9.
par.1.&.32.refert gl.magna.in.c.eos
qui de ſententia excõmunicationis.
libr.6.& plures alios.glo.in Cle. 1.eo.
tit.& 62.pœnas,quas patitur excom-
municatus, ſcripſit Petrus Rebuffus
in ſuis concor.rub.de excõmunicatis
non vitãdis,pag.268.cũ ſequẽ. Et Pe-
trus de Dueñas, in reg.268. incip.ex-
communicatus nõ poteſt in iudicio
agere:& an hæreticus mentalis ſit ex
communicatus: vide optimè glo.ma
giſtram, vbi pleniſsimè Cardi.in Cle.
1.§.verum.de hæreticis.

SINGVLARE LXXVIII.

HÆreticus,ſeu paganus, interue
niente etiã titulo, & bona fide
rem alienã nõ præſcribit. c.porro.16.
q.3.Bar.in.l.cõſtat.ff.pro hęrede.Ioã.
Nicol.de hære.nota.23.incipit com-
menda. Ludo.Carre.de hære.§.nunc
de pœnis. nu.12.glo. 1. vbi docentes
in.c.ſine poſſeſsione,de reg. iu.libr.6.
vbi Petrus de Ancarra.nu.4.diſputat
an poſsit præſcribere ad vtilitatem
fiſci, vel eccleſiæ, regulariter contra
l. 1.l.ſi aliena res, cum alijs iuribus. ff.
vſu cap.ratio poterit eſſe de. l.Mani-
chæos.C.de hære.ibi,nihil ex legibus
commune ſit cum cæteris.

SINGVLARE LXXIX.

HÆretici ab aliquo hæredes nõ
poſſunt inſtitui.l. Manichæos.
§.ipſos quoq;. Auth. credentes. C.de
hære.l.hi qui ſanctam.C.de apoſta.c.
ſi quis Epiſcopus, &.c.excommunica
mus.in prin.§.credẽtes, de hære.Ioã.
Nicol. de hære.nota.14.in fin.Conra.
Brunus,de hęre.lib.5.c.11.Carrerius
de hęre.§.nunc de pœnis.nu.11.Pau.
Grillan. de hære.q.9.nu.2.Iaco.Sept.
in inſti.Catho.c.45.nu.16.l.4.in fi.tit.
26. par.7.l.10.tit.5.&.l.16.tit.6. lib.3.
fori.glo.ſing.in.§.legari inſti.de lega.
quæ



quæ refert. 11.perſonas quæ hæredes
inſtitui non poſſunt,quam dicit ſing.
Bart. in auten.de rapto. §.mulieri in
prin.col.9. & magiſtralem vocat Iaſ.
in.l.1.num.7.ff.de lega.1.l.4.&. 5.tit.
3.par.6.& quod hæretico relinquitur
fiſcus vendicat.l.3. C. de hæreti. Bar.
in.l.1.ff.de iure.fiſci. Abb. in.d. ca. ſi
quis epiſcopus,& Ludo.Carre.in.d.§.
nunc de pœnis.nu.11.

SINGVLARE. LXXX.

HÆreticis armorum vſus & ſimi
liter conuerſis ad fidem inter-
dictus eſt: & ſolet ſimiliter interdici
equorum & mularum, atque ornatus
& veſtitus precioſi vſus. arg.tex.in.c.
admonere:&.c.latorem.33.q.2.l. 14.
&.l.27.tit.3 lib.8.ordi. declarat Iaco.
Septi.in inſtitu. catho. c.7. & melius
c.46 nu.4.cum ſequen.

SINGVLARE. LXXXI.

HÆretici,ipſo facto,perpetuadã
nantur infamia auten. Gaza-
ros.C.de hęre.c. excommunicamus,
in.1.§.credentes.eo.tit.c.2.§. hæreti-
ci.de hære. lib.6. c. infames. 6. q. 1.c.
alieni.2.q.7.Alphon. Caſtren.li. 2. de
iuſta hæreti. punitione. c. 5. Brunus.
li.5.de hære.c.8.l.4.tit.26.par.7.bene
ficia eccleſiaſtica habere nequeunt,
neque dignitates aut priuilegia quæ
viris probis cõcedi ſolent:portę enim
dignitatum infamibus patere non de
bent.l.infamia.C.de decurio. lib. 10.
l.2. C.de digni. libr. 12. c.infamibus,
de reg.iu.lib.6.

SINGVLARE. LXXXII.

HÆretici defenſores ciuitatum
eſſe non poſſunt.l.iubemus.C.
de epiſ. audien. autẽ. de priuil. dotis
hære.mulie.non præſtan. in prin. vbi
glo.2.& docto. col. 8. c. nulla officia.
54.diſtin.c.conſtituit.17. q. 4. neque
medici, neque chirurgi eſſe poſſunt,
neque mercatores, neq; proxenetæ,
neq; macellatores:vt in Pragma. hu-
ius regni:& in.3.inſtructione Pincia-
na.c.11.ſub pœna ibi poſita,quam be
ne declarat Iacob.Septi.in inſtitu. ca
tho.c.19.in prin.

SINGVLARE. LXXXIII.

HÆretici non habent poteſtatẽ
ordinis aut iuriſdictionis, neq;
ſacramenta conferunt.c.preter hoc.
& c. ad hoc verò. 32. diſt. Conradus
Brunus de hære.li.5.c.4.Iaco.Septi.in
inſtitu.catho. c.45.nu. 18. quia diuiſi
ſunt à capite, & omnis authoritas in
membra influit: ideò neque baptiſ-
mus, neque eleemoſyna, neque mors
pro Chriſto ſuſcepta, proficere hære
tico ad ſalutem poſſunt: tamen ad
temporalia, & ad mentis illuſtratio-
nem, vt declarat Durandus lib.4. ſen
tent.diſt:15.quęſt.3.ibidem Gabriel.
diſt.16.quæſt.2. Sylueſter in ſumma
verb.charitas.§. 8. ſed ſupradictis vi-
detur aduerſari, text. in cap. Domi-
nus declarauit.1.quæſt.1.&.c.ſecun-
dum catholicæ Eccleſiæ conſuetu-
dinem.19.diſt.&.c.oſtenditur de cõ-
ſecra.diſtin.4. quòd hæretici excom-
municati, vel ſuſpenſi, vel ſchiſmati-
ci conferunt vera ſacramenta. Ideò
diſtinguendum eſt, quòd ſi in forma
eccleſiæ prędicti id agunt, conferunt
ſacramenta Eccleſiæ, quoad characte
rem, ſed non quoad executionem, ſe
cundum gloſſ.fin. in. d.c. ſecundum
catholicæ, & gloſſ. in. d. cap. Domi-
nus, ita optimè declarat Hoſti. in ſua
ſumma de temporibus ordina. num.
6.nam quæ ſancta ſunt, coinquina-
ri non poſſunt.

## SINGVLARE. LXXXIIII.

HÆreticus á teſtimonio repellitur.cap.ſi hæreticus. c. non poteſt.2.quæſt.7.cap. excomunicamus, in.1.§.credẽtes de hære.& in directorio Inquiſitorũ,par.3.cap.123.cap.iudæi,vbi glo.& docto . de teſti . l. quoniam multi in prin.de hære.l.7.&.l.32 tit.3.libr.8 . ordi . declarat Septima. in inſtitu.catho.cap.45.num. 17.ſed fauore fidei, præſertim in defectum aliorum teſtium, hæreticus aduerſus alium hæreticum ad teſtimoniũ admittitur.cap.in fidei fauorem,de hære.li.6.Gundiſſ.de Villa.de hære. quæ 13.num.10. contra Ioan . de Imo . in. cap.teſtimoniũ.nu . 16.de teſti.&omnes teſtes,aliàs à iure reprobati, fauore fidei poſſunt teſtificari : ſed ſi ſunt viles, & aliqua ſiniſtra ſuſpicio eſt cõtra illos , quando examinantur ſunt tormentis ſubijciendi.l.ex libero, vbi Bar.ff.de quęſtio.glo.in ſumma.16.q. 6.l.fin.titul. 16.par.3.Hippo.in. l. eos qui in prin.ff.de falſis. Gundiſſ. de Villa.de hære.quæſt.13. num. 15 . & ibidem nu.16.cum ſequẽ. nõnullis ſing. rationibus& fundamẽtis tenet,quod non ſolũ ſi per viã denũciationis, vel inquiſitionis in crimine hæreſis procedatur, ſed etiam ſi procedatur per viam accuſationis, teſtes minus idonei admittuntur:allegat Archi . in. d. c.in fidei fauorẽ contra.gl.&Ioan. Andre.ibi dicẽtes, quod quando in hoc crimine per viã accuſationis proceditur,teſtes minus idonei nõ admittuntur:quia accuſatio eſt odioſa, & inquiſitio fauorabilis:&qui accuſat habere debet idoneas probationes. Sed reuera, cũ in vtroque caſu verſetur ratio fauoris fidei, quæ eſt ratio & cauſa finalis diſpoſitionis illius tex. vt ex thenore ipſius apparet, ob id opinio Archi.& ſequacium rectius mihi placet.

## SINGVLARE. LXXXV.

HÆretici ſunt deterioris conditionis quàm Iudæi.cap. 3.de Iudæ.l.3.l.die Sabbati. C. de Iudæis: vbi permiſſum erat Iudæis habere ſynagogas: & Iudęi & Sarraceni tenentes contra fidem non iudicatur hæretici, quia non poteſt eſſe diuiſus ab vnitate Eccleſiæ, qui nunquàm in ea fuit, Clem . vnica de vſuris. ſanctus Thomas. 2. 2 .queſtione. 11 .articul. primo. Gundiſſal. de Villadie. de hære. q.2.in prin. Pau . Grillan . de hæreti. quæſt.1.nu.3. Ille etenim dicitur hæreticus,qui fidem Chriſti confitetur, & eius dogmata corrumpit.c. qui in Eccleſia.24.quæſt.3 . tradit Franciſ. Squillacẽ.de fide catho. c. 15. in fine: & plures notandas diffinitiones hæreſis ſcripſit Iaco . Septi . in inſtitu.catho.c.13.in prin.& egregiè Alphonſus Guerrero , in theſauro religionis Chriſtianę,tit.de hære.in prin.& ego retuli ſupra,Singulari.73. ſed hæretici omni ſæculo vſque adeo & meritò fuerunt infeſti , quòd nunquàm potuerũt habere ſynagogas. l. 2 . C . de hære.Ioan Nicola.de hære. nota.25. incip.hæretici,in quo loco ſubdit rationem,dicẽs:quòd Iudæi olim à Domino legem habuerunt, & non hæretici:ſed iam ab Eccleſia, tam hæretici,quàm Iudæi ſunt reprobati. Tanta quippè Iudæorũ perfidia, & cæcitas eſt,quod adhuc putãt quòd non venit Meſsias,cum ſacræ ſcripturæ teſtimonia ſint notiſsima.vt Geneſis.c.49 Nõ auferetur ſceptrũ de Iuda , & dux de fœmore eius.donec veniat qui mittẽdus eſt:& ipſe erit expectatio gẽtiũ. Quibus loquitur Paulus ad Roma.11. cap.Dedit enim illis Deus ſpiritum cõpunctionis,oculos vt non videant, & aures vt non audiant : vſq; ad præſentem diẽ obſcurati ſunt oculi eorũ, & dorſum eorum ſemper incurua.



## SINGVLARE LXXXVI.

HÆretici,vel Iudęi nõ ſunt creãdi decuriones, neque ad regimen reipub. eligi debent. c. excommunicamus, in. 1. §.credentes de hære.cap.2.§.hæretici autem.c.ſtatutũ. in.2. de hære.lib.6.c.nulla officia. 54. diſtin. c. conſtituit.17.quæſt.4.l.omnes ibi qui non ſunt. C.de hære.l.fin. C.de Iudæ. & in directorio Inquiſitorum,parte.3.c.123.l.4.titu.26. par.7. Et in pragmatica huius regni.& in.3. inſtructione Pinciana. c.11. vbi ſimiter prohibentur eſſe Medici, vel Chirurgi,vel mercatores, vel proxenetæ aliâs pœnam publicationis bonorũ patiuntur,niſi cum eis fuerit diſpenſatum, & quod ſupradictum eſt in hęreticis,idem in eorum filijs, vſque ad ſecundam paternam, & ad primam maternam intelligendum eſt : vt in dict. ca. ſtatutum,in.2.& poterit eſſe ratio differentiæ inter lineam paternam & maternam,quia maiori bono maius malum opponitur: & cum vir ſit caput mulieris.c.cum caput.33.q. 5.& Pau. Epiſtola prima ad Corinth. ca.11.& omne agens nobilius eſt ſuo patiente,& potentior eſt forma,quã materia , vt dicit Bald.in.l.fina. C.de ſer.fugi.Iaſ.in.l.1.nume.21.ff.de verbo. obliga. Felin.in.c.nouit.nume.2. de iudi. ideoque cum nobilitates , & honores deſcendant in filios per lineam paternam , & non maternam. l.nullus, in. 2.l.exemplo. C.de Decurio.lib.10.l.fina.C.de murileg.lib.11. l.2.titu.21.part.4.l.5.in fine. titu.1.libro.4. ordina. ob id per contrarium, maiorem iacturam nobilitatum & honorum per lineam paternam, quã maternam filij hæreticorum patiuntur.

## SINGVLARE LXXXVII.

HÆreticus tutor, vel curator alicuius Chriſtiani eſſe prohibetur.l.quia multi,ibi, omnis legitimus actus eſt interdictus. C.de hære.ſed datio tutoris eſt actus legitimus. l.actus legitimus.ff.de reg.iuris.idemq; dicendũ eſt de Iudæo. Bart.in proœ. ff.veteris.Roma.in.l.quę ſuperſtites. ff.de acqui.hære.Felin.in.c. Iudæi.in 2.num.3.de Iudæ.& in.c.cum ſit graue. in princ.eod.titu.dicens,eſſe iam correctum.tex.in.l.ſpadonem.§.iam autem.ff.de excuſa.tuto. Latius hoc explicat Iaſ.in rub.ff.veteris.nu.12.

## SINGVLARE LXXXVIII.

HÆretici nullam prorſus iuriſdictionem habere poſſunt, neq; iudices eſſe. c.excommunicamus. in 1.§.credentes de hæret.Authen.credentes. C.de hære.c.fina. eod.titu.c. nulla officia. 54.diſtin.ca.conſtituit. 17.quæſt.4 c.cui eſt illata. 11.q.3.vbi ille Patriarcha Alexandrinus hæreticus quoſdam excommunicauit,& dicitur in illo text.quod tales non ſunt excommunicati, neque aliqua indigent ſolutione. c.apertè.24.quæſt.1. glo. Ioan. Andr.& Peru.in.c.ſi à ſubdelegato.de offi.deleg.libr.6.vbi Archid.num.3.rationem reddit,& in directorio Inquiſitorum,parte.3.c.123 in fine. ideo proceſſus & iudiciũ agitatum coram iudice hęretico,eſt nullum. Specu. tit.de aduocato.§.1.Cle. vnica.§.fin.vbi Cardi.de vſu.Ioã.Monachus in ſuo defenſorio iuris. rubr. contra iudices.num.7.Robertus Maranta,in practica de ordine iudiciorum. part.4.diſtin.2 nume.53.Iacob. Sept.in inſtitu.Catho.ca.25.num.25 & melius. c.45. num.18.&.62.cauſas propter quas proceſſus & iudicium

redditur, nullum ſatis vberrimè ſcri-
pſit Phi.Fran.in.c.dilecto,de appella.

## SINGVLARE LXXXIX.

HÆreticus officium tabellionis
exercere prohibetur,& inſtru-
menta ab eo confecta ſunt inualida,
Authen.credentes.C.de hære. ca.ex
cōmunicamus.1.§.credentes,in prin
ci.eo.tit.c.nulla officia.56.diſt. Brun⁹
lib.5.de hære.c.9.in hoc diſtingũt la-
tè Abb.Ana.&Feli.in.c.fraternitatis,
de hære. & in directorio Inquiſitorũ,
parte.3.c.123.in fin.Iaco.Septi.in in-
ſtit.Catho.c.45.nume.18.ſed Petrus
de Vnzola in practica artis notaria-
tus,in prin.nu.25.concludit,quod in
ſtrumenta ab hæretico confecta, an-
tequam de hæreſi ſit damnatus, va-
lent, ne partes decipiantur: ad quod
facit regula.l.Barbarius.Philippus.ff.
de offi.præſi.l.2.C.de ſenten.& inter
locu.omnium iudi.l.1.C.de teſta.

## SINGVLARE XC.

HÆreſis crimen publicum eſt,&
tāquam publicum quilibet ad-
mittitur ad accuſandũ.l.Manichęos.
C.de hære.l.apoſtatarum.C.de apo-
ſta.l.2.in prin.tit.26.part.7.l.21.tit.3.
libro.8.ordina. nam quòd contra re-
ligionem diuinam cōmittitur in om
nium fertur iniuriam.l.2. C.de apo-
ſta.l. Manichæos. §.1.& in.§.in mor-
tem.C.de hære.ca.ſicut.17.q.4.& in-
quit tex.in.c.nonnullis,in fine de Iu-
dæis,illius diſsimulare non debemus
opprobria, qui probra noſtra dele-
uit:& ſi cōtra homines illatæ blaſphe
miæ impunè non tranſeunt, multò
magis qui ipſum Saluatorem noſtrũ
blaſphemat,dignus eſt ſupplicia ſuſti
nere. Ita dicit Authen. vt non luxu-
rientur homi.contra na.§.1.col. 6.ad
rem igitur. omne delictum regulari-
ter eſt priuatum, & non publicum,
niſi expreſsè à lege exprimatur.l.1.
in prin.ff.de publi.iudi. & ibi Bar. l.3.
in fine. ff. de priua.delictis.& in prin.
inſti.de publi.iudi.

## SINGVLARE XCI.

IGnis pœnā propter peculiaria quæ
dā delicta in iure expreſſa quis pati
tur,inter quæ delicta crimen hæreſis
præcipuum eſt,quòd hæretici relapſi
vel pertinaces concremantur, epi-
ſtola inter claras.§.licet, ibi, ambula-
te in lumē ignis veſtri, & in flammis
quas ſuccendiſtis. C. de ſumma Tri-
nita. & fide Catholi. quæ verba ſunt
Eſaiæ prophetæ. l.2. C.de Iudæis.l.2.
titul. 26.parte.7.l.prima.&.2. titul.1.
libro. 4.fori.ll. Vnde Paulus ad Gala-
thas. ca. 5. Vtinam abſcindantur qui
vos conturbant. Et in Euangelio Ioā
nis habetur, ca.15. Si quis in me non
manſerit,mittetur foras: & ſicut pal-
mes exareſcet, & colligetur, & in
ignem mittetur, & ardebit. Ioannes
Andre.in cap.ad abolendam, vbi Ab
bas nume.3.& alij de hære.Gundiſſal
nus de Villadiego,de hæret.quæſtio.
15. nume. 4. dicens, quod potius de
conſuetudine, quàm de iure hæreti-
ci puniuntur pœna ignis. Alphonſus
Caſtrenſis, de iuſta hæreticorum pu-
nitione.libr. 2.c.12.Carrerius de hæ-
re.nu.132.Pau.Grilla.de hæret.q.13.
Iaco.Sep.in inſti.Catho.c.45.nu.9.&
Alphō. Aluarez Guer.in theſauro reli
giōis Chriſtianæ.tit.de hęre.nu.16.&
Ægidius Boſsius in practi. crimi.tit.
de hære. num.16.ſed ſi de iure cano-
nico, ſiue de conſuetudine quæ ha-
bet vim legis.l. de quibus. ff.de legi-
bus.hæreticis ponitur pœna ignis: er
go videtur quod per iudicem eccle-
ſiaſticum talis pœna abſque aliqua ir
regula-



regularitate hęretico poſsit poni,ab-
ſque relaxatione curiæ ſecularis, per
regulam vulgarem, quòd nō peccat,
qui legis authoritate peccat.l.Grac-
cus. C. de adulte.cap. qui peccat.23.
quęſtio.4.hanc difficultatem ſcripſit
ſolus Ioannes de Anania, in dict.c.ad
abolendam.colu.2.dicens, quòd ius
canonicum loquitur de igne æterno
quæ ſolutio mihi non placet, ſed con
ſuetudo ſeruetur hactenus in hoc ob
tenta:&.14.caſus, in quibus quis pœ-
nam ignis patitur,congeſsit Sal. in.l.
vnica. C. de Nili aggeribus non rum-
pen.& Albertus Gandinus in tracta-
tu maleficiorum, tit.de pœnis reorũ.
nume.54.& Ioannes Paponis in addi
tionibus ad conſuetudines Burgun-
diæ. titu.1.de iuriſdictione.§. 2.pagi-
na.7.&.8.& alios caſus addidit Chaſ-
ſaneus in conſuetudine Burgundiæ.
rub.1.titu.des iuſtices.§.5.nu.3.cum
ſequentibus. vltra quos adde alium
in crimine Sodomiæ, ſecundum ius
regum, vt in pragmatica. 85.licet a-
lia pœna ſit de iure communi, vt in
Authen. vt non luxuriētur homines
contra naturam.§.præcipimus.colu.
6.l. cum vir nubit in fœminam. C.de
adult. & omittendum non eſt, quòd
quando aliquis pœnam ignis patitur
viuus debet comburi. hoc probat.l.
vnica, ibi, publicè viuus concreme-
tur.C.vbi cau.fiſ.agitātur, quam pro
ſing. ad hoc allegat Anton. Corſe.in
ſing. pœna aliqui diuidentes.fol.179
& additionator Salic.in. d.l.vnica.C.
de Nili aggeribus non rumpen.text.
eſt ſimilis in.l.capitalium, ibi viui cō-
crematio.ff.de pœnis.Sed hodie cau-
tum eſt, vt in petitione Segouienſi.
76.anno. 1532. & in petitione Madri
cij, anno. 1534.quòd propter peri-
culum animæ prius delinquentes
ſuffocentur in alijs criminibus & de-
lictis.

## SINGVLARE XCII.

IGnorantia excuſat ignorantem à
pœna delicti.l.item apud Labeonē.
§. ſi quis virgines.ff.de iniurijs. l.1.C.
de his qui latro.occulta.l.qui contra.
ff.de inceſti. nupt.l.ſi adulterium cũ
inceſtu. ff.de adulte. Clem.1.de con-
ſan. & affini.bene.Bald. in ca.à nobis
de exceptio. Hippo.in.l.qui ignorās.
& in.l.qui falſam monetam.num.66.
ff.de falſis.& in.l.vnica.num.81.C.de
rap. virgi. nullum enim crimen ma-
culat neſcientem. cap.nimium.in fi-
ne.23.quæſt.4.& qui ignorat, nō con
ſentit.l.ſi per errorem.ff.de iuriſ.om-
ni.iudi.l.qui ignorans,in fin.ff.de fal-
ſis:remoto itaque conſenſu,per con-
ſequens remouetur delictum.l.qui
iniuriè. ff. de falſis. l. fœdiſsimā. C.de
adulte. cap.cum voluntatē. de ſentē.
excommunicationis. Sed in his quæ
ſunt fidei,ignorantia à delicto nō ex-
cuſat.Ioannes Andre.in rub.de ſum-
ma Trinita.& fide Catho. in decreta.
Bald.in.l.1.num.45.C.qui accuſa.nō
poſſ. Antonius de Butrio, per tex.ibi,
in.c.1.de hære.Gundiſſaluus de Villa
diego, de hære.quæſt. 2.num. 4.quia
in baptiſmate compatres habuerũt,
& nunc confeſſores,prædicatores,a-
lioſque ſacræ paginæ peritos, conſu-
lere valeant:ideo ignorantia eſt pec-
catum,circa ea,quæ quis tenetur ſci-
re.c.qui ea.38.diſt.Magiſter. 2.ſen.di
ſtin.22.Ioan. Nicol.de hære.nota.28
incip.audi.Franc.Squilla.de fide Ca-
tho.c.18.Iaco. Sept.in inſtit.Cathol.
ca.28.num.10.dicens, eſſe maiorem
culpam huius ignorantiæ, horũ, qui
ex officio, vel profeſsione ad hoc te-
nentur, vt ſunt rectores, prædicato-
res,epiſcopi,confeſſores,theologi,iu
dices. Idem Septim.latius cap.48.nu
me.12.cum ſequentibus.

SIN-

SINGVLARE XCIII.

IMmunitate eccleſiarum delinquẽ
tes gaudent, vt ab eccleſijs propter
ſua delicta non extrahantur. cap.diſ-
finiuit.17.quęſt.4.l.2.&.l.præſenti.C.
de his qui ad eccleſi.confugi.l.2.titu.
11.par.1.l.6.titu.5.lib.1.fori.ll. & ha-
betur in Exodo ca.21. ibi, Conſtituã
tibi locum in quo fugere debeas, &
filijs Iſrael delinquentibus, ſex ciuita
tes ad eorum refugium fuerunt con-
ſtitutę: vt habetur Ioſue.c.20.& Deu
teronomio. ca.19. Sed quare Ioab fu-
giens ad eccleſiam, non euaſit mor-
tem? vt.3.Regum.c.2. Nam, vt ibi ap
paret duos interfecit Iudæos per inſi
dias: videlicet, Abner & Amaſan: nã
tales homicidas per inſidias non tue
tur eccleſia. vt in.d.c.21.in Exodo.&
cap.1. de homicidio, & olim nephas
erat quenquam à Deorum templis
extrahere. ideo prouerbium eſt, ad
Aram confugiſti, vel ad Aſylum con
fugere, quod erat templum Dianæ.

¶Sed hęretici hac eccleſiarum im
munitate non gaudent, propter ſuũ
crimen hæreſis.l.1.C.de his qui ad ec
cleſi.confugi. Archi.in cap.vt Inqui-
ſitionis in fine, de hære.libr. 6.Oldra.
conſi.54.an fugiens.nume.3.Abb.in
c.inter alia.num. 23. de immu.eccle.
Sylueſter in verb. immunitas. 3.q.3.
Gundiſſaluus de Villadiego, de hęre.
quæſt.11.nume.15.Hippo.in.l.ex ſe-
natus conſulto.num.10.ff.de ſicarijs.
Nicolaus Boerius deciſione.110. Co-
uarru. lib. 2.reſolutio.c.20.nume.11.
Iacob.Sept.in inſtitu.Catholi.ca.45.
nu. 21. quia ſi delinquens in eccleſia
hac immunitatę priuatur.c.ſi.de im-
muni.eccleſi.â fortiori: qui contra ec
cleſiam delinquit, prout eſt hęreticꝰ,
alias perſonas quæ ab eccleſijs poſ-
ſunt extrahi. refert glo.& Docto.in
d.c.inter alia.& penult.& fina.tit.11.
par.1.& Nicolaus Boerius; & Couar-
ru.in locis ſupra citatis.

SINGVLARE XCIII.

IMpetratio beneficiorũ, vel dignita
tum ad preces hæreticorũ eſt nul-
la.c.2.§.ad hæc, de hære. lib.6.c.Feli-
cis. de pœnis. eo. lib. aliâs regulariter
nihil refert à quo ſit impetratum, dũ
modo à Principe ſit cõceſſum: vt his
verbis inquit.l.vniuerſis.C. de preci.
impera.offeren. neque hæreticus re-
ſcriptum aliquod poterit impetrare.
Specu.de reſcriptis.§.5.Ludo.Carre.
de hære.§.de pœnis.nu.21.

SINGVLARE XCIIII.

INquiſitores hæreticæ prauitatis
poſſunt ſuas ſententias per alios re
citare & proferre. ca vt commiſsi.in
prin.de hære.lib.6.quem ibi Ioannes
Andre. Domi. & Peru.& alij notant.
& Brunus lib. 4. de hære.c.10.Iacob.
Septi.in inſtitu. Catho.c.58.in princ.
& ita ſeruatur in Hiſpania, quòd pu-
blicè ſententiæ proferuntur, conuo-
cato clero & populo, ſed regulariter
iudices proprio ore, & non per alios
ſuas ſententias tenentur proferre.c.
ſi.§.fina.de re iudi.lib.6.l.2.C.de ſen-
ten.ex breui recitan.l.4.titul.22.par.
3. niſi in.6.caſibus à Socino relatis in
reg. 249. incip.iudex ſententiam. Et
in examinatione hęreticorum Inqui
ſitor ſit nimis cautus & circunſpectꝰ,
& callidus ad inueſtigandã & elicien
dam veritatem, quòd ſi adhuc accu-
ſatus non vult errorem ſuum detege
re, & exiſtere ſemper in negatiua, ſi
teſtes ſunt contra eum expreſsè de-
ponentes, legat, & legi faciat teſtium
dicta, non expreſsi teſtium nomini-
bus, vbi aliquod aduerſus teſtes im-
ponentes imminet periculum ſecũ
dum



dũm text.cap.fin.de hære.lib.6.alio-
quin arbitror teſtium nomina reo ex
plicare vtilius eſſe, & facie ad faciem
teſtes & reum conciliare, & corã reo
teſtes dicta ſua explicẽt, taliter quòd
cognoſcat reus ſe eſſe per teſtes con-
uictum, vt rubore & verecundia veri
tatem fateatur, & cognoſcat, quòd
ſibi eſſet deterius exiſtere in ſua per-
tinacia & negatiua quàm confiteri:
itaque reus non ſolùm iuxta tenorẽ
accuſationis, ſed etiam iuxta tenorẽ
depoſitionis teſtium pluries exami-
netur, officium enim iudicis latiſsi-
mum eſt, vt inquit iuriſconſultus.in
l.1.ff.de iuriſ.omni.iudi.& in.l.vbicũ
que.ff.de interroga.actio.&.l.de mi-
nore.§.1.ff.de quęſtio.quòd iudex ſit
ſubtilis indagator, & iudicantem o-
portet cuncta rimari, & ordinem re-
rum plena Inquiſitione diſcutere, in-
terrogandi, reſpondendi, ei obijcien
di, adhibita ab eo omni patientia, vt
hiſce verbis inquit text. ſing.in.c.iu-
dicantem.30. quæſt. 5.& text.in cap.
cum Ioa. circa finem. Ibi. debet vni-
uerſa rimari.de fide. inſtru.præterea
eſt alia cautela, quòd ſi hęreticus nul
latenus vult veritatem prodere, nul-
lo modo tradat eum cautionibus,
neque ſub fideiuſſoribus relaxet: nã
ipſe, & eius exemplo alij rei peiores
& deteriores efficerentur. c.eſt iniu-
ſta.23.quæſt.4.c.vt clericorum. de vi
ta & honeſtate cleri. Item alia adhi-
beatur cautela, quòd aliqui religioſi
boni, & viri prudentes ad eum intrẽt,
& blandis ſermonibus in principio
ſui ingreſſus de varijs & impertinen-
tibus eidem reo loquatur: poſtea reo
conſulat, quòd veritatẽ fateatur pro
mittens, quòd contra confitentes, In
quiſitor eſt mitis & benignꝰ; & quòd
ipſe erit ſui negotij & cauſæ optimus
moderator & arbiter: alioquin diu-
tius in carceribus erit remanſurus, &
eius proceſſus erit immortalis; atque
ſimiliter Inquiſitor blãdis verbis pro
mittat reo facere gratiam & beneuo
lentiam, ſi errorem & peccatum ſuũ
confitetur. Aliæ plures cautelæ ad eli
ciendam veritatem habentur in di-
rectorio Inquiſitorum, in.3.part.fol.
163. & an iudex ad veritatem inueſti
gandam & eliciendam cautelis & ca
uillationibus vti poſsit, in noſtro ca-
ſu in crimine hæreſis indubitatũ eſſe
iudico: quia pœnæ & pœnitẽtiæ ſunt
gratiæ & medicinæ: & de hæreticorũ
conuerſione agitur, in alijs cauſis &
delictis: idem videtur eſſe dicendum
per text.in.c.afferte, de præſumptio.
vbi, rex Salomon ad inueſtigandam
veritatem de filiatione, ea cautela &
cauillatione vſus fuit, dicens, ſe velle
ſcindere puerum, ad idem text. in.c.
non enim volebat Deus.22.quæſt.2.
vbi inquit text. non enim volebat
Deus à patre immolari filium ſuum,
ſed tentabat affectũ patris, ſi Dei præ
cepta præferret filio: & iudex promit
tens delinquenti ſecuritatem & im-
punitatem ſui delicti, ſi confitetur de
lictum de quo accuſatus eſt, tenea-
tur fidem ſeruare, & an prætextu il-
lius confeſsionis poſsit reus condem
nari: videtur quòd optimè, per text.
ſing.in.c.vtilem ſimulationem.22.q.
2. per quem text. aſſerit ibi Archid.
quòd bene excuſatur Alexander ter-
tius de dolo adhibito circa quendam
Epiſcopum ſimoniacum, cui Alexã-
der promiſit ſecum diſpenſare, ſi ei
ſoli confiteretur delictum, & ita con
feſſus fuit non ſolùm coram eo, ſed
etiam coram Cardinalibus. quo facto
eum depoſuit, quod dictum ſequi-
tur Domi. in. c.nos in quenquam, in
fine.2.quæſt.1.& Felin.in.d.ca. affer-
te, in prin.de præſumptio. Idem Feli.
in.c.accedens, in.2.vt lite non conte
ſta. de qua cõcluſione variæ ſunt opi-
niones

niones & ſententiæ: de quibus. per Imola.in.l.is qui reus.col.fina. de publi.iud.& quòd nõ tenetur iudex ſeruare talem promiſsionẽ, quia eſt contra ius publicum: ſequitur Iaſ. in.l.ſi mora.col.1.ff.ſol.matri.& in repe.l.is qui pro emptore, circa finẽ. ff.de vſu cap.& in.l.natura cauillationis.nu.7. ff. de reg. iuris. licet in fine videatur tenere contrarium, de qua concluſione latiſsimè Hippo. in.l.1.§.quæſtioni.ff.de quæſtio.& in ſing.201.incip. in confeſſum, Andre. Alcia.in tracta. de præſumptio.reg.3.præſump.27. nume.4. optimè Ægidius Boſsius in practi. crimi.titu. de examinibus reorum.nu.15.cum ſequentibus.

## SINGVLARE XCV.

INquiſitores fauore fidei, reos & teſtes extra ſuam diœceſim citare & trahere poſſunt.ca.vt officium.§.cõpeſcendi.verſic.denique.vbi glo.Archi.Ioan.Andre.& alij de hæret.lib.6. Iacobus Sept.in inſtitu.Catho.ca.34 nume.14.regulariter contra cap. nõnulli, de reſcrip.c.olim. de excep.ca. neminem.3.q.6. niſi in.11.caſibus à Felino relatis. in.d.c.nonnulli. num. 30.cum ſequentibus: à quo iſte caſus fuit omiſſus.

## SINGVLARE XCVI.

INquiſitores hæreticæ prauitatis in omnibus ſuis dignitatibus, præbendis, ac beneficijs habentur pro reſidẽtibus. Ideo in eis integros ſuarũ præbendarum fructus, ſimul cum diſtributionib⁹ quotidianis ex priuilegio ſpeciali fauore fidei abſentes percipiunt.cap.fina. in caſu fortiori de magiſtris. c.tuæ.c.de cætero.c.cum dilectus.de cleri.non reſiden.huiuſmodique priuilegium Apoſtolicum Inquiſitoribus circa hoc conceſſum in Hiſpania, maieſtate Regia in ſuo ſupremo tribunali confirmatum eſt, vt ſine aliqua tergiuerſatione executioni mandetur.

## SINGVLARE XCVII.

INquiſitores hæreticæ prauitatis ſunt iudices delegati, ad vniuerſitatem cauſarum, & non ordinarij.c.per hoc.c.vt officium. de hære.lib.6.glo. ſing. in parte ipſorum. in.c.nolentes. de hære. Ioan. Andre.& Peru.& magis communiter doct.in.c.ne aliqui. de hære.libr.6.Abb.in.c.cauſam matrimonij. num.7.de offi.delega.& in cap.cum.I.&.A.num.9.de re iudi.& in.c.fina.num.19.eod.tit.& in.c.cauſam reſtitutionis, in prin.de in integ. reſti. Decius cõſi.137.& diligẽter. nume.3.Gundiſſaluus de Villadie.de hære.q.23.& Alphonſus Aluarez Guerrero, in theſauro religionis Chriſtianæ, titu.de hære.num.7.cum ſequentibus. & in directorio Inquiſitorum. q.4.p.3.hanc dicit communem Alcia.in rub.de offi.ordi.num.19. & Iacob. Septi.in inſtitu.Catho.c.34.nu. 6.contra Archi.in.d.ca.ne aliqui, qui communiter ab omnibus fere modo citatis reprehenditur: & cum ſit Inquiſitor delegatus, vt dictum eſt, vices ſuas plenariè poterit committere tex.in dict.c.ne aliqui.c.ſuper quæſtionum de offi.delega.l.à iudice. C. de iudi.habetur in directorio Inquiſitorum.part.3.quæſt.14.&.15.& ſi Inquiſitoribus opus fuerit, ipſi poſſunt auxilium iudicis ſecularis in punitione hæreticorum implorare,c.excommunicamus.2.in fine de hære.cap.vt officium.§.compeſcendi.eodem tit. lib.6.in quo text. inquit Archi.quòd iudex delegatus non poteſt pro executione ſentẽtiæ, vel pro alia quauis



cauſa iudicis ſecularis auxiliũ implorare: & ſtatim addit, quod in.d.§.compeſcendi ſpeciale eſt in iudice delegato ad punitionẽ hæreſum: quæ opinio Archi.falſa omnino eſt: nam quilibet iudex delegatus, vti poteſt hoc auxilio brachij ſecularis.c.dilecto, de ſentẽ. excommuni. tenent Domi.& Francus in.d.§.compeſcendi.Feli.in d.c.dilecta.num.2.de maiori, & obedientia.Ioan.Andre.Abb.& Decius, & communiter alij, in.c.ſignificaſti. de offi.delega.Pala.Rub.in.c.per veſtras.nota.2.§.ſed eſt pulchra dubitatio.nu.17.de dona.inter virũ & vxo. hanc fatetur eſſe communẽ opinionem contra Archi.Couarru.in quæſtion. practi.c.10.in prin.& ita in his duobus opinionibus deceptus fuit Archi.& maxima cũ ratione ab omnibus reprehenditur.

## SINGVLARE XCVIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Publici pœnitentes, an ſint conueniendi corã Inquiſitoribus.*

2 *Miſerabiles perſonæ ſunt ſub protectione eccleſiæ.*

3 *Intellectus ad tex.in.c.aliud.11.q.1.*

4 *Inquiſitores cognoſcunt contra contrahentem ſecundum matrimonium, viuente prima vxore.*

5 *Item contra profeſſum qui de facto matrimonium contraxit.*

6 *Item procedunt contra Lamias.*

7 *Item contra non recipientem ſacram communionem quolibet anno.*

8 *Item contra dicentem fornicationem nõ eſſe peccatum.*

9 *Item an poſsint procedere cõtra blaſphemos.*

10 *Item an contra ſuperſtitioſos.*

11 *Item contra vſurarios ad vſurarum tantũ reſtitutionem.*

1 INquiſitores fauore fidei, ſunt iudices cõpetẽtes omniũ cauſarum ciuiliũ & criminalium, illorum qui eccleſiæ ſunt reconciliati, & habitum geſtant publicè pœnitentium, qui vulgariter, ſambenitados vocantur: quippe qui ſub iuriſdictione Inquiſitorum ſunt, nulloſque iudices ſeculares, vel eccleſiaſticos in omnibus cauſis habent, tex. eſt ſing. in.c.aliud.11.q.1.& in.c.aliud. de pœni.d.1.vbi Leo Papa ſtatuit in dictis iuribus, dicẽs: ſi quis pœnitens cauſam habeat, quam negligere fortè non debeat, melius eſt illi, vt expectet eccleſiaſticum, quàm forenſe iudicium: & ſtatim ibidem Gratianus ſubiũgit, hoc eſſe generaliter intelligendum, tam in ciuilibus cauſis, quàm in criminalibus. Ita affirmant glo.& interpretes ibi.& Hoſti.in ſumma de foro compe.§.ex præmiſsis patet. nume.11.Spe.titu.de compe.iudi.addi.§.1.verſi.17.Calde.conſi.7.titu.de iudi.Anto.in.c.2.de foro compe.colum.2.& ibi.Barba.num.61.Alcia.in praxi vtriuſque iuris.tit.de cõpe.iudi.addi.verſic.16.repertorium Inquiſitorum in verbo, pœnitẽtiam pecuniariam: quæ concluſio ampliãda eſt, ſiue pœnitens ſit actor, ſiue re⁹. glo.in verbo, eccleſiaſticum.in.d.ca. aliud tenent Docto. modo citati. Et in hoc caſu ceſſat iuris regula, quòd actor ſequitur forum rei, vnde dicit Inno.in.c.ſignificantibus, de offi.delega.quod pœnitentes, & aliæ miſerabiles perſonæ, ſunt ſub protectione eccleſiæ, & ſuper iuribus ſuis poſſunt adire iudicem eccleſiaſticũ, ſicut cauſæ pauperum, & pupillorũ, & vidua-
2 rũ, ac miſerabilium perſonarum, ad examen eccleſiæ pertinent.c.licet.c. defenſionis.87.d.c.ſi quis de potentibus.

bus. 24. q. 3. c. ſuper quibuſdam, in fi-
ne, de verbo. ſignifica. ſed contrariã
ſententiam tenuit Abb. in. c. 2. num.
9. de foro compe. & ibi Areti. col. 2. &
Maria. Soci. in. c. 1. verſ. decima decla
ratio. nu. 13. de foro compe. Couarru
uias. in quæſtio. practi. c. 34. nu. 13. &
Iacob. Sept. in inſtitu. Catho. cap. 46.
num. 17. qui nituntur reſpondere ad
3 tex. in. d. c. aliud. dicentes illum text.
procedere de conſilio tantum, aut in
cauſis mixti fori: quòd in his pœnitẽ-
tes potius iudicem eccleſiaſticum,
quàm ſecularem adeãt, vel quòd præ
dictus text. loquatur de talibus pœni
tentibus, qui aliquem profitebantur
ordinem, vel religionem quandam
publicæ pœnitentiæ: qui ſunt ſub iu-
riſdictione eccleſiaſtica: de quibus lo
quitur. c. de his. & c. ſequens. 33. q. 2.
& quòd non loquitur de reconcilia-
tis, vel de gerentibus publicum habi
tum pœnitentium, ne eorum delicta
priuilegium tribuant, aut exemptio-
nem. ca. intelligimus. de iudi. c. legi-
mus. 16. q. 1. l. relegatorum. §. fi. in fi-
ne. ff. de interdictis & Relega. l. ſiue
hæreditaria. ff. de nego. geſtis, ſed ſi
inter ſe pœnitentes leuiter rixati fue
runt, dum ſunt in perpetuis, vel tem-
poralibus carceribus, vel propter ha-
bitum pœnitentiæ, vnus in alterum
conuitia dixerit: ita Iacob. Sep. in in-
ſtitu. Catho. c. 46. num. 20. allegando.
c. accuſat⁹. §. fi. de hære. lib. 6. & quòd
vltra hos, vel ſimiles caſus Inquiſito-
res non ſunt iudices competentes: &
re vera hæc opinio mihi placet.

¶Item Inquiſitores poſſunt pro-
cedere, inquirere, & punire eos, qui
aliquam ex. 80. ſectis reprobatis in. c.
quidam autem hæretici ſunt. 24. quę
ſtio. 3. ſequuntur.

4 Item contra contrahentem ſecũ-
dum matrimonium, viuente prima
vxore, quia male videtur ſentire de
ſacramentis eccleſiæ. Domi. & Fran-
cus in. c. accuſatus. §. ſanè. de hære. li-
bro. 6. & Bald. in. l. 3. C. de ſumma Tri
nita. & fide Catholica. & ibi Paul⁹ de
Caſtro. Franciſcus Squillacen. de fi-
de Catho. ca. 15. Alphonſus Caſtren.
lib. 1. de iuſta hæreticorum puni. c. 1.
Pala. Rub. in. c. per veſtras. §. 17. num.
25. fol. 67. de dona. inter vir. & vxo.

5 ¶Item contra eum qui cum eſſet
profeſſus egreſſus eſt de monaſterio
& de facto accepit vxorem. Bald. in
l. nemo. C. de ſumma Trinita. & fide
Catho. Abb. in. c. de homine. de cele-
bra. Miſſa. Ludo. Carrerius de hære.
§. circa. nu. 60. Pala. Rub. vbi ſupra. nu
26. Iacobus Septim. in inſtitu. Catho.
cap. 40. num. 2.

6 ¶Item Inquiſitores poſſunt proce
dere contra Lamias. Iacob. Sep. in in-
ſtitu. Catho. c. 37. in fine.

7 ¶Item contra eum qui non reci-
pit ſacram communionem quolibet
anno. Feli. in rub. de hære. idem in. c.
ad abolendam. de hære. allegãdo Ol-
dra. conſi. 20. Ludo. Carre. de hære. §.
circa. nu. 37.

¶Item contra clericũ in ſacris con
ſtitutum matrimonium contrahen-
tem. Pala. Rub. in. d. ca. per veſtras. §.
18. num. 26. fol. 67. col. 4 & Iacob. Se-
pti. in. d. c. 40.

¶Item contra frangentes imagi-
nes eccleſiæ vilipendẽdo. Fran. Squil
lacen. de fide Catho. c. 50.

8 ¶Item contra affirmantem, forni-
cationem non eſſe peccatũ, & vſum
diuinandi non eſſe prohibitum. Cle.
ad noſtram. de hære. Squilla. vbi ſu-
pra. cap. 18.

9 ¶Item contra blaſphemos, quan-
do blaſphemia ſapit manifeſtam hæ-
reſim: non ſolùm in Deum, ſed etiam
in ſanctos: quia pars corporis ipſius
ſunt, vt dicit Fran. Squillacen. de fi-
de Catholi. ca. 16. in fine. allegando. l.
quiſquis.



quiſquis. C. ad. l. Iuliã. maieſt. latiſsi-
mè Iacobus Septima. in inſtitu. ca-
tholi. cap. 8. & optimè Nicolaus Boe
tius deciſione. 110. nume. 2. & 3. Ber-
nar. de Luco, in practi. crimi. ca. 103.
Caſtro. de iuſta. hære. puni. lib. 1. cap.
12. veruntamen fuit petitum in cu-
rijs de Madrid. capit. 26. anno. 1534.
Quod contra blaſphemos Inquiſito
res non procedant.

10 ¶Item an cognitio omnium ſuperſti
tionum ad inquiſitores pertineat la-
tè docentes per tex. ibi in. c. accuſa-
tus. §. ſane de hęre. lib. 6. & Iacob. Sep
ti. in inſtitu. catho. c. 61. num. 3.

11 ¶Item contra vſurarios ad reſtitutio
nem vſurarum, non tamen eos poſ-
ſunt punire inquiſitores. Bald. in. ca.
1. §. ad hæc de pace iuramento firma.
Ioan. Monachus in. c. accuſatus. de
hære. lib. 6. Feli. in. c. excommunica-
tus. 1. eod. titu. Ludo. Carre. de hære.
§. verſa autem vice. num. 5.

## SINGVLARE. XCIX.

INquiſitores fidei in ordinandis &
proferendis ſententijs debent vo-
care aſſeſſores viros probos atque pe
ritos, religioſos ac theologos, ac iuris
peritos: quia de re grauiſsima iudiciũ
ferendum eſt. capi. vt commiſsi. §. ad
uocandi. de hęre. lib. 6. Albertinus. in
c. 1. q. 10. eod. tit. & lib. & habetur in
4. inſtructione Toletana. c. 14. iuxta
illud Prouerbiorum. c. 11. & 24. erit
ſalus. vbi multa conſilia: & ca. 13. qui
agunt omnia cum conſilio reguntur
ſapientia: & rurſus. cap. 15. diſsipen-
tur cogitationes vbi non eſt conſi-
lium, vbi plures ſunt conſiliarij con-
firmatur, & integrum eſt iudicium
quòd plurimorum ſententijs confir-
matur. c. prudentiam. de offi. delega.
& quòd à pluribus quęritur ſapienti-
bus facilius inuenitur. c. de quibus.
20. diſ. & per ampliores homines per
fectiſsimè veritas reuelatur. l. fi. C. de
fidei commiſsis. l. hæredes palã. §. 1. ff.
de teſta. & Inquiſitores non tenen-
tur de neceſsitate ſequi conſilium di
ctorum peritorum, ne inconueniens
ſequatur, quòd eorum conſilium po-
tentius eſſet quàm conſilium Inqui-
ſitorum: ſed tantum de honeſtate:
ne cõſilium peritorum videatur eſſe
fruſtratorium: ita concludit Iacobus
Septi. in inſtitu. catho. cap. 41. nu. 12.
& hoc in cauſis fidei tantum: in alijs
verò huiuſmodi peritorum conſiliũ
neceſſariũ nõ eſt. l. nemo. C. de ſent.
& interlo. omni. iudi. l. certi iuris eſt
in fine. C. de iudi.

## SINGVLARE C.

INquiſitotes non poſſunt recuſari
tanquam ſuſpecti. Archi. & Domi.
in. c. quia pleruñq; de offi. ordina. lib.
6. Fran. de Ripa. in tractatu de peſte.
lib. 3. nu. 140. quod aliter in alijs iudi-
cibus & cauſis. ca. ſuſpitionis. de offi.
dele. cap. poſtremo. cap. cum ſpeciali.
de appell. l. cũ apertiſsime. C. de iudi.

## SINGVLARE. CI.

INquiſitores fauore fidei poſſunt
cognoſcere de quibuſcunque cau
ſis criminalibus omnium familiariũ
& officialium hæreticæ prauitatis, vt
in quarta inſtructione Toletana. ca.
5. nec id mirum eſt, nam rector hoſ-
pitalis etiam ſi ſit laicus eſt de foro ec
cleſiæ. Bart. & Ange. in. l. quod con-
ſtitutum. ff. de mili. teſta. ſequitur Fe
lin. in. cap. 2. num. 8. de foro compe.
vbi Abb. num. 11. hoc latius differit,
& familia clericorum gaudet priui-
legio fori. ca. indicatum. 89. d. gloſſ.
ſing. in. c. clericum. pri. 11. q. 1. & de
familia epiſcopi indubitatũ eſt. c. fin.

de offi. Archi. dixit communẽ Abb. in. c. 2. nu. 6. de foro compe. Nam priuilegium conceſſum perſonæ extenditur ad eius familiares & domeſticos auten. habita. in prin. C. ne filius pro patre. l. 2. §. 1. ff. de vſu. & habi. c. licet. de priui. lib. 6. gl. in. l. reſtituendæ. C. de aduoca. diuer. iudicum. gl. & Bald. in. l. 2. C. de epi. & cleri. glo. 1. in. l. ad perſonas egregias. ff. de iureiu ran. eſt notanda diſtinctio Bald. in. l. 1. C. de vxo. mili. ſing. l. 51. titul. 6. p. 1. vnde ſing. dixit Oldra. conſi. 11. nu. 2. allegando. d. l. 1. C. vxo. mili. quòd priuilegium de non ſoluendis decimis conceſſum hoſpitali, includit bona miniſtrorum ſeruientium hoſpitali ſine quibus commodè regi nõ poterit, quod conſilium refert & ſequitur Feli. in cap. 2. num. 2. de foro. comp.

## SINGVLARE CII.

INanimata res vel animata, dummodo ſit irrationalis non punitur. c. illud. c. aliquos. 15. q. 1. l. illud. §. 1. ff. de iniurijs. l. verum. ff. de furtis. Sed ob tanti criminis atrocitatem, locus in quo hæreticus de facto fuit ſepultus, vſq; adeo inficionatur, vt talis locus omni tempore perpetua careat ſepultura. c. 2. vbi. gl. in verb. locus, & docẽtes. de hære. lib. 6. alius caſus habetur in. ca. in quibuſdam. in fine de pœnis: alius in. c. ſi. in fine. eod. titu. li. 6. alius in. c. vbi periculũ. §. præterea verſi. ciuitas: de electio. lib. 6. alius in. c. ita nos. 25. q. 2. alius in. cap. mulier. 15. q. 1. vbi animal brutum propter illud horrendum crimen furca ſuſpenditur: quem tex. dixit ſing. Iaſ. in. l. 2. nu. 2. poſt Roma. ibi. C. qui teſta. face. poſſ. idem Roma. in. l. ſi vero. §. de viro. Falle. 17. ff. ſolu. matri. idem Iaſ. in. l. imperium. num. 24. ff. de iuriſ. omni. iudi. & in. l. furioſum. nu. 10. C. qui teſta. face. poſſ. Io. de Imo. in. l. de functo. in prin. ff. de publi. iudi. Guido Papæ. deciſione. 238. incip. ſi animal brutum. Anto. Corſe. ſing. incip. pœna aliqui diuidentes. Gundiſſ. de Villa. de hære. quæ. 22. nu. 5. Hippo. in. l. 1. num. 60. ff. de ſicarijs: & practi. crimi. §. diligenter. num. 167.

## SINGVLARE. CIII.

IOcoſe dictum aut factum pœnam non meretur. l. 1. §. diuus Adrianus ff. de ſicarijs. l. obligationũ ſubſtãtia, in fine. ff. de actio. & obliga. l. furioſi. ff. ad. l. Iuliã. maieſt. l. ſicut ſemel. C. de lib. cauſ. ca. 1. de ſenten. excommunicationis. l. 7. tit. 16. alias. tit. 17. li. 4. fori. ll. nã quidquid agant homines intentio iudicat omnes. l. verũ: & l. qui iniuric. ff. de furtis. c. lator de homici. ca. cum voluntate. de ſent. excom. per ſupra dicta inquit Pau. Caſtren. in. l. & ſi ſeuerior. C. ex quibus cau. in fa. irro. quòd quẽdam defendit à pœna mortis qui ludendo proiecit lapidem, & aliquem occidit. idem Pau. Caſtren. & Baldus. in. l. nemo deinceps. C. de epiſ. audien. & Cepola. cautela. 12. §. 13. dicens plures ſe à morte liberaſſe: & idem ſi vult aliquis occidere Titiũ, & caſu occidit Seiũ: vt tradit eleganter Nicola. Boërius Deciſione. 83. incip. & videtur per totam illã deciſionẽ, & deciſione. 84. & Hippo. in. l. de minore. n. 35. ff. de quæſtio. & in cõſi. 128. incip. plura profecto. nu. 22. vnde elegãter cõſuluit Maria. Soci. conſi. 16. incip. circa prædictam cõſultationẽ, quòd ſi iuuenis ludens cũ alio iuuene ad iaciẽdum ferrum, qui ludus, al herron, Hiſpano nomine vocatur: atque illud iaciendo occidat aliquem ſine aliquo dolo, quòd non debet puniri aliqua pœna ordinaria





naria neque extraordinaria: ſequitur Hippo. in. l. 1. nu. 101. ff. de ſicarijs, & melius conſi. 91. incip. intellecto caſu. nu. 16. præſertim ſi ludentes erant nimis amici, vel affines, vel conſanguinei, neque aliqua inimicia inter eos aliquo tempore fuit orta, ex quibus & ex natura ludi, propoſitum, & voluntas colligitur: nam rei qualitas, agentis intentionem demonſtrat: & ex qualitate diſpoſitionis colligitur ſpecies intentionis. l. nõ codicillum. C. de teſta. l. ſi extraneus hæres. ff. de acqui. hære. ¶ Sed ſpeciale eſt, quòd ſi aliquis iocoſe dicat aliquid contra fidem catholicam, eſt ab Inquiſitoribus fidei puniendus: quia non licet cum Deo aut ſanctis, ſeu rebus diuinis iocari. Ita Cardi. in Clem. 1. §. nos igitur in fine de ſumma Trinita. & fide catho. dicens: quòd ſi aliquis dixerit, ſi nõ habeo vxorẽ in hoc mundo, habebo in alio: & iocoſe dicat, quòd talis ab inquiſitoribus puniendus eſt: idem in Cle. vnica. §. de vſuris. Bald. in. l. 1. nume. 45. C. qui accuſa. non poſſ. Ioan. Nicola. de hẽre. nota. 28. Fran. Squillacen. de fide catho. ca. 19. in fine: veruntamen talis non vt hæreticus eſt condemnandus, niſi in dicto perſiſtat: ſed ei poſſunt inquiſitores ponere pœnam pecuniariam pauperibus vel alijs pijs locis dandã. Gundiſſ. de Villa. de hære. quæſt. 1. nu. 7. & quæſt. 8. nume. 6. Pala. Rub. in allegat. hæreſis. §. 4. in fine. Ludo. Carre. de hære. §. verſa autem vice. nu. 7. de eo qui iocoſe dixit ſe habiturum vxorem in alio ſæculo. Iaco. Septi. in inſtitu. catho. cap. 25. num. 15. Ludus enim noxius in culpa eſt. l. nã ludus. ff. ad. l. Aquiliam. cap. 1. de pręſumptio. & omne maleficium mala intentione præſumitur eſſe factum. l. ſi ex plagijs. §. fin. ff. ad. l. Aquili. l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis. l. ſi non conuitij. C. de iniurijs: & in d. c. 1. de præſumptio.

## SINGVLARE CIIII.

IVdæi ſeu hæretici & omnes qui ex eorum genere deſcendunt excluduntur, & meritò, ab omnibus officijs ſanctæ Inquiſitionis, & à monaſterijs quorundam monachorũ, pręcipuè ordinis diui Hieronymi: & in Hiſpania à quibuſdam fraternitatibus, & à quibuſdam capitulis eccleſiarum, vt proximis diebus ſanctè ac iuſtè in Eccleſia Toletana ſtatutum fuit, à reuerendiſsimo atque doctiſsimo Cardinali domino Ioanne Siliceo, Archiepiſcopo digniſsimo Toletano, diuini cultus, ac ſacræ religionis ſtudioſiſsimo, cuius edicti & ſtatuti verba ſequentia ſunt. A functionibus publicis, dignitatibus, præbendis, magiſtratibusque cæteris eccleſiæ noſtræ eccleſiæ Toletanæ, reliquarũque nobis ſubiectarum diœceſum, eos perpetuo excludimus, repellimus & arcemus, qui vel ex genere Iudæorũ, vel Iſraelitarũ, vel Iſmaelitarum, aut reliquiarũ ſeminis Abrahæ ſunt aut conuicti fuerint deſcẽdiſſe, etiã quãtũuis pij, quantumuis probi & ſancti, quantumuis ſint in Chriſto Ieſu, noſtræq; fidei articulis rectè ſapiẽtes, ſiue ab vno ſiue à decẽ ſiue à viginti ſiue à cẽtũ annis, & eo amplius ipſi, ſimulq; illorũ progenitores (potiſſimè qui quartã generationẽ non deprehẽdũtur exceſsiſſe) probati ſint in Chriſtianiſmo, ac Chriſti Ieſu fide religioſè ac laudabiliter vixiſſe: & ſi ex iſta vel quacunq; ſeminis Abrahæ gente, quiſpiã ſiue per induſtriã, ſiue per certam ſcientiam, ſiue per ignorantiam, tunc fortaſſe inuincibilem ad prædictas vel alias noſtræ eccleſiæ Toletanæ communes functiones

reliquosq; rei noſtræ publicæ magi-
ſtratus aſſumpti fuerint & admiſsi ꝓ
genitorum & proauorũ, & ab auorũ
& atauorũ, cæterorũq; progenitorũ
dedu ctis,& certis aliquot generatio-
nũ lineis etiã à ducentis vel trecẽtis,
annis, vel eo amplius ex ſupradicto
Iudæorũ vel Iſraelitarũ aut altero Iſ-
maelitarum genere: quinimo & reli-
quijs Abrahæ conuincãtur deſcẽdiſ-
ſe: talibus functionibus & officijs il-
lorũ adminiſtrationibus priuẽtur, ſpo
lientur, & velut infames ac deteſtabi
les peſonæ, omni indignę ac incapa-
ces munere habeantur. Omnia hæc
ſunt prædicti ſtatuti, & edicti verba
formalia. aduerſus quod ſtatutum &
edictũ Toletanũ, lõgã apologiam ac
magnũ volumẽ ſcripſit frater Henri
cus Mauroi Franciſcanus theologus
Pariſienſis, cuius libri titulus eſt, Apo
logia pro Iudæis Chriſtianis, & his
qui ex reliquijs ſunt patriarcharum,
piè ac ſanctè de Chriſto Ieſu & fide ca
tholica ſentientibus, aduerſus archie
piſcopum Toletanũ, & eius aſſeclas.
Quæ ſanè apologia meo iudicio plus
audaciæ & temeritatis quàm erudi-
tionis habet, præcipuè in prima par-
te.c.2.fo.12.vbi exclamat contra prę
dictũ edictum dicens. O execrabiles:
o nephandiſsimas & deteſtabiles le-
ges, o impijſsimas & nequiſsimas, &
iniuſtiſsimas ſanctiones: iã enim hoc
ſtatuto profanatum eſt Dei viuentis
templum, & ſacerdotium ſublatum,
& corruptum eſt quidquid erat re-
ligionis, quod vitæ, quod legis, quod
morum, quod fidei, quod virtutis,
quod diſciplinæ, id veſtrum ſtatu-
tum ſimul perdidit & confudit. Su-
ſpicor auctorem præfatum Iudæũ
extitiſſe, vel maximis Iudæorum pre
cibus vel pecunijs apologiam & volu
mẽ illud ſcripſiſſe: fateor tamẽ quòd
Iudæus factus Chriſtianus eſt capax
beneficij eccleſiaſtici, etiã in eccleſia
cathedrali, tex. eſt ſing. in. c. cã te in
fine de reſcrip. ibi. pro eo verò quòd
Iudęus extiterit ipſum de dignari nõ
debes, nã de Iudęis conuerſis eccleſia
fuit fundata, tex. in. c. in nouo teſta-
mento. 21. diſ. in. c. recurrat nũc ani-
mus noſter ad Abrahã. 32. quæ. 4. vt
de beato Ambroſio legitur in. ca. ſta-
tuimus: & in. c. epiſcop. 61. diſt. quòd
antequàm eſſet baptizatus in Archie
piſcopũ Mediolanẽſem fuit electus:
& plures alij nouiter ad fidẽ conuerſi
ad epiſcopatuũ regimina fuerũt ele-
cti: prout copioſiſsimè refert frater
Henricus in prima parte ſuæ Apolo-
giæ aduerſus ſtatutũ Toletanũ. c. 6. di
cens quòd ex Iudæa natus eſt Do-
minus, vt inquit Paulus ad Hebræos.
capi. 7. & Ioannes in Euangelio. ca-
pit. 4. inquit: Salus ex Iudæis eſt, pro
ximè dictis videtur aduerſari, quod
ſcripſit diuus Paulus in prima Epiſto
la ad Timotheum. capit. 3. dicens.
non oportere epiſcopum eſſe neo
phitum, ne fortè in ſuperbiã elatus
in iudicium incidat & in laqueum
diaboli: quòd ille qui heri erat cate
chumenus, hodie nõ ſedeat vt epiſco
pus in altiori loco in eccleſia: mo-
mentaneus namque ſacerdos neſcit
humilitatem ſeruare: ac ille dicitur
neophitus qui nouiter ad fidem & re
ligionem eſt conuerſus quaſi noua
planta: vt in. c. 1. &. 2. 48. d. ſed tempo
re Pau. oẽs Chriſtiani erãt neophiti,
obid quòd omnes nouiter erãt ad fidẽ
cõuerſi: quos ergo Paulus vocat neo
phitos, vel quos vult vt in epõs eligi.

Reuerendiſsimus Aluarus de Mo
ſcoſo epiſcopus Zamorenſis, diui-
narum atque humanarum rerum do
ctiſsimus, magnaq; cõmẽdatione dig
niſsimus prædictam diui Pauli autho
ritatem ſæpenumero ſolitus erat in-
terpretari, me præſente, atq; eius pro
uiſore



uiſore & Vicario generali: tam in epi
ſcopatu Pampilonenſi, quàm Zamo
renſi exiſtente: quòd intentio Pauli
fuit, quòd non ſit neophitus: non re-
ligione, nam omnes erant religione
& conuerſione neophiti. Sed quòd
non ſit neophitus moribus & non re
ligione: & eſt optimus & ſingularis
intellectus ad dictam authoritatem
Pauli: vel aliter dicere poſſumus de
diuo Ambroſio, & alijs qui nondum
baptizati in epiſcopos fuerunt ele-
cti, quòd propriè loquendo non fue-
runt electi: ſed poſtulati ex eo quòd
nouiter fuerunt ad fidem conuer-
ſi, cum poſtulatio ſit gratiæ petitio,
& innitatur gratiæ, vt in cap. bonę.
in prin. & in cap. poſtulationem: de
poſtulatione prælatorum. Sed cau-
ſa potiſsima inter alias, quòd de no-
uo ad fidem conuerſi, à præbendis,
& dignitatibus, & collegijs repel-
luntur, ea eſt quia ipſi ſuapte natu-
ra ſunt nimis ſeditioſi & elati, & Chri
ſtianis antiquis nimis infeſti. tex. in
cap. cum ſit nimis abſurdum: de Iu-
dæis ibi. quoniam ſub tali prætex-
tu, Chriſtianis plurimum ſunt infe-
ſti, & cap. conſtituit ſanctum conſi.
17. q. 4. Ibi, ſub hac occaſione Chri-
ſtianis iniuriam faciunt, & propter
alias cauſas inferius explicandas, ſi-
militer excluduntur à collegio Pin-
ciano ſanctæ Crucis: & à quatuor col
legijs ſatis egregijs & inſignibus Sal-
manticẽſibus, præſertim ab hoc meo
celeberrimo collegio diui Iacobi Ze-
bed ęi, cuius habitum ipſe indignus
nunc gero, in quo expreſſa conſtitu-
tione cautum eſt in. c. 2. Tom. 2. ibi
collegæ nõ deſcẽdãt per aliquã lineã
ab his qui pro hæreſi fuerunt condẽ-
nati, vel reconciliati, publicè vel oc-
cultè, ſed ſint Chriſtiani antiqui. Chri
ſtianos antiquos intelligimus eos
quorũ parẽtes, ſeu patres aui, ataui,
& maiores ſemper & omni tẽpore ha
biti fuerunt pro Chriſtianis antiquis,
itaque nullo modo deſcendant ex ge
nere Iudæorum vel Maurorum, &c.
Ita ad vnguem maxima cum ratio-
ne in hoc inſigni collegio obſerua-
tur, in quo omni tempore collegę li-
teris & moribus & genere inſignes
fuerunt, & hodie ſunt in eo reſiden-
tes, magiſter ſacræ theologiæ Gun-
diſſaluus Solorzano rector, & licen-
tiatus dominus Sebaſtianus de Ri-
bera, & licentiatus Ramirez, magi-
ſter Ioan. Alfonſus, doctor Andreas
Lopez. licentiatus Cabrio Salido, li-
centiatus Chaues, licentiatus He-
nao, licentiatus Morales, licentiatus
Aceituno, licentiatus Hieronymus
de Roda, & licentiatus Antonius de
Paz, omnes collegæ, & ego inter præ
dictos indignus & in omnibus mi-
nor: iureque optimo ſtatutum eſt,
vt ab omnibus prædictis, deſcenden
tes ex genere Iudęorum, vel hæreti-
corum excludantur, iuxta concilium
Toletanum in capit. conſtituit. 17.
q. 4. vbi inquit, tex. conſtituit ſan-
ctum concilium, vt iudæi aut hi qui
ex Iudęis ſunt officia publica nullate
nus appetant, quia ſub hac occaſio-
ne Chriſtianis iniuriam faciunt. cap.
nulla officia. 54. diſt. l. fi. C. de Iu-
dæis auten. gazaros. C. de hære. l. 4. ti
tu. 26. p. 7. idque iuſtè fieri poſſe affir-
mat Caietanus in opuſculis Tom.
2. quæſtio. 7. & licentiatus de Otalo-
ra Regius conſiliarius Pincianus, in
tracta. de nobilitate. 2. p. 3. partis
principalis. c. 7. num. 26. & Iacob. Se-
pti. in inſtitu. catho. capi. 46. in fine,
contra Montaluum in. l. 2. titulo. 3.
lib. 4. fori. ll. dicentem eſſe hæreticũ
qui hanc differentiam aſsignat in-
ter Chriſtianos nouos & antiquos:
nam eius argumenta locum habent,
in his quæ ad ſalutem, fidẽ, & religio-

 nem

nem pertinent, quòd Deus non eſt
acceptor perſonarum.c.nouit.de Iu-
di.quia communiter ſuaptè natura
chriſtiani noui ſeditioſi ſunt ac nimis
inquieti,& paſsim Chriſtianos anti-
quos opprimere nituntur, vt dicit.
d.cap.conſtituit &.ca.cum ſit.de Iu-
dæis, & nomen Chriſtiani antiqui
eis eſt nimis infeſtum:& quia ſæpe ſo
let filius ſimilis eſſe patri, & ſequi-
tur leuiter filia matris iter.l. fi. C. de
impub. & alijs ſubſti. gl. in.l. quòd
ſi nolit.§.qui mancipia.ff.de edilitio.
edicto.gl.in verb.progenitores,in.c.
venerabilem. de electio. optimè.gl.
in verb. metum, in cap. ſi quis cum
militibus.6.q.1.iuxta illud Mantua-
ni. Qui viret in folijs venit à radici-
bus humor, Et patrum in natos a-
beunt cum ſemine mores. Et inquit
tex in.cap.Cenomanenſem.56.diſt.
quòd paterna flagitia hæreditaria
ſucceſsione deſcendunt.Ideo ab his
eorumque deſcendentibus omni-
bus, conſulo tanquàm à contagio-
ſa peſte cauendum:& dicuntur chri-
ſtiani antiqui,quorum parentes ſeu
maiores ante ducentos annos ad fi-
dem catholicam fuerunt conuerſi:
vt affirmat Iaco. Septima. in inſti-
tu.catho.cap. 46. in fine: vel quando
parentes, vel maiores publicè & oc-
cultè omni tempore habiti fuerunt
pro Chriſtianis antiquis: & aliqua
nunc non eſt notitia de conuerſio-
ne maiorum, licet ad hoc obijci
poteſt de hiſtorijs regum & procerū.

SINGVLARE. CV.

IVdæi ſeu hæretici doctoratus gra
dus ſunt incapaces.l.fi. C. de Iu-
dæis, vbi Bar. inquit quòd per illam
legem quidam Iudæus in illo anno
volebat doctorari,& non potuit gra-
dum doctoratus aſſumere:idem Bar.
in prima conſtitu. C.de nouo codi.fa
cien.nu.12.& in.l.generaliter.§. fi.ff.
de decurio. & in.l. omnes. C. eod.
tit.lib.10.vbi affirmat ſe ita reſpōdiſ-
ſe duobus Iudęis in medicina doctori
bus.Hoſt.in ſumma de Iudæis.nu.5.
Ancarra.in cle.2. de magiſt. Abb.in
cap. cum ſit imprin. de Iudæ. & in
c.propoſuiſti in fine de proba.&in.c.
iudex.nu.4.de teſti.latè Iaſ.in rub.ff.
de iuſtitia & iure.nu.4.Feli.in.c.1.nu
4.de Iudæis.& licet aliqua iura ex ſu-
pra dictis loquātur in Iudæo, idēq; in
hæretico dicendū eſt:quia maior pro
hibitio eſt in hæretico, quàm in Iu-
dęo.Ita dicit glo.1.in.c.pagani.2.quę
7.Feli.in.c.Iudæi.nu.6. de teſti. nam
Iudæi non ſunt capaces alicuius dig-
nitatis.cap.2.§.hæretici.ca.ſtatutum
in.2. de hære.lib. 6.l. fin. C. de Iu-
dęis,& gradus doctoratus eſt digni-
tas.cap.quanto de magiſtris.l.proui-
dendum in prin.C.de poſtu.Bart.in.
d.l. omnes. Alex. conſi. 94. conſi-
deratis his poſt prin. vol.1.& plures
alij relati à Feli. in.d.cap. quanto. in
prin. præſertim ſi viginti annos ali-
quis doctor publicè legerit, qui pro-
pter hoc efficitur dux & comes.l.vni
ca. vbi. glo. Bart. & doctores. C. de
profe. qui in vrbe Conſtan. lib. 12.
quam ad hoc allegat Bart. in.l. ex eo
tempore.num.4.ff.de teſta.in.l.1.&
Ange.in proœ. inſtitu.Iaſ.in.l.1.nu.
11.ff.de offi.eius,cui mandata eſt iu-
riſ.Abb.in.cap.clerici.num.3.de iud.
& in cap.capellanus in prin.de ferijs:
& Paris de puteo in tracta.de re mili.
in prin.libr.6.in prin.numer.37.An-
dre. Sicu. in.l. fi.in fine de offi. de-
lega.Fel.in rub.de magiſtris.Ale. cō-
ſi.32.viſa conceſsione.nu.5.vol.5.

SINGVLARE CVI.

IVdex ordinarius, ętatis. 25. anno-
rum,& delegatus.20. annorū eſſe
debet.



debet.l. quidam conſulebant. ff. de
re iudi.l.cum prętor.ff.de iudi.c.cum
vigeſimum.de offi.delega.l.5. titu.4.
p.3.l.4.titu.15.lib.5.alias.2.ordi. quia
ante hanc ætatem fragile & infirmū
eſt hominis conſilium,& multis cap-
tionibus ſuppoſitum vt inquit Vlpia
nus in.l.1.ff.de mino. & in iudicibus
eſt nimis neceſſaria rerum peritia.l.
1.§.ſed cum ſit neceſſaria. C. de vete.
iure.enucle.§.quæ omnia inſti.de ſa-
tiſda. quæ eſt vera rerum magiſtra.l.
2.C.vt in poſſ.lega.capit.ſecundo. de
conce.præbe.lib.6.capit.quam ſit.de
electio.eod.lib.cap.ſtatutum in prin.
de reſcrip.lib.6. & ita in bonis iudici-
bus eſſe debet ſolertia iuſtitiæ, & mo
rum probitas & rerū, & artis peritia.
l.1.ff.de decre. ab ordi.facien.l.proxi
mos.C.de proxi.ſacr. ſcriniorū.li.12.
vnde dicit Plato. lib.9. de republica.
iudicare oportet, peritia, prudentia,
ratione,ac rerum experientia. &.l.3.
tit.4.p.3.quòd bonus iudex debet eſ-
ſe omnibus idem,& nemini compla-
cere contra veritatem & iuſtitiam.c.
qualiter & quando.in.2. vbi Alb. nu.
8.de accuſa.& ſit iudex inexorabilis,
& cum omnibus vna eademque vo-
ce loquatur, vt inquit Cicero.libr.2.
officiorum,& multa notatu digna in
hoc collegit Lucas.de pœna.in.l.fi.C.
de tabula. lib.10.& omnino ſeruetur
illud in lege diuina ſcriptum, ita iudi
cabis magnū ſicut paruum;neque eſt
acceptio perſonarum habenda, vt in
Deuteronomi.c.1. & in.c. nouit. de
iudi.& in.c. fina.3.q.9.l. hos accuſare
in fine.ff.de accuſ. & illud Ciceronis.
lib.1.offici.hi qui reipu.præſunt legū
ſimiles eſſe debent, quo ad punien-
dum:non iracundia,ſed æquitate mo
ueantur: vnde tex.in. c. odio haben-
tur peccata & non homines. 86.d.in
hoc paſſim literati & periti iudices à
tramite iuſtitiæ ſolent deuiare ami-
corum ſuorum petitionibus: aduer-
ſus quos clamat Cicero. lib.3. officio-
rū.quòd iudex non debet propter a-
micos à via recta diſcedere,nam vera
amicitia cauſa boni & non mali eſt.
Nam amor & odium ſeparant homi-
nes à rectitudine. ca. quatuor modis.
11.q.3. quòd quatuor modis huma-
num iudicium peruertitur, odio, &
amore,timore, & auaritia. tex. in ca.
quotiens.de teſt. & ſing.in cap. 1. de
ſent.& re.iudi. vbi gloſſ. in vtroque
loco referunt verſicula illa vulgata.
Quatuor iſta,timor,odiū,dilectio, cē
ſus Sæpe ſolent rectos hominis per-
uertere ſenſus. Et qualiter boni, & re
cti iudices eſſe debent pulchrè habe-
tur in Exodo.c.18. vbi à mane vſque
ad veſperam iudicabat Moyſes popu
lum,& eius ſocer nomine Ietro,ei di-
xit: Vltra vires tuas eſt negotium,pro
uide de omni plebe viros prudentes
& timentes Deum,in quibus ſit veri-
tas,& qui oderint auaritiam: & cōſti-
tue ex eis tribunos,centuriones & de
canos, qui iudicent populum omni
tempore: maiora autem, vt onus diui
datur,referant ad te:& de iure regni
propter ſupradicta requiritur, vt ali-
quis ſit iudex ſtuduiſſe per decenniū
in ſtudio generali,vt in pragmatica fa
cta Barchinonæ fol.82.in modico tē-
pore non poteſt quis multum addiſ-
cere.c.quia multa.48.d.c. tam ex lite
ris: vbi gl. de in integ. reſti. tempore,
indigemus vt maturè aliquid agamꝰ.
c.pōderet.50.d.& ętate & ſtudio ma
ior,ſapiētior,& prudētior pręſumitur
l.fi.ff.de fide inſtr.c.đ quibus.20.d.ca.
fi.84.d.& inquit tex.in.c.ſciēdū.36.q.
3.quod dæmones ſunt ſapientes pro
pter longitudinem vitæ, & longam
rerum experientiam: vnde meritò
inquit imperator his verbis in.l. ipſis
rerū experimētis cognouimꝰ.C. vt in
poſſe.leg.& in.§.pen. de inſt.de ſatiſ.

ad rem igitur:ad ſupra dicta ſpeciale
eſt,quod iudices hæreticæ prauitatis
quadrageſimum annũ attingere de-
bent. Clem. nolentes in prin.de hæ-
re. c. Sanctimoniales. 20. quæſt. 1. &
in directorio Inquiſitorum. par. 3.q.
2. & quæſt. 16.vbi in.d.quæſt.2.dici-
tur, quòd eadem ætas requiritur in
eorum commiſſarijs. Tenuit expreſ-
ſè Feli.in. c.cum vigeſimum annum.
de offi.delega.&Ioannes de Selua.in
tracta.de beneficio.in.3.par. quæſt.5
nume.41. Ludo.Carre.de hære.§.de
cuius officio.in princ.Gũdiſſaluus de
Villadiego, de hære.quæſtio.7.num.
12.Fran. Squillacen. de fide Catholi.
cap.35.Iacob.Sept.in inſti.Catho ca.
34. num. 5.ſolet in hoc cum perſonis
literatis genere, & virtutibus præ-
claris diſpenſari. Ob id iure optimo
per quam magnifice Toletane Inqui
ſitor,tecum in hoc diſpenſatum fuit:
verùm refert Iacob.Sept.in loco mo-
do citato, eſſe in hoc hodie breue
Apoſtolicum, quòd ſufficit annum.
30.attingere, quòd hactenus non vi-
di: & eſt certè rationabile, quia iam
in hac ætate ſcientia perfecta,& rerũ
experientia inuenitur: & tantum in
Epiſcopo. 30.annorum ætas requiri-
tur:vt in.c.cum in cunctis de electio.
c.quicunque.87.d. Auth.de ſanctiſsi
mis Epiſcopis.§.cleros.col. 9.à fortio-
ri,in Inquiſitore ſufficeret. 30.anno-
rum ætas,&c.

## SINGVLARE CVII.

### SVMMARIVM.

1 *Iudex de qua rè cognoſcit, pronũciare debet.*
2 *Iudex ſecularis requiſitus, ſententias Inquiſitorum tenetur exequi.*
3 *Communis opinio contra Bart. & ſequa.*
4 *Crimen hæreſis, eſt mere eccleſiaſticum.*
5 *Ponitur caſus in quo hæreticus ad iudicem ſecularem non eſt remittendus.*
6 *Inquiſitores pro hæretico apud iudicem ſecularem efficaciter debent intercedere.*

1 IVdex de qua re co-
gnoſcit, de ea pro-
nunciare debet &
punire. l. de qua re.
ff.de iudi.c. cum ſu-
per. de cau. poſſeſſ.
& proprie. ſed in crimine hæreſis, vi-
detur eſſe ſpeciale quòd iudices ſecu
lares,quibus ab Inquiſitoribus hære-
tici traditi ſunt, eos pœna ignis de-
bent punire: quanquam de illa cauſa
nunquam cognouerunt. c. vt Inqui-
ſitionbus.§.prohibemus,vbi gl.&do
centes. de hære.lib.6.ex quo tex. Pe-
ruſi. & alij notant quòd iudex ſecula
2 ris requiſitus ab Inquiſitoribus ſuper
executione ſententiæ latę contra hę
reticos,tenetur non ſolum ſententiã
exequi, & huic ſententiæ ſtare, neq;
poteſt proceſſum petere, vel impu-
gnare, vel de cauſa de nouo cogno-
ſcere, an iuſtè, vel iniuſtè hæreticus
ſit condemnatus:idem tenet Bald.in
Authen.clericus,in fin.C.de Epiſco-
pis & cleri. Ange.in.l.diuus. nume.2.
ff.de cuſto.reorum,& in.l.1.C.de exi
ben.reis.Sali.in.l.ea quidem.num.19
C.de accuſa. Anchar.in.c.1.vbi Abb.
num.12.de offi.ordi.quòd veriſsimũ
de iure eſſe putat Iaſ.in.l.magiſtrati-
bus,nume.10.ff.de iuriſ.omnium iu-
di.Pala.rub.in rep.c.per veſtras.part.
2.§.1.num.22.fol.81.col.3.de donat.
inter virum & vxo.Gundiſſaluus de
Villadiego,de hære.quæſt.19.num.6
& Ægidius Boſsius in practi.crimi.ti-
tu.de foro competen.num.160.cum
ſequen.&in titul.de hære.nu.10.Lu-
do. Carre. de hære. §. circa.nume.9.
hanc tandem dicit eſſe communem
3 opinionem. Iacobus Sept. in inſtitu.
Catho.c.36.num. 3.niſi in caſibus ab

eo



eo ibi exceptis, contra Bart.contra-
rium tenentem,in dict.l.diuus.num.
3.& in.l.non dubium.ff.de cuſto.reo
rum. & in.l.magiſtratibus.num. 5.ff.
de iuriſdict. omnium iudi. quem ibi
Paul.Caſtren.ſequitur:& licet Anto.
de Butrio in.c.1.de offi.ordi.dicat, ꝙ
communiter legiſtæ tenent opinio-
nem Bar. tamen magis communiter
Bart. in hoc reprehenditur ab omni-
bus retro citatis: & meritò quidem,
quia contra eum eſt caſus expreſſus
4 in. d. §. prohibemus: vbi de crimine
hæreſis tanquam merè eccleſiaſtico
nullo modo directè, vel indirectè po
terit iudex ſecularis agnoſcere: & fa-
cit. c. tuam.de ordi.cogni. c.cauſam.
in primo. c. lator. qui filij ſunt legi.l.
56.in fine.&.l.58.tit.6.part.1.l.2.titu.
26.pag.7.quod hæreticus accuſari &
condemnari debet coram Epiſcopo,
vel eius vicario,& non coram iudici-
bus ſecularibus.Præterea in hac exe-
cutione iuſtitiæ facta contra hæreti-
cos,iudex ſecularis inferior eſt eccle-
ſiaſtico. c. princeps. c. adminiſtrato-
res.23.quæſt.5.& inferior debet tan-
tum exequi & obedire,& non de cau
ſa cognoſcere.c.inferior ſedes.21.di-
ſtin.cum inferior de maio.& obediẽ.
5 ſed non inficior,quod ſi quiſpiã dãna
tus ad mortẽ dicit aliquid hęreticũ
vt eo prætextu mors differatur, ſi ta-
lis antea de hęreſi non erat ſuſpectus
remittendus non eſt ad Inquiſitores
vt affirmat Iacobus Sept.in inſtit. Ca
tho. c.36. in prin.quia talis dolus, vel
fraus ei patrocinari non debent. l.in
fraudem. ff.de iure.fiſ.capit. ex teno-
re de reſcript.c.officij.de teſta. ſed vi-
detur quòd opinio Bart.ſupra poſita,
& ſequacium aliquo modo iuuari po
teſt,quia antiquitus hęreticorum pu
nitio ad principes ſeculares pertine-
bat: vt in Deuteronomio.c.7. vbi mã
datum fuit populo Iſraelitico, vt aras
hæreticorum ſubuerteret, habetur
in. c. ſi audieris. 23.quæſt.3. & Ioſias
oſſa hæreticorum comburi fecit, vt
in dict. Deuterono.c.23.& legitur in
4. libro Regum. cap. 10. de illo rege
Iehu,qui occidit ſacerdotes colentes
Baal, ex quibus videtur deduci ſecu-
lares iudices eſſe competentes iudi-
ces circa hæreticorum punitionem:
6 & expreſsè cautum eſt.in.l.quicun-
que.C.de hære.præſertim, quòd quã
do huiuſmodi traditio fit ab Inquiſi-
toribus, ipſi pro hæretico efficaciter
apud iudicem ſecularem intercedãt,
ne poteſtas ſecularis talem hæreticũ
pœna ſanguinis puniat,ne Inquiſito-
res videantur ſanguinis effuſioni cõ-
ſentire.c.nouimus.ibi, pro eo debet
eccleſia efficaciter intercedere, de
verbo. ſignifi.c.reum.17.q.4.& ita vi
detur, quòd iudex ſæcularis poterit
de meritis cauſæ cognoſcere: & opi-
nio Bar.ſuſtineri,quam nititur defen
dere Decius in dict.l. magiſtratibus.
num.12.ſed in hoc Bar. à nullo defen
di meretur: ſed propter ſeditionẽ &
perturbationem in ſuo regno,rex cõ
tra hæreticos poterit procedere, & à
regno ſuo eijcere. Abb.in.c.cum ter-
ra de electio. quẽ ad hoc allegat Ægi
dius Boſsius in practi.crimi. tit.de hæ
re.nume.13.

## SINGVLARE CVIII.

IVdex eccleſiaſticus,ſiue delegatus
ſeu ordinarius cognoſcens de ali-
qua cauſa ciuili, vel criminali Laico-
rum, cuius cognitio ad iudicem ec-
cleſiaſticum pertinet, non poterit
Laicos carcerare, neque ſuam ſentẽ-
tiam ciuilem, vel criminalem pro-
pria authoritate exequi, ſed iudicis
ſecularis auxilium inuocare & im-
plorare.c.1.ca.quoniam de offi.ordi.
vbi text.in.d.c.1.diſponit, quod Epi-

ſcopi habent liberam poteſtatem adulteria,& ſcelera inquirendi & iudicandi: & cum opus fuerit publicum inuocẽt auxilium. Datur ergo facultas iudici eccleſiaſtico, vt poſsit aliquando contra Laicos cognoſcere,& vti mucrone ſpirituali, & inuocare auxilium brachij ſecularis, quo ad capturam & executionem faciendam: idem probat.c.cum Epiſcopus,de offi.ord.lib.6.c.dilecto, de ſenten.excõmuni.lib.6.cap.poſtulaſti de homi.c.2.de maledi.c.vt officium.§.compeſcendi.per argumentum ab ſpeciali, de hære.lib.6.l.epiſcopale. C.de Epiſ.& cleri.tenuit Oldra. conſi.86.incipi quæritur Ioan. Andre.in.d.c.cũ Epiſcopus. & in Spe.tit.de offi.ordi. poſt prin. Anchar.in reg.ea quæ.quæſt.11 de regu. iur. lib. 6.vbi hanc dicit eſſe communem opinionem: & in.d.ca. cũ Epiſcopus eſt deciſio capellæ Tholo.378.incip.item fuit quæſitum.Roma.ſing.703.incip.tu ſcis.notanda.l.regia.7.titu.3.lib.1.ordi.& lib.4.tit.1 lib.3.ordi.Et in petitione facta in curijs Toletanis, in fine, anno. 1525.& in curijs de Madrid.2.in ordine.anno 1534.optimè Pala.Rub.in ca.per veſtras,part.2.§.1.nume.81.cum ſequẽ. fol. 81. colum.2.de dona. inter vir.& vxor.latè Couarru. vbi concordat & declarat hanc communem opinionem in quæſtionibus practi.c.10.nu.2.cum ſequentibus: contrariam verò opinionem, quòd iudex eccleſiaſticus poterit Laicos carcerare,& executionem in bonis eorum facere, tenuit Anania. in rub.de ſorti.& in ca. qualiter. in. 2. §. ad corrigendos. nu. de accuſa. Feli.ponderando aliqua iura in. d. c. cum ſit generale. nu.20.de foro compe. Domi. & Francus in.d.c.cum epiſcopus: & hæc vltima opinio in Hiſpania in omnibus fere epiſcoatibus eſt de vſu & conſuetudine præſcripta, quæ ſeruanda eſt, vt dicit Bal.in.c.ſignificaſti,de offi.ordi.& Pala.Rub.& Couarru. affirmant in locis modo citatis, ſed non eſt de iure, ſed tantum de conſuetudine: ſed de iure in crimine hæreſis eſt, quòd iudices eccleſiaſtici poſſunt laicos pro crimine hæreſis capere, & in compedibus ponere. c.excommunicamus in 2.in fine de hæreti.c.vt cõmiſsi. eod. tit.li.6.cle.1.§.1.eo.tit.li.2.titul. 26.p.7.Domi.in.c.cum epiſcopus de offi. ordi.li. 6. Franciſcus Squillacem. de fide catho.c.27.in prin. Oldra.conſi. 86.optimè Couarru.in quæſtio. practi.c.10.nu. 2. & Ludo. Carrerius de hære.§.verſa autem vice in prin.

## SINGVLARE CIX.

IVdices ſi ſũt duo vel plures habẽtes ęqualem iuriſdictionem circa cognitionem alicuius delicti, ſi vnus ex eis deliquit, alter vel reliqui coniudicem delinquentem nõ poſſunt punire. Bartho. & Baldus.in.l.fi. num. 3.ff. de rerum diuiſio.Idem Bart.in.l.inter tutores. ff.de adminiſtra.tuto.Bal.in.l.cætera §.ſi duobus.ff.de lega.1.& in.c.imperiũ.§.pręterea de prohi.feu.alie.Pau. Caſtren.in.l.eſt receptum.ff.de iuriſ. omnium iudi.contra Ange.ibi Abb. in.c.prudentiã, vbi Feli.nu.4.hanc dicit eſſe communem opinionem de offi. delega. quia par in parem non habet imperium.l.ille à quo.§.tempeſtiuum.ff.ad Trebe. vbi ſi prætor fuit inſtitutus & rogatus hæreditatem reſtituere, non per prætorem, vel conſul per conſulem æqualem iuriſdictionem habentem poteſt compelli, adire & reſtituere.l.nam magiſtratus.ff.de recepit.arbi. vbi magiſtratus



ſtratus ſuperiorem vel æqualem in officio cogere non poterit adimplere arbitramentũ quod ſpõtè ſuſcepit l.præcipimus.§.pe.C.de appella.c.in notuit, vbi glo.in verb.paren.de electio. glo. in verb.mandatum.c.ſtuduiſti de offi.lega.glo.in parte arguẽdus.in.d.cap.prudentiam. gl.in proœm.decreta.in verb.reſecatis. declarat Bar.in.l.omnes populi.nu.22. ff. de iuriſ. omnium iudi. vnde ſingul. dicebat Calde.in.c.1. de rapto. quòd etiam ſi Archiepiſcopus delinquat in territorio ſeu diœceſi ſui epiſcopi non efficitur ſubditus epiſcopi, neque per epiſcopum poteſt puniri. Sequitur Abb.in.cap. cum inferior de maio.& obedi Feli.in.ca.prudentiã, numer. 5. veruntamen ſi inquiſitor hæreticæ prauitatis in aliquam hæreſis ſpeciem incurrat, epiſcopus poterit contra talem procedere & eũ punire, licet inquiſitor habeat æqualem iuriſdictionem in cognitione huius criminis cum epiſcopo. cap. per hoc de hære.lib.6.Cle.1.eod.titu. Ita in ſpecie tenuit Gundiſſ.de Villa. de hære.q.7.nu.17.ratio eſt ſecundum eum, quia propter hoc delictum amittitur iuriſdictio ipſo iure. Fateor tamen, quòd Lapus,& Domi. in cap. inquiſitores de hære.lib.6. tenent cõtrarium: mihi tamen in hoc videtur diſtinguendum, quòd ſi delictum hæreſis quod inquiſitor commiſit eſt publicum, quòd in hoc caſu epiſcopus poſsit inquiſitorem punire. arg. tex. in cap. quoniam de filijs presby. cle. paſtoralis. §. notorium de ſent. & re iudi.l.2.C.de ſtatu.& imagi.& hoc eſt ex mẽte Dominici, vbi ſupra: ac ſing. id affirmat Alphonſus Aluarez Guerrero in theſauro religionis Chriſtianæ, eod.tit. de hæreti. num. 9. Sed ſi delictum eſt occultum, occulta fiat inquiſitio per Epiſcopum ad Romanum pontificem, vel inquiſitorem generalem mittatur: arg. tex. in.l. in offerẽdis.C.de appella.l.duo.ff.de re iudi.Bar.in.l.fi.nu.3.ff.de rerum diui.

## SINGVLARE CX.

IVdex ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus cognoſcit, an ſua ſit iuriſdictio: etiã ſi opponatur omnimodus defectus iuriſdictionis. l. 2. ff. ſi quis in ius voca.nõ ierit.l.ſi quis ex aliena. ibi, prætoris enim eſt exiſtimare, an ſua ſit iuriſdictio. ff.de iud.l. præſcriptionẽ.C.ſi cõtra ius, vel vtili.publ.ex parte decani, vbi Abb.n.3.&.c.ſuper literis de reſcrip. neq; ob id in ꝓpria cauſa dicitur iudicare, cum iudicare ſit onus:& nullum commodum, vel incommodum cauſæ ad iudicẽ principaliter pertineat, ſed inquiſitores hæreticæ prauitatis non poſſunt cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio, vt voluit gl.nota.in.c. accuſatus.§.ſanè.de hæreti.lib.6.Et idem tenẽt ibi Archi. Ioan. Andre. & Domi. Ioan. Nicola. de.hære.nota.3.incip. hoc quoq;:& Franciſcus Squillacen.de fide catho. c.56.in prin.Felin.in.c.ſi clericus laicum.num.4.de foro compe. & in.c. ſuper literis.num.32.de reſcrip. & ibidem num.18.cum ſequen. regulam cum tribus amplia.&.14.fallen.ſcripſit.8.fallen.ſimiliter refert Ange. in d.l.2.ff.ſi quis in ius voca.& Ioan.Berna. Diez, in reg.369.incip. iudex etiã delegatus.

## SINGVLARE CXI.

IVdices, rectores, ſeu conſules, ſeu poteſtates, vel quicunq; alij qui iudicandi officijs funguntur, priuſquàm ad officium recipiantur, debent publicè iurare, quòd omnes dãnatos de hereſi per eccleſiam pro viribus

ribus ſuis de terris ſuæ iuriſdictionis
extirpare ſtudeāt: alioqui ſi tale iura
mentum nō pręſtiterint eorum ſen-
tentiæ irritæ ſunt,& inanes: hoc pro
bat auten. ſtatuimus. C. de epiſ.au-
dien. vbi Bar. inquit, quòd forma il-
lius iuramenti non ſeruatur de con-
ſuetudine, ſed cum diſpoſitio illius
autenticæ fauore fidei, & in odium
hæreticorum facta ſit, merito debet
ſeruari: circa hoc omittendum non
eſt, quòd iudices & alij gubernatores
qui in lumine ſui officij, vt moris eſt,
iurant in die feriato ſeruare iura, &
ſtatuta, atque priuilegia ciuitatis, iu-
ramento non obſtante, poterunt
contrauenire. Ita dixit Lanfra. de O-
riano. in rep. ca. quia contra. col. 9. de
proba. quē ad hoc refert, & pro ſing.
ſequitur Hippo. ſing. 624. incip. ad-
uerte quæſo. pro dicto eſt. c. 1. de fe-
rijs, vbi iuramentum præſtitum die
feriato non valet. gl. in. l. 2. tit. 24. p. 1.
ſed in caſu noſtro, vt ex tenore dict.
c. 1. colligitur, arbitror oppoſitum eſ
ſe ibi niſi pro pace, & tex. in. c. ſignifi-
caſti ibi pro fide & obediētia. & c. de
electio. & ita ex prædictis duo ſpecia
lia deducuntur.

## SINGVLARE CXII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Iudices licitè xenia, eſculentum, & poculen-
tum accipiunt.*
2 *Pro re modica animus iudicantis non mo-
uetur.*
3 *Inquiſitores ſunt prohibiti xenia, eſculen-
ta, vel poculenta accipere.*
4 *Quibus modis humanum iudicium peruer-
tatur.*
5 *Quales eſſe debent boni, ac recti iudices.*
6 *Qui excutit manus ſuas ab omni munere, in
excelſis habitabit.*
7 *Xenia & dona, excæcant oculos iudicum.*
8 *Optimus modus probandi contra iudicem
venalem.*

1 IVdices xenia, eſcu-
lentum, & poculen
tū, quod intra pro-
ximos dies conſu-
mi ſolet, citra ali-
quam pœnam poſ-
ſunt accipere. l. ſolet. in fine. ff. de of-
fi. procon. & lega. l. plebiſcito. ff. de
offi. præſi. cap. ſtatutum. §. inſuper de
offi. delega. lib. 6. alias de reſcrip. li. 6.
ca. ſi queſtiones in fine de ſimo. quia
non eſt veriſimile quòd propter hæc
2 modica moueatur animus iudican-
tis, prout dicitur in dict. ca. ſi quæſtio
nes in fine. l. ſi oleum. §. fi. cum lege ſe
quente. ff. de dolo: ideo his verbis, in-
quit Vlpianus in dict. l. ſolet. valde
inhumanum eſt à nemine aliquid ac
cipere, ſed paſsim & ab omnibus ac-
cipere viliſsimum eſt, & per omnia
auariſsimum: ſed cum ab omni ſpe-
cie mali præcipiat Apoſtolus abſtine
re, vt in prima epiſtola ad Theſſalo-
ni. cap. 5. habetur in. c. cum ab omni.
de vita & honeſt. cleri. ideò Inquiſi-
tores ſunt prohibiti munera, ſeu xe-
3 nia, eſculenta, vel poculenta accipe
re ſub pœna dupli, & priuationis of-
ficij, & excommunicationis. Cle. 2.
de hæret. & vltrà hoc multantur in
decem millibus nummis: etiam ſi ab
officialibus ſuis quicquam accepe-
rint, eandemque pœnam patitur qui
ex officialibus hoc non reuelauerit,
vt in. 1. inſtructione Hiſpalenſi. c. 25.
& in. 4. inſtructione Toletana. ca. 15.
& de iure regio iudex à litigantibus
eſculentum & poculentum non po-
teſt accipere. l. 6. tit. 4. p. 3. & clarius. l.
7. titu. 15. li. 2. ordi. ſub pœna ibi poſi-
ta. Nam vt affirmat diuus Gregorius
4 quatuor modis humanum iudicium
peruertitur, timore, odio, amore, &
auaritia.



auaritia. c. quatuor modis. 11. q. 3. l. 6.
titu. 4. p. 3. Ideò Deus Moyſi præce-
5 pit, vt in Exodo habetur. c. 18. vt eli-
geret in iudices ex omni plebe viros
prudentes, & timentes Deum, in qui
bus ſit veritas, & qui oderint auari-
tiam: vndè exclamat Iſaias. c. 33. Qui
6 excutit manus ſuas ab omni munere
iſte in excelſis habitabit. c. qui rectè.
11. q. 3. c. ſicut nōnulli. 1. q. 1. & Iſaias.
c. 5. inquit, Væ qui iudicatis impium
pro muneribus. Et habetur in lib. 1.
Regum. c. 8. Acceperunt munera, &
peruerterunt iudicium. Et in Exo-
do. c. 23. ſcriptum eſt. Munera excę-
cant etiam prudentes, & ſubuertunt
7 verba iuſtorum. Et in Eccleſiaſti. ca.
20. Xenia & dona excęcant oculos
iudicum. Dicitur in. c. nihil. 83. diſt.
& c. bene quidem. 96. diſ. Mens cupi
ditati alligata, citò deuiat à vero: cū
auaritia ſit radix omnium malorum.
c. quia radix de pœnit. d. 2. c. bonorū.
47. d. l. 1. tit. 2. li. 8. ordi. & auaritia eſt
idolorum ſeruitus ca. auaritiæ de prę
ben. vnde verſ. Vertitur in vitiū ſem-
per dānata cupido, quem refert Bal.
in auten. ſiqua mulier. nu. 8. C. de ſa-
croſanct. Eccle. & nihil eſt iniquius,
quam amare pecuniam. Eccleſiaſt. c.
10. & ibidem. c. 8. Multos enim perdi
dit aurum & argentum. Vnde Oui-
dius, Munera (crede mihi) placāt ho-
minesque deoſque: Placatur donis
Iupiter ipſe datis. Et Prouerbium per
antiquum eſt, Muneribus dij capiū-
tur, neque iudici licet pro breuiori
expeditione iuſtitiæ pecuniam reci-
pere. gl. in. l. 2. §. fi. ff. de cōdi. ob turp.
cau. quam dicūt eſſe ſing. Bar. & Bal.
& Sali. ibi per text. in auten. nouo iu-
re. C. de pœna iudi. qui male iudi. &
per. c. qui rectè iudicat. 11. q. 3. & dās
pecuniam iudici perdit pecuniam &
cauſam, & aduerſæ parti applicatur.
l. 3. §. illud. ff. de condi. ob turp. cau.
Alb. in. c. cum ab omni ſpecie de vita
& honeſ. cleri. Nicola. Boerius, deci-
ſione. 153. incipien. certum eſt, vbi
examinat qua pœna iudex in hoc cā
8 ſu puniendus eſt: & circa hoc ſingu-
lare neutiquam omittendum eſt q́
contra iudicem qui venalem protu-
lit ſententiā eſt legitima probatio, ſi
ſunt aliqui affirmantes ſe dediſſe pe-
cuniam iudici: etiam ſi de turpitudi-
ne ſua deponant. Hoc annuit glo. &
ibi expreſſius Ange. in autē. vt iudi. ſi
ne quoquo ſuffra. §. oportet. col. 2.
quam ad hoc allegat Hippo. in. l. lex
Cornelia. nu. 3. ff. de ſicarijs: & in con
ſil. 61. incip. poſt reditum. num. 33. &
in ſing. 112. incip. in ore duorum in fi
ne, quòd eſt ſummè notādum, quòd
de iure Regio ſatis expreſsè cautum
eſt, vt in. l. 8. ti. 15. lib. 2. ordi. dummo
do ſint tres, vel plures qui hoc affir-
ment, & nullus ex hoc commodum
conſequatur, quia eſt actus difficilis
probationis: ideo minus legitimè pro
batio habetur pro plena probatione.
l. ſi vicinis. C. de nuptijs. Bart. in. l. de
pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de no
ui ope. Bal. in. l. quicunque. numer.
24. C. de ſeruis fugiti. Iaſ. in. l. cum ea.
nu. 5. C. de tranſa. & in. l. ſi quis ex ar-
gentarijs. §. prætor ait. num. 20. ff. de
edēdo. Petrus Gerar. ſing. 8. latè Hip-
po. in rub. C. de proba. nume. 8. ſed ſu
pradicta intelligit Ægidius Boſſius in
practica criminali. tit. de officialibus
corruptis pecunia. num. 14. quando
ciuiliter agitur contra iudicem: ſe-
cus quando criminaliter, ſi non ſunt
aliæ præſumptiones contra eum per
regulam vulgatam. l. ſciant cuncti.
C. de proba. cum pro iudice ſemper
præſumatur. l. 2. C. de offi. ciuilium
iudi. ibi. quòd ſi iudex (quod non ar-
bitramur) minus audire maluerit.
& c. c. quoniam contra. de probatio.
c. in præſentia de renunciati.

SIN-

## SINGVLARE CXIII.

IVdicia non ſunt in Eccleſia Dei agitanda, vnde ſententia & proceſſus in Eccleſia factus eſt nullus, cap.1.de immuni.eccleſia.cap.2.§.fin. eodem titul.lib.6. vbi gloſſ. in parte proceſſus dubitat de contractu facto in eccleſia, an ſit validus: quia Eccleſia eſt locus orationis, & non iudiciorum, cap. cũ Eccleſia Dei de immuni. Eccleſia. cap. accuſatio. 2. quæſt.7. ſed cauſa hæreſis in Eccleſia poteſt agitari.cap.conuenior, verſi.cauſam fidei. 23. quæſt. 8. cap. præceptum. 2. quæſt. 2. Archi.in cap. vt inquiſitionis de hære.lib.6.&an idem ſit in alijs iudicijs eccleſiaſticis, vide.c.qua frõte.de appella.c. conuenior.23.q.8.

## SINGVLARE. CXIIII.

IVriſdictio delegata expirat morte mandantis. l. quia. ff. de iuriſ. omnium iudi. l.mandatum. C. manda. cap.licet.vndique.c.gratum.cap.relatum de offi.delega.l.21.titulo quarto.pag.3.ratio eſt ſecundum Abb.in dict.ca.relatum. numero ſexto. quia per actum delegationis non transfertur efficaciter iuriſdictio in delegatum: inde eſt quod ille qui in totum ſubdelegauit, re integra poteſt commiſsionem reuocare, cap. quamuis. de offi. delega.libro ſexto. l.21. titul. 4.p.3.itaque cum iuriſdictio.re integra ſit penes delegantem per mortẽ ipſius extinguitur ſua iuriſdictio. l.4. ff.locati. autẽ. de nuptijs.§.deinceps. col.4.& ſic per conſequens extinguitur poteſtas delegata: nam extincto iure autoris, extinguitur per conſequens ius ſucceſſoris. l. lex vectigali. ff. de pigno. l. is qui. ff. quemadmodum ſerui.ami. Sed quando res deſinit eſſe integra aliter eſt: quia per exercitium iuriſdictionis ante mortem delegantis.iuriſdictio radicatur in perſona delegati. Ideo morte delegantis non extinguitur iuriſdictio, optima quidem & concludens eſt ratio: ſed fauore fidei officium inquiſitorum hæreticæ prauitatis per mortem concedentis non expirat, re etiam integra & quoad negotia non cepta vel de nouo exorta.cap. ne aliqui de hære.lib.ſexto.Ioa. Nicola. de hære.nota.4.nume.2. Abb. in dict. c. relatum.nume.7.Decius.in cap.cauſam matrimonij. numero decimo. de offi.delega. vbi dat plures intellectus, ad dict. cap. ne aliqui:& Iacob. Septi.in inſtitu.catho. capitulo trigeſimoquarto.numero ſeptimo.Ludo. Carrerius in tracta. de hære. §.verſa autẽ vice.n.12.Pau.& Alex.in.d.l. & quia.vbi Iaſ.num.5. regulam cum.4. amplia.&.7.fallen.ſcripſit: & Decius in. l. eius qui in prouincia. §. placet. numero tertio.cum ſequẽ. ff. ſi cert. petatur.Hippo. ſing. 44.incip.mandatum: nam Inquiſitores hæreticæ prauitatis non ſunt iudices ordinarij, ſed delegati Romani Pontificis.c. per hoc.c.vt officium, in prin.de hære.libro ſexto.gloſſ.ſing.in parte ipſorum in Cle.nolentes. de hære. Ioan. Andre. Peru. & magis communiter omnes in ca.ne aliqui.contra Archi. ibi. de hære.libro ſexto. Alb.in cap. cauſam matrimonij.nume.7. de offi. deleg.& in.c.cum.I.& A. nume. 9. & in.c.fi. nume.19. de re iudi. & in cap. cauſam reſtitutionis. in princ. de in integ.reſti.Decius conſi.137. & diligenter.nume.3.in fine,& in directorio inquiſitorum.q.4.parte.3. hãc dicit communem Alcia.in rub.de offi. ordi.nume.19.Iaco. Septi. in inſtitu. catho.ca.34.nu.6. & morte delegantis eorum iuriſdictio, vt dictum eſt, non extinguitur.

SIN-



## SINGVLARE. CXV.

IVriſdictio delegata alicui commiſſa non extenditur ad negotia non cępta, vel de nouo exorta.cap.fi. de reſcrip.c.licet.c. gratum. de offi. delega.Cle.fi.de reſcrip.l.de his. ff.de recep. arbi. Sed delegatio à Romano Pontifice inquiſitoribus commiſſa ad negotia non cępta vel de nouo exorta.licet expreſſe in commiſsione de hoc non fiat mentio extenditur.c.ne aliqui.vbi.glo. Ioan. Andre. Archi.& alij de hæreti.li.6.Iaco. Septi. latè in inſtitu. catho. cap. 34. numer.7.

## SINGVLARE CXVI.

### *SVMMARIVM.*

1 *Quando fertur iuramentum in defectũ probationis.*
2 *Quis teſtis dicatur omni exceptione maior.*
3 *Articulanda & probanda eſt qualitas in teſtibus.*
4 *Hæretico vel infideli, vel perſonæ infami nõ defertur iuramentum in defectum probationis.*
5 *Nonnullis perſonis hoc iuramentum non defertur.*
6 *Poſt concluſionem in cauſa hoc iuramentum defertur.*

1 IVramentum in defe-
ctũ probationis de-
fertur habenti ſemi
plenam probationẽ
vel vnum teſtem.l.
in bonę fidei, vbi.gl.
& doct.C.de iureiuran.gl.Bart.& re-
petẽtes in.l.admonendi.ff. de iureiu
ran.c.fi.§.fi.eo.tit.gl.in.c. ex inſinua-
tione. de procu.l.2.titu. 11.p.3.quæ
lex regia hoc intelligit in cauſa tan-
tum decem dipondiorum: & eſt ſi-
militer hæc regula intelligenda, quã
do talis ſemiplena probatio probat
verè, vel neceſſario: & non quando
probat præſumptiue vel eſt eliſa ali-
qua præſumptione: vel alia ſemiple-
na probatione in contrarium: nam
in his caſibus non defertur iuramen-
tum in ſupplementum probationis.
Ita Bald.in.l.1.nu.5.C. qui,& aduer-
ſus quos. Roma. conſi.91.incip. viſis
in fine. Hippo. ſing. 83. incip.in ore
vulgi in fine:& dictam quoque regu
lam intelligunt Bald.& Ange.in. d.l.
admonendi, quos ibi Iaſ.in rep.ſequi
tur.num.178. dicens eſſe communẽ
opinionem,& Abb. ſequitur in. c. 2.
nume.11.de arbi. Hipp. ſing.197.in-
cip. quoad hoc quando ille ſolus te-
2 ſtis eſt omni exceptione maior: & di
citur teſtis omni exceptione maior,
cui nulla exceptio nullaque macula
opponi poteſt.glo.eſt ſing. & vulga-
ta in verb.maiores.in ca. 1. de conſa.
& affi.quam dixit ſing. Abb. in ca.at
ſi clerici.num.32.de iudi.Alex.conſi.
70.incip.viſo conſilio nume. 12.vol.
2.Iaſ.in dict.l.admonendi.num.178.
Pal. Rub.in allegatione hæreſis.§.13.
in prin.glo.eſt ſimilis in.§. itẽ verbo-
rum.in parte idoneos: de inuti.ſtipu.
3 & in hoc caſu & alijs,in quibus requi
runtur teſtes omni exceptione ma-
iores, requiritur quòd illa qualitas ar
ticuletur & probetur.Bart.ſing. in.l.
1.§. ſi quis neget in fine.ff. quemad-
modum teſta. aperian. dicens quòd
ſit cautus bonus aduocatus vt faciat
probationem de fidelitate teſtium:
bene Decius in. c.1.nume.20. de ap-
pella. quod eſt in practica notãdum.
4 ¶ Sed ſpeciale eſt in odium hęretico-
rum: quod ſi aliquis hæreticus vel Iu
dæus, vel infidelis, vel vſurarius, vel
alia vilis, ſeu perſona infamis habeat
vnicũ teſtem omni exceptione ma-
iorem, huic non defertur iuramen-

tum

tum in defectum probationis.Ita ſin
gu.dicit Bald. in.l. qui accuſare. nu.
2.C.de edendo, poſt Cinum in dict.
l.in bonæ fidei. quæſt. 8. Bar. Roma.
& Alex.in dict.l. admonendi in fine,
quos ibi Iaſ.in rep.num.29. ſequitur.
Alb.in.c.fi.§.fi.de iureiuran.Ioa. Ni-
cola.de hære.nota.47. incip. memo-
riam. Hippoly. ſingu.41. incip. iu-
dęus, ratio eſt quia hæreticus à teſti-
monio in aliena cauſa repellitur. l.
quia multi. in fine. C. de hære. ca. ſi
hæreticus.2.q.7.gl.& doct. in.c.1. de
teſti.à fortiori ergo in cauſa propria,
& quia non poteſt erga homines eſſe
fidelis, qui extitit infidelis ca. non po
teſt.2.quæſt.7. & generaliter inquit
Iaſ.in loco modo citato, quod perſo-
næ quæ à iure à teſtimonio repellun
tur, eis hoc iuramẽtum in defectum
5 probationis non defertur: & vltra.
Iaſ. & Moder. in dict.l. admonendi:
qui ſatis vberrimè loquuntur: bene
Alex.cõſi.66.viſo proceſſu.vol.1.De-
cius conſi.37. in caſu requiſito. Hip-
po. ſing.322. incip. iuramentum. &
in rep.rub.C.de proba.nume.326.&
in.l.Maritus.num.7.&.13. & in.l.1.§.
fi.num. 43. ff.de quæ. & in pract. cri-
mi.§. ſequens.nu.48. vbi concludit,
quod etiam poſt concluſionem in
cauſa hoc iuramentum in defectum
probationis poteſt deferri: vt ipſe
6 alias in cauſa Ioannis de la Torre: in
practi. habui. & regulam, &. 80. fal-
len.ſcripſit in hoc Sozi.in reg.252.in
cip.iuramentum in probationis ſup-
plementum: quarum vna eſt, quòd
in criminalibus non defertur hoc iu
ramentum in ſupplementum proba
tionis. notant Bart. & doctores in. l.
admonendi.de iureiuran. glo. & do-
ctores in ca.mulieri.de iureiuran.Ple
nè Ægidius Boſſius in practi. crimi.ti
tu.de conuictis. nume.5. Melius Ni-
colaus Boerius deciſione.85. &.86.
incip. & gloſſæ ſunt variæ per totam
deciſionem.

## SINGVLARE CXVII.

IVs patronatus acquiritur ex con-
ſtructione eccleſiæ, facta de con-
ſenſu epiſcopi.c. piæ mentis.ca. filijs,
vel nepotibus.16.quæ.7. ca. quoniã.
cap.nobis.de iure.patro.l.1.titul.15.
p.1.l.1.in fine.titul.6.lib.1.ordin.tria
enim ex iure patronatus proueniũt:
videlicet, onus, honor, & vtilitas: ho-
norem conſequitur patronus in præ
ſentando.c.ſi vero. c. cum autem de
iure.patro.l.5. in prin. titu.15.p.1.&
quia primus in proceſsione progredi
tur, & in eccleſia in altiori loco ſedet.
c.frigentius, & ca. piæ mentis.16.q.
7. habet onus, in defendendo eccle-
ſiam & eius bona.c.præterea.in.2.de
iure patro.& in.d.c. filijs vel nepoti-
bus.l.3.titul.15.p. prima: & hanc ha-
bet vtilitatem patronus, quòd ſi ad
inopiam vergit, prouidebit ei eccle-
ſia omnia neceſſaria. c. quicunque.
16.q.7.l. ſi quis à liberis.§.parẽtes, &
§.pe.ff.de lib. agno.l.2.titul.15.pa.1.
¶Sed peculiare eſt, quòd hæreticus
ex fundatione alicuius eccleſiæ, vel
donatione, vel ſucceſsione, vel alia
quauis cauſa nullum ius patronatus
in ea acquirit.Ita Paulus de Citadi.de
iure patro.prope finem:& melius Cę
ſar Lambertinus.lib.1.de iure patro.
parte.1.quæ.1.art.7.Ludo.Carrerius
de hære.§.nunc de pœnis: nume.22.
& Iacobus Septi.in inſtitu. catho.ca.
45.nume.19.& catholicus qui habe-
bat ius patronatus eccleſiaſticum cõ
demnatus de hęreſi, vel crimine lęſæ
maieſtatis, ius patronatus remanet
penes eccleſiam: & ita remanet libe-
ra eccleſia. Ioan. Andre. in cap. ver-
gentis.columna prima. de hære. Al-
phonſus Guerrero in theſauro reli-
gionis



gionis Chriſtianæ. titulo de haret.
numer.23.

## SINGVLARE. CXVIII.

LAici contra clericos ad teſtimo-
nium non admittuntur quando
criminaliter agitur. cap. de cætero.
ca. veniens. in. 1. de teſti. c. cum. p.
manconella. de accuſat.cap. 1. &.2.
2.quæſt.7.ca.beatus. 6. quæſt. 1. cap.
2.11.quæſt.1.quia laici valde infeſti
& odioſi ſunt clericis.cap.laicos. cap.
laici. 2. quæſt.7. cap. clericis de im-
mun.eccleſia. libr. 6. ideo ſtatuit Fa-
bianus Papa in cap. collegerunt. 2.
quæſtio.7. quòd ille qui clericus non
eſt, vel propter aliquem defectum
clericus eſſe non poteſt, non eſt in
criminalibus idoneus teſtis aduer-
ſus clericum, per illum text. hanc di-
xerunt eſſe communem opinionem
Feli.& Deci.in.cap.1.de excep.Hip-
polyt. in practica crimin. §. nunc vi-
dendum. numer. 52. quod intelligit
eſſe verum. Couarru. in quæ. practi.
cap.18.nume.2.quando in illo eſt de
fectus animi, & non corporis: ſed in
crimine hæreſis, ſimo. læſæ maieſta.
ſpeciale eſt, quòd laici aduerſus cle-
ric.ad teſtimonium admittuntur: de
crimin.hæreſis.c. oues. cap. ſacerdo-
tes in fine. 2. quæſt. 7. gloſſ. ſingula.
in ſumma.2.quæſt.7. gloſſ. vbi plene
docentes in dict. capit. cum. p. man
conella: vbi prædictos caſus & alios
refert: & Hippolyt. in ſingul. 98. in-
cip.laicus contra clericum: & Socin.
in regu.500.incip.teſtes laici. Et no-
tandum eſt, quòd teſtimonia laico-
rum contra clericos facit indicium
ad torturam. Abb. & Feli.in. dict. ca.
de cætero.& Hippolyt.in practi. cri-
min.§.diligenter.num. 132. & num.
81. refert caſus in quibus clericus de
delicto poteſt conuinci per teſtes lai
cos: & dicit Albe.in.d.capit. de cæte-
ro in princ.quem ſequitur Hippoly.
in.l.de minore.nume. 26. ff. de quæ-
ſtio. quòd ſi clericus commiſit deli-
ctum in loco. in quo non erat copia
clericorum, quòd poteſt conuinci
per teſtes laicos: quia in defectum
aliorum teſtes minus idonei admit-
tuntur.l. conſenſu. C. de repu. cap.
veniens in. 2. de teſti. cap. fin. de te-
ſti.cogen.

## SINGVLARE. CXIX.

LAici poſſunt per iudices eccleſia
ſticos prohiberi propter crimen
hæreſis, vt officia ſæcularia obtine-
re non valeant, veluti vt non ſint iu-
dices, aduocati, tabelliones, medici,
chirurgi, vel mercatores. cap.2 §.hæ-
retici autem.de hæret.lib.6. cap. Fe-
licis.§.nulli præterea de pœnis.lib. 6.
cap.nulla officia. 54.d.& in.3. inſtru-
ctione Pinciana. capit. 11. Sed dicit
Ioan. Andre.in cap. excommunica-
mus in. 1. de hæret. quem ſequitur
Francus in, cap.2.§. inhibemus in fi-
ne de hæreti, libr. 6. quod ſi aliquis
non eſt capax ad officia publica ob-
tenta vel obtinenda, quòd intelligi-
tur paſsiue, non tamen actiue: ita
quòd poſsit ad dicta officia alios eli-
gere, licet ille eligi non poſsit: con-
tra hoc mihi videtur eſſe text.in cap.
2.§. ad hæc. de hæret. lib. 6. finaliter
rebus temporalibus inter laicos re-
gulariter iudex eccleſiaſticus ſe im-
miſcere non debet.cap. nouit. de iu-
dic.cap.cauſamque.in.2.qui filij ſunt
legi.l.fin.tit.15.part.4.l.3.&.4.titu.1.
lib.3.ordin.l. 7. titulo. 3. libr. 1. ordin.
quia diuiſum Imperium cum Ioue
Cæſar habet, cap.ſolitæ de maior. &
obedien.cap.lator. cap. cauſamque.
qui filij ſunt legi.cap.ſi duobus.§. fin.
de appella.

## SINGVLARE CXX.

LAicus ad accuſandum vel denunciandum clericum non admittitur. c. cum. p. Mãconella. de accuſa. c. ex parte de teſtibus. c. 1. &. 2. 2. q. 7. vnde inquit tex. in. c. fi. in. fi. 29. d. quòd in laico accuſanti clericum prçſumitur malus zelus, & ſiniſtra accuſatio. ca. laicos. 2. quæſt. 7. Feli. in. d. cap. ex parte. nu. 6. de teſtibus: & in. c. de cętero. eo. titu. quòd merito fallit in crimine hæreſis. cap. ſacerdotes, in fin. 2. quæſt. 7. gloſſ. in ſumma, ea. cauſ. & quæſt. gloſſ. magna in dict. cap. cum p. Manconella: tenuit Gundiſſ. de Villa. de hære. quæſt. decima. numer. 3. Hippo. in. l. ſi quis neque quęſtio. nume. 108. ff. de quæſtio. & Feli. in cap. ex parte. nume. 10. cum ſequentibus vbi regulam &. 5. fallen. ſcripſit, quia quod in religionem diuinam committitur, in omniũ fertur iniuriam. l. Manichæos. §. 1. C. de hære. l. 2. C. de apoſta. & in Deum opprobria diſsimulare non debemus: quia ipſe noſtra deleuit. cap. in nonnullis: de Iudæis, & ratione publicę vtilitatis inhabiles, admittuntur ad accuſationẽ & teſtimonium: quia alias non admitterentur. l. in quæſtionibus. ff. ad. l. Iuli. maieſt. l. ſi quis in graui. §. vtrũ. ff. ad Syllania: declarat Petrus Gerar. in ſingu. 13. incip. lex ſi quis: & grauè peccat ille qui non accuſat crimen hæreſis, quando illud poteſt probare. Caietan. vigeſimoſecundo. quęſt. 68. articulo primo. & in quarto. d. 19. Alex. de Ales. in tertia parte. q. 42

## SINGVLARE CXXI.

LAici & perſonæ ſæculares hoſpites & milites regios in domibus ſuis recipere tenẽtur. l. 3. &. l. etiam. C. de mune. patri. lib. 10. l. fi. §. fin autẽ: &. l. & qui originem. §. munus hoſpitis. ff. de mune. & hono. glo. magna: & docentes in. l. prima. C. de epiſco. & cleri. ſed laici qui domeſtici & familiares catholicæ fidei ſunt, peculiare in hoc habent priuilegium: vt inuiti non teneantur hoſpites recipere: & ab hoc munere ſunt similiter immunes nobiles & patricij qui filij dalgo in Hiſpania nũcupantur. l. fi. §. pe. ff. de mune. & hono. l. ſunt munera. ff. de vaca. mune.

## SINGVLARE CXXII.

LEgatum vel donatio, hæretico relinqui prohibetur: alias relinquens eſt excommunicatus. l. Manichæos &. l. fi. C. de hære. l. 2. C. de apoſta. c. ſi quis epiſcopus: vbi glo. & docentes. de hære. c. fin. §. multi enim. 24. quæſt. 2. Bart. in. l. cum ſenatus. ff. de rebus dubijs. Ioan. Nicola. de hære. nota. 7. incip. quàm ſit nephandum. l. 10. tit. 5. lib. 3. fori. ll. l. 13. titu. 9. p. 6. l. 7. titul. 7. ea. pa. 6. quæ lex ſtatuit ad quem tale legatũ pertineat, aliaſque perſonas incapaces huius relicti: refert gl. magiſtra in. §. legari. inſti. delega. Bar. in autẽ. de raptu mulie. §. 1. co. 9. Ia. in. l. 1. n. 7. ff. delega. 1.

## SINGVLARE CXXIII.

LIbellus in qualibet cauſa iudici offerendus eſt. c. 1. de libe. obla. c. induciæ. §. offeratur. 3. quę. 3. aut. offeratur. C. de litis conteſta. in cauſis verò hæreſis libellus neceſſarius nõ eſt. c. fi. de hære. li. 6. iuncta. Cle. ſępe. de ver. ſign. tenuit in ſpecie Iaco. Septi. in inſti. cath. c. 43. n. 19. neq; in alijs cauſis ſummarijs libellus eſt neceſſarius. Feli. in. c. 1. n. 7. de libe. obl. allegãdo Bart. in extra. ad reprimẽdũ neq; in cauſis breuioribus paruę quãtitatis. c. ſi quis cum clero. 11. q. 1. auten. niſi breuiores. C. de ſent. ex breui. recitã. Bart. in. l. mediterraneæ. C. de anno. & trib. lib. 10. gloſſ. in. d. c. 1. de libe. obla. l. 6. tit. 22. p. 3. hodie hoc declaratum eſt per petitionẽ. 60. de Madrid. anno. 1534. quòd vſq; ad. 400 dipondios neq; libellus neq; ordo iudicarius neceſſarius eſt: neq; aliquid in ſcriptis à tabellione ſcribi. In his verò cauſis, modicæ & paruæ quantitatis vnus teſtis ſufficit, & eſt legitima probatio. Bart. in. l. de minore. §. tormẽta in fine. ff. de quæſtio. Hippoly. ſing. 433. incip. trita. l. 2. tit. 11. p. 3.

## SINGVLARE. CXXIIII.

LIbri hæreticorum ſi apud aliquẽ ſunt reperti, tanquàm hæreticus ille hoc ipſo punitur: & hoc videtur ſufficere ad plenam probationem, propter enormitatem criminis: ita fatentur Archi. Ioan. Andre. & Domi. in. c. filij, vel hæredes. de hære. lib. 6. idem. Archi. in. ca. fin. 24. quæſt. 2. Anania in. c. ſi epiſcopus. de hęre. Roma. ſing. 323. incip. eo ipſo. Hippo. in l. qui falſam. nu. 106. ff. de falſis: & in practi. crimi. §. diligenter. nu. 92. hoc ſuadetur per tex. in. l. maiorem. C. de falſis, quòd qui habet penes ſe falſam ſcripturam præſumitur falſarius: niſi oſtendat à quo tale inſtrumentum habuit: facit in caſu ſimili. l. qui veluti cum ibi notatis. C. dę falſis. c. ad falſariorum. de crimi. fal. quorum doctorum opinio intelligenda eſt, quando libri hæreticorum compoſiti fuerũt ab his, apud quos fuerunt inuenti: ſicut dicimus de libris rationum, qui probant contra ſuos authores: ſecus eſſet ſi eſſent reperti apud virum doctum, ſincerum & nullatenus de hæreſi ſuſpectum, vt pulchrè declarat Iacob. Septi. in inſtitu. catho. c. 38. in. fi.



## SINGVLARE CXXV.

LItis conteſtatio in qualibet cauſa neceſſaria eſt. c. vnico. de litis conteſta. c. ſuper quęſtionum. §. 1. de offi. delega. c. ex parte in. 2. de verb. ſigni. nam litis conteſtatio eſt fundamentum iudicij. l. vnica. C. de litis cõteſta. & in rubro & nigro: vt lite non conteſta. l. 7. titu. 3. p. 3. ſed proceſſus ſuper crimine hæreſis agitatus non vitiatur, licet in eo litis conteſtatio non interueniat. c. fin. de hære. lib. 6. iuncta. Clem. ſæpe. de verb. ſigni. expreſſe. c. ſanè profertur. 24. q. 2. gloſſ. prima in. ca. quia frequenter. vt lite non conteſta. gloſſ. magiſtra. in ſumma. 3. q. 9. quæ plures alios caſus referunt. Alex. conſi. 70. in cauſa de lite, in prin. vol. 7. Ludo. Carre. de hęre. §. verſa autem vice. nu. 10. Iacob. Septi. in inſtitu. catho. c. 43. num. 19. vnde ſing. dicit Archi. in. cap. 1. de homici. lib. 6. quem refert Hippol. in practi. crimi. §. diligenter. nu. 158. quòd in delictis enormibus procedi poteſt lite non conteſta. & parte non citata: quod eſt ſatis notandum.

## SINGVLARE. CXXVI.

MAritus non tenetur alere vxorem ſuam dãnatam de crimine hæreſis ad perpetuos carceres. Alex. in. l. quod in vxorẽ. ff. de nego. geſtis. Clarius Io. Lupus. in rub. de dona. inter vir. & vxor. §. 64. Iaco. Septi. in inſtitu. catho. cap. 17. num. 8. alias ex debito coniugali, maritus tenetur vxorem ſuam alere. l. pro oneribus. C. de iure doti. l. quæ dotis. ff. eodem. tit. l. 61. Tauri. tradit late Palat. Rub. in repeti. capit. per veſtras. §. primo. & ſecundo. fol. 85. de dona. inter vir. & vxo. etiamſi mulier ſit à

marito accuſata de adulterio: pendē
te lite maritus vxorem tenetur ale-
re:& omnes expenſas litis facere. In-
no.in dict.cap.per veſtras. Spe. titul.
de inquiſitio.§.primo.præpo.in.c.ex
parte.numero vndecimo.de Sponſa.
Caſtillo.in.l.81. Tauri in fin.Ioā. Lu-
pus in rep.rub.de dona. inter. virum
& vxo. §. 87. numer. 7.& in dict.cap.
per veſtras. §. 39.fol.75. colum. 3. &.
4.vbi affirmat idem eſſe in eo qui poſ
ſidet rem communem,ſuper qua ali-
quis litem mouet,quod poſsidens, al
teri debet dare expenſas neceſſarias
ad litigandum , quod eſt notatu
dignum.

## SINGVLARE. CXXVII.

MAritus propter delictum ſuæ
vxoris non perdit vtilitatem
& commodum dotis, vt eo ſaltim vi-
uēte dos non publicetur.l. & omnes
&.l.ſed ſi alia.ff.de bonis damna.quia
dominium rei dotalis conſtante ma-
trimonio ad maritum pertinet.l. do-
ce ancillam.C.de rei vēdi.l.in rebus.
C. de iure dotium : & in prin. inſti.
quibus alie.licet vel non. l. vigeſima.
titulo vndecimo.p.4. & vſusfructus
dotis ad maritum pertinet.l.pro one
ribus.C.de iure doti.l.ſi cum dotē.ff.
ſol.matri. l. 45. titulo vndecimo. pa.
4.ideo maritus tali dominio & vſu-
fructu ſine eius facto & delicto priua
ri non debet,ſicut in caſu ſimili,quod
propter delictum filij eius pater vſu-
fructu non priuatur, quem in bonis
aduertitijs habitis ex ſucceſsione ma
terna,vel aliundè habet.l.fi. §. ipſum
autem.ibi.dominium rei ad eos per-
tinentes alienare. C. de boniſque li.
l.fin.ibi. ſed remanere intactum. C.
de vſufruct.& habita.l.pe. C. qui te-
ſta.facere poſſ.gl.in verbo patre in.
l.fin.Cilento.paſſ.glo.in verb.conue
niri,in.§.fi.inſti.de noxa.actio.expreſ
ſe hoc affirmat Bar. in.l. ſi finita.§. ſi
de vectigalibus. numero duodeci-
mo. ff. de damno infecto. & in.l.pri-
ma.numero quarto.ff. de bonis dam
na.Abb.conſi.66.quanquàm multa,
vol.2. Guidon. Papę deciſione.126.
incipit.executio ſententiæ. Capella.
Tholo.deciſione.120. hanc tandem
dixit eſſe communem opinionem.
Couarru.libro ſecundo. reſolu. ca.8.
nume.7.verſi. ex his patet, ſed ſupra
in limine poſita in crimine hæreſis,
locum non habent: nam propter v-
xoris hæreſim, in totum dos vxoris
confiſcatur, & quoad commodita-
tē vſusfructus.l.quinque legibus. ff.
de bonis damna. quæ.l. loquitur in
fortioribus terminis, vt bene decla-
rat Gundiſſ. de Villa. de hære. quæſt.
15.num.9. idem tenuit Pala.Rub.in.
l.78.Tauri,in prin.

## SINGVLARE CXXVIII.

MAtrimonium contractum in-
ter Chriſtianam & hæreticū,
& econtra eſt nullum : vt ſtatuit ca-
non.72.ſextæ ſynodi generalis : ver-
ba huius canonis talia ſunt. Non li-
cet virum orthodoxum cum mulie-
re hæretica , nec orthodoxam cum
viro hæretico copulari: ſed ſi quis hu
iuſmodi ab vllo exiſtimari factum ap
paruerit,irritas nuptias exiſtimari,&
nepharium coniugium diſſolui. Ita
allegando dictum concilium tenuit
Iacob. Septi.in inſtitu. catho.ca. 40.
numer.7.contra Præpoſitum contra
rium tenentem in cap.fin.de condi.
apposi.

## SINGVLARE CXXXIX.

MAter non compellitur filias
ſuas dotare.l.neque mater. C.
de



de iure doti.l.9.tit.11.par.4.officium
enim paternum & non maternum
eſt filias ſuas dotare, & in matrimo-
nium collocare.l.fi.§.vtramq; igitur.
C.de dotis promi.l. dotem dedit. ff.
de colla.bono.l.qui liberos.ff. de ritu
nuptiarum.l.8.tit.11. p. 4. & non ſo-
lum ad filiam dotandam,ſed ad mari
tandam mater tenetur,ſi iam filia eſt
apta nuptui:ad hoc officio iudicis po
teſt compelli,vt in.d.l.qui liberos, &
in.d.l.dotem dedit & ibi Bart. idem
in.l.1.num.15.ff.ſol.matrimo. Alex.
conſi.33.videtur.num.3.vol.4.Iaſ. in
§.fuerat.num.99.inſti.de actio.Abb.
in.ca.accedens.nume. 6. de procura.
plenè Corraſius in repe. l. filium quę
habentem.num.190.C.fami. hercif.
Ita fuit deciſum in Capella Tholoſa-
na.290.& eſt expreſſa.l.regia.9. in fi.
titu.11.p.4.ibi, puede le apremiar el
juez à que la caſe, y le eſtablezca do-
te. Atque etiam filiam iam nuptam
pater cogitur dotare.glo. eſt ſing. in
verb.lege.in.l.obligamur.ff.de actio.
& obligatio.quam ſequitur Bal.in au
ten.reſq;.nu.10.C.commu.delega.&
ibi Angel. & Paul. Caſtren. vbi Iaſo.
nume.14.hanc fatetur eſſe commu-
nē opinionē.Idem Iaſ.in. l. ſi quis do
natarius,alias.l.ſi donaturus.§.ſi quis
indebitam.numer.5.ff.de condi.cau
ſa data,& in.l.de alimentis in fine. C.
de tranſact.& in.d.§.fuerat.num. 97.
inſti.de actio.Idem Bal.in.l.fin.C. de
ſenten.quę ſine certa.quātitate pro-
fe.& in.c.iurauit.de proba. & in. l. 1.
vbi Ioan.de Imo.Alexan.&Roma.ff.
ſol.matrimo.Pau. Caſtrē. in.l. ſi ſocer
in fine.ff.ſol.matrimo. vbi hanc fate-
tur eſſe communem opinionem cō-
tra Bart.in.d.l. obligamur : & Sali. in
d.l.qui liberos.& Abb.in c.1.num.6.
de adulte. & Matthæus Mathe. in
ſing.106.nota, quòd ſi pater : ad rem
igitur,in limine propoſitā redeūdo,
in odium huius criminis: ſi mater eſt
hæretica, filiam orthodoxam com-
pellitur dotare.l. cognouimus. C. de
hære.l.neque mater, vbi eſt gloſſ. ex-
preſſa.C.de iure doti. Alexan. in. l. 1.
numer.21.ff.ſolu.matrimo. Iaſ. in. §.
fuerat.nume.115.inſti.de actio. Feli.
in cap.Iudæi.in.2.nume.2.de Iudæis.
Palat.Rub.in rep.rub.de dona.inter
virum & vxorem.§.21.numer. 15.l.
9.titulo.11.part.4.alioquin mater ad
hoc non tenetur, vt ſuperius di-
ctum eſt.

## SINGVLARE. CXXX.

MInor quatuordecim annorum
torqueri non debet : etiam ſi
veritas ab eo ferula vel corrigia habe
ri non poſsit. l. 1. §. impuberes. ff. ad
Sillania.l.de minore.l. ex libero. §. 1.
ff.de quæſtio.Abb.in.cap.cum in cō
templatione.num.10.de regu. iuris.
l.2.tit.30. part.7. ſed in crimine læſæ
maieſtatis diuinæ & humanæ minor
14.annorum torquetur: hoc probat
d.l. de minore, vbi latè Hippolyt.in
princip.Iaco.Septi.in inſti. cathol. c.
63.num.26.

## SINGVLARE. CXXXI. & CXXXII.

MInoribus in delictis atrociſsi-
mis, vt in crimine hæreſis &
læſæ maieſtatis in nihilum ſubueni-
tur.l.auxilium.§.in delictis.ff. de mi-
nor.gloſſ.in. l. ſi ex cauſa. §. nunc vi-
dendum.ff.eodem titul.gloſſ.ſingul.
in.l. ferè in omnibus. ff. de regulis
iuris.gloſſ.in.l.17.tit. 14. part. 7. quæ
refert hoc eſſe ſpeciale in hoc crimi-
ne hæreſis: hinc eſt quòd minor in
grauibus delictis,aduerſus ſuam con
feſsionem non reſtituitur. Bart. per
text.ibi in.d.§.in delictis. numero. 6.

Hippo.in.d.l.de minore.num. 35. in alijs verò delictis, minor qui confitetur delictum, dato etiam curatore aduerſus ſuam confeſſionem, reſtituitur. Ang. per text. ibi. in. l. certum. §. de pupillo. ff. de confeſſis. gloſſ. in. l. 2. C. de in integrum reſti. Bal. in. l. vnica. num. 53. C. de confeſsis. Alex. conſi. 80. in cauſa & lite. nu. 2. vol. 7. & cõſil. 55. num. 16. vol. 5. Hippol. in. l. 1. num. 12. & in. §. fin. in fine. ff. de quæſtio. ac ita vt dictum eſt ratione ætatis, pœna non diminuitur in delictis atrociſsimis: in alijs verò propter ætatem pœnam minui indubitatum eſt l. excipiuntur. ff. ad Sillania. l. ferè in omnibus. ff. de reg. iuris. c. fi. de ſent. excommunica. latè. Hippoly. in. l. ſi quis te. C. de ſicarijs. l. fi. tit. 7. part. 7. l. 17. tit. 14. & l. 8. tit. 31. part. 7. notatur in gloſſ. §. pupillus inſti. de inuti. ſtipu. & in. §. in ſumma inſti. de oblig. quæ ex delicto naſ. quæ omnia præſertim iura regia probant, quòd vſq; ad decem annos & dimidium, minor in nihilum puniatur: & à prædicta ætate vſq; ad. 17. annos pœna eſt mitiganda: poſt hanc verò ætatem ſimiliter mitiganda eſt arbitrio iudicis, inſpecta qualitate delicti, & perſonarum. l. ſi adulterium. §. fratres. ff. de adulte. & in. d. §. in delictis ibi, niſi quatenus interdum miſeratio ætatis ad mediocrem pœnam iudicem produxit. c. 1. vbi docto. de delictis puerorum, bene Decius in. d. l. ferè in omnibus. ff. de regul. iuris.

## SINGVLARE. CXXXIII.

MOnachi vel clerici in ſacris ſunt prohibiti exercere officium tabellionis. c. ſicut. ne clerici vel monachi. l. placet. C. de epiſc. & cleri. & in extrauaga. prima Bonifacij de offi. ordi. Bar. in. l. 1. §. huius ſtudij. num. 8. ff. de Iuſti. & iure: & in. l. ſeruus. ff. de teſta. & in. l. vniuerſos. C. de decurio. lib. 10. Decius in. c. 2. nu. 8. de iudi. Couarru. in quæſt. pract. c. 19. num. 8. in fine.

¶ Sed in cauſis fidei monachus & clericus poſſunt eſſe tabelliones. c. vt officium. §. 1. verſi. ad conſcribendas, in fine de hære. lib. 6. & in. d. extrauaga. Bonifacij. Ioan. de Imol. in cle. 1. de hære. Ioan. Nicola de hære. nota. 27. incip. non te lateat: & in directorio inquiſitorum in. 2. parte prope finẽ, etiam ſi ſit monachus ordinis fratrũ minorum. Ange. in. l. ſi quis decurio. C. de falſis. Franc. Squillacen. de fide catho. c. 37. & Septimã. in inſtitu. catho. c. 45. num. 5. Iaſ. in. d. §. huius ſtudij. num. 8. vbi regulam & 9. fallen. ſcripſit. & Ioan. Bernard. in reg. 657. incip. ſacerdos. Et omittendum hic non eſt, quòd ſi clericus eſt rogatus, vt inſtrumentum vel contractum faciat, contractus validus eſt: ſed clericus debet puniri. Ioan. Andre. in. d. c. ſicut ſequitur Ange. in. l. prętor ait. §. fi. ff. de edendo. & in. l. ſi quis decurio C. de falſis. Decius conſil. 17. viſo puncto. nu. 2. Iaſ. in. d. §. huius ſtudij. nu. 9. quia multa prohibentur, quæ facta tenent. l. relegatorum. §. ad tempus. ff. de inter. & relega. c. viduum. in prin. 2. q. 6. latè. Iaſ. in. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iu. Hipp. in. l. ſi quis ne quæſtio. nu. 89. ff. de. q.

## SINGVLARE CXXXIIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Morte delinquentium extinguitur delictum.*
2 *Mors omnia ſoluit.*
3 *Mors eſt vltima paßio omnium terribilium.*
4 *Mors eſt vltimum extremum omnium pœnarum.*
5 *Mortem vltimum ſupplitium ius ciuile vocat.*
6 *Sententia lata in mortuum eſt nulla.*
7 *Non debet ſuſpendi corpus iam mortuum.*
8 *Mortuo non poteſt legari, neque priuilegium dari.*
9 *Pro crimine hæreſis poteſt quis poſt mortem damnari.*
10 *Romanus Pontifex pro hæreſi damnatur poſt mortem.*
11 *Hæredes innocentiam defuncti poſſunt probare.*
12 *Fautores & receptatores hæreticorum non accuſantur poſt mortem.*



1 MOrte delinquentiũ delictũ extinguitur
itaq; poſt mortẽ nul
lus accuſari, vel pu-
niri poteſt. l. 2. & 3.
C. ſi reus vel accuſa.
mort. fue. l. fi. C. de bonis eorum qui
ſibi mor. conſci. l. in ſenatus. §. ſi prop
ter mortem. ff. ad Turpili. c. peruenit.
c. cauſamq; in. 2. qui filij ſunt legi. c.
quorundam. 23. diſt. l. 7. & 23. tit. 1. p.
2 7. l. 7. tit. 8. par. 3. l. 9. tit. 20. lib. 4. fori. ll.
nam mors omnia ſoluit. l. defuncto.
3 ff. de publi. iudi. autẽ. de nuptijs. §. de
inceps. col. 4. & quia mors eſt vltima
paſsio omnium terribilium, vt dicit
Philoſophus. 4. lib. Ethi. & Cicero. lib.
6. epiſt. fami. ad Torquatũ: refert Bal.
in conſi. ſchiſmatis poſito in rub. C. ſi
4 quis aliquem teſta. prohi. nu. 9. & eſt
vltimũ extremum omnium pœnarũ
5 cap. quæſitum. 13. q. 2. Ideo ius ciuile
mortem appellat vltimum ſuppliciũ.
l. vltimũ ſupplicium. l. ſi quis aliquid
§. qui abortionis, & l. capitalium, in
prin. ff de pœnis: nam pœnę ſunt cor
poris animati afflictiuæ. l. ſi quis for-
te in fin. l. veluti. ff. de pœnis: ſed mor
tuus nullum dolorem vel pœnam pa
titur: fruſtra ergò puniendus eſſet.
6 Hanc rationem ſcripſit Bal. in. l 1. nu.
2. C. ne ex delictis defuncto. Ideo ſen
tentia lata in mortuum eſt ipſo iure
nulla. l. pe. ff. quæ ſent. ſine appella. re
ſcin. l. in ſumma. §. fi. ff. de re iudi. prop
tereà Bal. infert in. d. l. 1. nu. 2. quòd iu
dex propter delictum, non debet ſuſ
pendere corpus iam mortuum. Ang.
& ibi. Iaſ. in prin. in. l. 2. qui teſta. face.
7 poſſ. idem Ang. per tex. ibi. in. l. 2. C. ſi
reus, vel accuſa. mort. fue. Idẽ & Ioã.
de Imo. in. l. qui latronibus. §. ſi quis.
ff. de teſta & in. l. defuncto. ff. de pu-
blicis iudi. dicẽs, quòd iudices qui cor
pora defunctorum ſuſpendunt, ab
hęredibus actione iniuriarum conue
niri poſſunt. Optimè explicat Ioan.
Igneus in. l. 1. §. ſi tibi manus. nu. 42.
cum ſequen. ff. ad ſena. conſul. Silla.
Anto. Corſe. in ſing. pœna aliqui di-
uidentes. fol. 179. col. 2. Gund. de Vil
la. de hære. q. 22. num. 4. & 5. ſed Bal.
in. l. 2. C. qui teſta. face poſſ. dicit hoc
eſſe in arbitrio iudicis: & Roma. in. d.
§. defuncto. Idem Roma. in. l. ſi verò.
§. de viro. fallẽ. 46. ff. ſol. matrimo. De
cius in. l. pupillũ. §. in hæredis in prin.
ff. de reg. iuris. Hippo. in. l. fi. nu. 29. &
in. l. vnius. §. cogniturum. nu. 81. ff. de
quæſtio. ſed in grauibus delictis hoc
permittitur, vt dicit Gundiſſ. vbi ſu-
pra, & Franciſ. Squillacen. de fide ca-
tho. c. 54. & non ſolum mortuus pu-
8 niendus non eſt, ſed neq; mortuo le-
gari poteſt. l. vnica. §. 1. C. de cadu. tol
lẽ. l. diuus. §. fi. ff. de iure codi. & mor-
tuus nõ poteſt doctorari, neq; priuile
gium ei dari. l. Neratius. ff. de reg. iu-
ris. Abb. in. c. à nobis, in. 2. de ſenten.
excommuni. Decius in. l. eius qui in
prouincia. §. quòd ſi ſtipulat⁹, in prin.
ff. ſi cert. peta.
9 ¶ Sed ad ſupradicta ſpeciale eſt in cri
mine hæreſis, ꝙ hæreticus mortuus
poteſt accuſari, & condẽnari de hęre
ſi: neque tale delictum morte extin-
guitur, propter hui⁹ criminis deteſta

tionem,c.accuſatus.§.fi,de hære. lib.
6.ca.filij vel nepotes,eod.titul. & lib.
tex.vbi optima glo.in verb.poſt mor
tem,in.c.ſi quis epiſcopus de hæreti.
vbi docto.c.ſanè profertur.24.queſt.
2.l.Manichæos.§.præterea.C.de hæ-
re.glo.in ſumma.24.q.2.gl.magiſtra.
in.c.cauſamquę,in.2.qui filij ſunt le-
gi.glo.in cap. fi. de ſepul.gloſ.ſing.in
verb. poſt mortem , in.§.interdum.
inſti.de hæredi.quæ ab inteſta. defe.
l.apoſtatarum. ibi. quorum etiã poſt
mortem.C.de apoſta.l.7. titu. 1. p.7.
l.9 titu.20.li.4.fori.vndè dicunt Ho-
ſti.& Ioan.Andre.in ca.propoſuit de
conce. pręb. quos refert & ſequitur
Paulus à Monte veneti de concilio
generali,in.c.de concilij præeminen
10 tia.q.8.nume.7. quòd etiam Roma-
nus Pontifex de crimine hæreſis poſt
mortem poteſt damnari, etiam ſi de
functus dũ viueret eſſet bonæ famę
& opinionis , de hoc crimine poſt
mortem poterit accuſari, vel eius oſ-
ſa,vel effigies concremari cap.in pri-
mis.2.q.1.quod bene declarat Gun-
11 diſſ.de Villa.de hære.q.22.in prin.di-
cens:Hæredes poſſe purgare innocẽ
tiam defuncti,& hæredes ſunt citan-
di,& ad id vocandi: nam filiorum in-
tereſt patris memoriam non condẽ-
nari propter eorum infamiam.c.2.§.
hæretici de hęreti.li.6. & propter bo-
na quæ eis auferuntur. c. vergentis
de hære.& ca.cum ſecundum leges,
eod.titu.lib.6. ad quod conſidero ſin
gu.tex.in.l.Pantonius.§.rei perduel-
lionis, vbi velit innocentiam defun-
cti probare. ff. de acqui. hæredi. &. l.
quæ res in prin.ff.de iure fiſ.Ita in ſpe
cie tenuit Cinus in. l. 2. C. qui teſta.
face.poſſ. & latè Ioan. Igneus in.l.1.
§.ſi tibi manus.num.67.ff.ad ſena.cõ
ſul.Silla.& Alphonſus Guerre.in the-
ſauro religionis Chriſtianæ, titul.de
hære.nume.21.& diffuſè Alb.in rub.
C.de hæreti.in fine: & quod dictum
eſt,in verè hæreticis tantum intelli-
gendum eſt:& non in fautoribus,vel
receptatoribus hæreticorũ, qui poſt
12 mortem non poſſunt accuſari:ſi per-
ſonas defenderunt. & non hæreſeș.
c.accuſatus.§.porrò.vbi Archi.& Ioã
Andre. de hære. lib.6. Gundiſſal. de
Villa.de hære.q.22. nume. 8. vbi dat
rationem huius dicti: & Iacobus Sep
timan.in inſtitu.catho.c.4.num.4.&
plures alios caſus in quibus quis poſt
mortem damnatur refert glo. in le-
ge ex iudiciorum. ff. de accuſa. gloſſ.
in.l.2.C.ſi reus vel accuſa. mort. fuc.
glo.in verb.poſt.mortem in.§. inter-
dum,inſti.de hæredi.quæ ab inteſta.
defe.glo. in verb. ex maleficijs , in.§.
non autem.inſti.de perpe.& tempo.
actio.& in.§.1.inſti.de publi. iudi. gl.
ſing.in ſumma.24.queſt.2.& gl.ſing.
in ca.cauſamquę,in.2.qui filij ſint le-
gi.& dicta iura regia. Hippo. latè in
ſing.301.incip.tibi dixi.& latius.in.l.
fi.nu.26.cum plu.ſequen. ff. de quæ-
ſtio. & Antonius Gomezius in.3.tõ.
reſolu.c.7.num.79.cum ſequentibus
& Ludouicus Carrerius de hære. §.
nunc de pœnis.nu.36.

## SINGVLARE CXXXV.

MVlieres in bonis ſuorum mari
torũ habent tacitam hipothe
cam , vt alijs prioribus creditoribus
habentibus tacitam , vel poſteriori-
bus habentibus expreſſam præferan
tur l.aſsiduis. C. qui potio. in pigno.
habean.c.ex literis de pigno. & in.§.
fuerat,vbi latè iuniores inſti. đ actio.
Latius Couarru.lib.1. reſolu. c.7.vbi.
4. concluſiones in hoc ſcripſit : pro-
bat hoc.l.33.titu. 15.p.5.l.17. tit. 11.
p.4.& hoc intereſt inter mulieres vi-
duas & cõiugatas, quòd vidua abſq;
iuramento poteſt alienare , & in do-
te ſibi



te ſibi præiudicare.ſing. eſt glo. pen.
in.l.cũ dos.ff.de pactis.ſequitur Pau.
Caſtren. in. l. 2. §. item ſi voluntate,
verſic.ſed opponitur.ff.ſol.matrimo.
Bar.in.l.hæredi.§. filio familias. ff. de
pactis.Decius conſi.536.in cauſa quę
agitur.num.3. ſed ſpeciale eſt, quòd
mulieres hæreticæ hanc tacitam hi-
pothecam in bonis ſuorum marito-
rum non habent.l.1.auten.Item pri-
uilegium.C.de hære.auten.de priui.
dotis.§.nos autem.coll.8.glo. in ver-
bo obligata.in .d..c. ex literis de pig-
no.Iaſ.in.§.fuerat.num.113. inſti. de
actio. Gundiſſal. de Villa. de hæreti.
q.20. in fine. Ioan. Nicola. de hære.
nota.11.incip.liga digito,in fine.Frã.
Balbus de dote.11. parte.3. membro
differentia.21.Ludouicus Carrer.de
hære.§.nunc de pœnis. num. 9. Pala.
Rub. in rub. de dona. inter virum &
vxorem.§.35.num.3. ratio poterit eſ
ſe de.l.Manichæos.C.de hære.ibi ni-
hil ex legibus commune ſit cum cæ-
teris.

## SINGVLARE. CXXXVI.

MVlier pro aliquo fideiubere
prohibetur,& ſi fideiuſsit, po-
teſt ſe tueri beneficio velleiani.l.2.in
fine.ff.ad velleianum.&.l.3. tit. 12.p.
5.l.1.&.2.titu.11.lib.5.ordi.l.61. Tau
ri quia ſexus mulierum fragilis eſt, &
faciliter fideiubẽdo mulieres poſſent
decipi , & dotes ſuas perdere. l. 2. ibi
propter ſexus imbecilitatem. ff.ad ſe
na.conſul.velle.l.cũ multę. C. de do-
na.inter vir.& vxo.ibi,melius eſt mu
lieribus propter fragilitatem ſexus
ſubueniri.Sed ſpeciale eſt, quòd mu-
lieribus hæreticis denegatur hoc be-
neficium velleia. Hoc prius affirma-
uit Vincentius in.c.ſi aduerſus de hæ
re.quod dictũ ſequitur Archi.in ſum
ma.4.q.1.& in ca.vt inquiſitionis.nu
me.3.de hære.li.6.& Ioan.Nicola.de
hæreti.nota.18.incip.aduerte. & Lu
do.Carre.de hære.§. nunc de pœnis.
nu.9.& Pal.Rub.in rep.rub.de dona.
inter virũ & vxo.§.35.n.5. & caſus in
quibus hoc beneficium velleianum
ceſſat,refert glo.in.l.1. ff. ad velleia.
&.l.3.tit.12.par.5.

## SINGVLARE CXXXVII.

MVlier debet ſuam dotem ſaluã
habere.l.1. &.2. ff. ſol. matri-
mo.l.vnica.C.de rei vxo. actio.c. fin.
de dona.inter virum & vxo.l.7. &. l.
30.&.31.tit.11.p.4 l.17. Tauri : & vl-
tra dotem.30. poteſt mulier petere,
quæ ipſe ſatis abundè ſcripſi in mea
rep.autẽ.licet prope finem. C.de na-
tu.lib. ſed ſpeciale eſt quòd mulier
quæ ſcienter contraxit matrimoniũ
cum viro hęretico,perdit dotem ſuã,
& fiſco applicatur.c.decreuit de hæ-
re.lib. 6. quem tex. ad hoc dixit eſſe
ſing.Alex.in.l.ſi conſtante, vbi Iaſ.n.
187. ff. ſol. matrimo. contra Bar. ibi
idem tenuit contra Bar. Gundiſſ. de
Villa.de hære.quæſt.15.nu.9. & Guil
ler.Bene.in.c.Rainuntius,in parte,&
vxorem nomine Adelaſiam,deciſio-
ne.5.nu,277.de teſta.&Iaco. Septi.in
inſtitu.catho.c.9.nu.10.

## SINGVLARE CXXXVIII.

MVlier admittitur ad accuſan-
dum in crimine hæreſis.l.Ma-
nichæos.C.de hære.l.ſi quis in hoc ge
nus. C.de epiſ.& cleri. cap. vergentis
de hæreti.glo.magna in.l.2.titu.1. p.
7.ſecus eſt in alijs criminibus.l.de cri
mine.C.qui accuſ.non poſſ.l.non eſt
permiſſum.ff.eo.tit.l.2.in prin. tit. 1.
p.7.l.2.tit.20.li.4. fori.ll. & an mulier
in cauſa hæreſis poſsit eſſe teſtis exa-
minat.Pal.Rub.in alleg.hęreſis.§.13.

## SINGVLARE CXXXIX.

MVtuans ad refectionem vel cõ
ſeruandam rem habet hocpri
uilegium prelationis,vtin illa re prio
ribus creditoribus præferatur.l. in-
terdũ.ff.qui potio.in pig. habe.l. cre-
ditor.in prima.ff.ſi cert.peta. & etiã
tacitam hipothecam in illa re vide-
tur habere.glo.vbi Bald. & Ange. in
auten.quo iure. C. qui potio. in pig.
habe.& ſunt circa hoc duæ commu-
nes opiniones,quas refert Couarru.
lib.1.reſolut.c.7.num.3.ſed ſi aliquis
mutuauit alicui heretico,ad refectio
nem alicuius rei, non habet hoc pri-
uilegium prælationis:ita dicit Iaſ. in.
l.creditor.1.num.4.ff.ſi cert.peta. al-
legando auten.idem priuilegium.C.
de here.& Abb.in.c.gaudemus de di
uor.Idem tenuit Ioan.Nicola.de hæ-
re.nota.11.incip.liga digito. &c.Præ
terea in alio caſu locum non habet
regula ſuprà poſita: videlicet quan-
do poſterior creditor capit,vel ſua di
ligentia capi fecit debitorem com-
munem fugientem cum ſuis bonis:
in hoc caſu, alijs prioribus debitori-
bus præfertur.l.ait prætor. §. ſi debi-
torem meũ. ff. de his qui in frau.cre.
& ibi Bart. & alij notant, expreſſa. l.
regia, in. l.10. titulo decimoquinto.
partita quinta.&.l.duodecima. titu.
20.li.3.fori.ll.alium caſum in hoc no-
tandum refert Roma.ſing.569.incip.
ſi mercator:& alium.Bal.in.l.pro de-
bito.C.de bonis.autho.iudi. poſsi.in
prin.quando ſtant merces vel res vẽ
ditæ, quòd creditor qui illas vendi-
dit,etiam ſi ſit poſterior, alijs in illis
mercibus præfertur. Contra hoc te-
net Bart.in.l.ſi cum dotem.§.fi.ff.ſol.
matrimo.& Iaſ.in.d.l.creditor. num.
5.dicit communem opinionem eſſe
contra Baldum.

## SINGVLARE CXL.

NOmina & dicta teſtium & ac-
cuſatorum, & capitula ſuper
quibus accuſatur, reo vel accuſato
ſeu inquiſito exhibenda ſunt.c. qua-
liter & quãdo.in.2.§.debet: de accu.
Abb.in.c.olim. num. 8. de accuſat.l.
11.tit.17.pa.3.l.12.titu.20.lib.4. fori.
ll.l.11.tit.1.lib.8.ordi.Sed quãdo pro
ceditur in crimine hæreſis, aliter eſt.
c. finali. cum diſtinctione ibi poſita
de hæret.lib.6.declarat Abb.in.c.prę
terea.in.2.nu. 7. de ſponſa. Gundiſſ.
de Villa.de hære.q.10.nume.4. Iaco.
Septi.in inſtitu.catho.c.25.num. 28.
& cum non detur inquiſitis integra
defenſionis facultas, inquiſitores in-
quirant de innocentia reorum, & de
falſitate teſtium:vt eis ſint recti iudi-
ces,& patres,& patroni: & latius idẽ
in.c.62. numer.9. vbi allegat ad hoc
primam inſtructionem Hiſpalen-
ſem.c.14.

## SINGVLARE. CXLI.

NOtarius quando creatur iurat
ſuum officium fideliter exer-
cere, & omnia legaliter agere.c.ad
audiẽtiam.§.nos igitur de præſcrip.
c.illud.in fine de præſumptio.glo. in
verb. decurritur in.l. quędã.§.num-
mularius ff.de edẽdo.l.4. titu.19.p.3.
vbi ponitur forma huius iuramenti,
&.l. 1. titulo octauo.libro. 1. fori. ll.
¶Sed ſpeciale eſt in notarijs ſancti
officij, qui tenentur iterum iurare,
etiam ſi quando in notarios fuerunt
electi hoc iuramentum fecerint.cle-
mentina prima. §. porro. in fine. de
hęre. vbi.gloſſ. in verb. iurabunt. di-
cit eſſe hoc ſpeciale in notarijs hære
ticæ prauitatis,& Io.Nicola.de hære.
nota.36.incip.nota quòd.

SIN-



## SINGVLARE CXLII.

OBedientia prælatis à ſubditis
non eſt denegãda, propter præ
latorum crimina & exceſſus. c.non-
ne. 8.q.4.c.omnes de maio. & obe-
dien.ca.cum non liceat de præſcrip.
ca.ſciendum.8.q.1. & dicit.c. qui re-
ſiſtit.11.q.3.qui reſiſtit poteſtati dei,
ordinationi reſiſtit. vnde Paulus ad
Hebræos.c.fi.obedite præpoſitis ve-
ſtris & ſubiacete eis.S.Tho.2.2. quæ.
104.arti.1.&.2.&.q.86.artic. vltimo.
Florenti.in.4.parte ſuæ ſummæ.titu.
5.ca.11.& melior eſt obedientia quã
victima.lib.1. Regum.cap.15.cap.il-
lud de maio.& obedien.cap. propter
hoc.§.verum.32.diſt. cap.ſi qui ſunt.
81.diſt. ¶Sed ſi prælatus eſt hæreti-
cus, licitum eſt ſubditis citra aliquã
pęnam ab eius obedientia recedere,
etiam ante latam ſententiam & inſti
tutam accuſationem.ca. ſacerdotes.
& ibi.glo.2.quæſt.7.cap. ſane.24.q.2.
ca.excommunicatos.11.quæſt.3.ca.
qua diligentia:in fine de electio.glo.
in cap.cum non liceat, vbi Abb. nu-
mer.3. de præſcrip. Feli.in cap. inter
quatuor.num.3. de maio. & obediẽ.
Gundiſſal.de Villa. de hære. quæ.10.
numer.3. rationem reddit Abb. vbi
ſupra:quia ipſo facto & iure prælatus
propter crimen hæreſis eſt à iuriſdi-
ctione ſuſpenſus: & quia melius eſt
obedire deo quam hominibus, vt ha
betur,in Act. Apoſtolorum.cap.5.&
in cap. inquiſitioni de Senten. ex-
communi.

## SINGVLARE. CXLIII.

OPinio vltima cẽſetur in dubio
approbata, quando ab aliqua
lege, vel gloſſa vel ſtatuto plures opi-
niones referuntur. gloſ. fin. in. l.qui
filiũ.§.Sabinus.ff. ad.Trebe. gl.mag-
na:ibi, altera pars eſt vera: quia vlti-
ma.in.l.ea lege. C. de condi. ob cau-
ſam.Bart.per tex.ibi in. l. bona fides.
ff.depoſi.Bald.in auten. ex teſtamen
to,in prin.C.de colla. & in.l.ſi mater
tua.nume.4.C.ne de ſtatu. defun. &
in.l.ſi ergo.§.partus.ff.de publi.Ioan.
Andr.in cap.1.de ſenten.excommu
ni.lib.6. & in cap.1. de pœnis. lib. 6.l.
1.§.Neratius.vbi. Ioan. de Imo. ff. de
acqui. poſſe.l.mela. §.1. in fine. ff.de
alimen.& ciba.lega. Alex.conſi.164.
viſo proceſſu.nume.2.vol.2.& conſi.
55.incip.proſpectis.nume.43. vol.4.
& conſi. 98. viſo inſtrumento.num.
21.vol.6.Iaſ.in.l.ſi tibi pecuniam: in
fine.ff.ſi cert.peta. & in.l.1.§. & poſt
operis.nume.12.ff.de noui.ope. nun
a.& in.l.ſi idem cum eodem.§. fin.
num.3.ff.de iuriſ.omni.iudi. vbi hãc
regulam &.3.fallen.ſcripſit, quas trãſ
cripſit duas addendo. Ioa. Neuiz. in
ſua ſelua nuptiali.fol. meo.li. 116. &
Ioan.Bernar. Diez in regula.514.in-
cip.opinio vltima: optimè Corſe. in
ſingu. incip. quando iuriſconſultus.
¶Sed ſpeciale eſt fauore religionis ca
tholicæ quòd prima opinio, & non ſe
cunda, vel illa quæ pro religione fa-
cit tenenda eſt.l.ſunt perſonę.ibi. op
tima ratio eſt illa quæ pro religione
facit. ff. de religio.& ſumptibus fune.
Iaſ.in auten.ingreſsi.nume.32.C.de
ſacroſanct. eccleſi. Alexand. conſil.
121.viſo proceſſu.nume.17.vol.2. &
conſi.92.ſuper eo.num. 5.vol.4.

## SINGVLARE CXLIIII.

ORdinatus vel conſecratus ab
hæretico, ſi ipſe quoque hære-
ticus eſt, ſi poſtea ad fidem reuerta-
tur, iterum ordinandus eſt.c. Daiber
tum. 1.quæſt. 7.Bertachi. de epiſco.
2.parte. 3.partis principalis. Ioan. Ni
cola.de here.nota.29.quia hæreticus
ab ec-

ab eccleſia præciſus eſt, ſicut ramus
præciſus ab arbore ſine ſtipite.ca. lo-
quitur.24. quæſt.1. iuxta illud Ioan-
nis.cap. 14.ſi quisnon manſerit in me
mittetur foras & areſcet: ſed ordina-
tus ab epiſcopo tantum hæretico, re
cipit ordinis characterem; ſed non
executionem, neque ſacramenti gra
tiam. Talis non eſt ordinandus de no
uo, ſed habita diſpenſatione, poteſt
in ordinibus miniſtrare. c. qui perfe-
ctionem, vbi Præpo. 1.q.1.&. c. ordi-
nationes.9. q.1. vide Abb. in rub. de
hære.& Ludo.Carre.& hære.§. nunc
de pœnis.nume.22.Ioã. Berna. Diez
in practica cano.c.25.

## SINGVLARE CXLV.

### SVMMARIVM.

1 *Ordo iudiciarius ſeruandus eſt.*
2 *Qua ratione ordo iuris eſt ſeruandus.*
3 *In cauſis fidei non ſeruatur ordo iuris.*
4 *Qua forma proceditur in crimine hæreſis.*
5 *Contra hæreticos contumaces qualiter procedatur.*
6 *In delictis grauibus non ſeruatur ordo iudiciarius.*
7 *In leuioribus delictis non eſt ſeruandus ordo iuris.*
8 *Cauſæ ruſticorum ſunt ſummariæ.*
9 *Cauſæ fiſcales ſunt ſummariæ & cauſa depoſiti.*
10 *Cauſæ illorum qui ſunt in carceribus ſunt ſummariæ.*
11 *Cauſa dotis eſt ſummaria.*
12 *Cauſa executiua eſt ſummaria.*

1 ORdo iudiciarius in
omnibus ferè cauſis
ſeruandus eſt; aliàs
proceſſus redditur
nullus. l. prolatam:
C.de ſent: & interlo
cu.omni.iudi.l. vnica. C. de condu-
cto & procu.lib.11.ca.ad petitionem
de accuſa.cap.cauſamque. c.cum di-
lecta. de reſcrip. cap. eccleſia ſanctæ
Mariæ in fine de conſti. c. cum dile-
cti.ca.veritatis. de dolo & contuma.
c.in cauſis.de re iudi.cap.examinata.
de confir.vti.vel inuti.ca.1.&.2.2.q.
1.l.1.tit.13.lib.2.fori.ll.l.5.tit.26.p.3.
l.1.& fin.tit.4.lib.3.ord.ob id igitur à
iure fuit inſtitutus ordo iudiciarius,
2 vt omnis malitia & machinatio ceſ-
ſet,& veritas potius reueletur.c. quo
niam contra. de proba. Abb.in cap.
dilecti.nu.5.de iudi. & iudex qui nõ
ſeruat ordinem iuris facit litem ſuã,
& in ſindicatu poteſt puniri. Bar. in.
l.1.nume.5. C. quomodo & quando
iudex ſenten. Paris de puteo latè de
ſindicatu.ca.ſententia.
3 ¶Sed ſpeciale eſt in cauſis hæreticæ
prauitatis, vt celeriter delicta puniã
tur, plenarius ordo iuris nõ ſeruatur,
ſed in eis proceditur ſimpliciter,& de
plano ſine ſtrepitu & figura iudicij,
atteſtationibus nõ publicatis. c. fi.de
hære.li.6.extraua.ad reprimẽdũ, quo
modo in læſæ maieſt.crimi. proceda-
tur.Gundiſſ.de Villa. de hære. q.2.in
prin.Frã.Squillacẽ.de fide cath,c.27.
n.2.Iacob.Septi.in inſti. cath.c.43.n.
19.& Alphonſus Aluarez Guerrero,
in theſauro religionis Chriſtianæ.ti.
de hær. nu.20. Ludo. Carre. de hære.
4 §.verſa autẽ vice.n.23.& ordo quem
in cognitione huius criminis ſeruare
ſolent inquiſitores talis eſt, ꝙ in pri-
mis quando ad ciuitates accedunt,
oſtendunt epiſcopo, vel eius vicario,
facultatẽ quã habent ad cognoſcen-
dũ & inquirendũ de hoc crimine, &
ei⁹ auxiliũ & fauorẽ petũt. Solẽt ſimi
liter nõnulli id etiã facere in cõcilio
ciuitatis,& iubẽt populũ cõgregare,
& habito ſermone ad populũ, corã cle
ro & populo edicta monitoria quę hę
reſim ſapiũt publicè legi, vt ſub pęna
excom-



excommunicationis vnuſquiſq; hæ-
reticos, vel ſuſpectos, vel infamatos
de hæreſi coram inquiſitoribus de-
claret: etiã ſi hæreſis ſit occulta ſciẽs
tenetur denunciare. S. Thom. 2.2. q.
70.& ibi Caie. Alphonſus Caſtren.li.
2.de iuſta hæreticorum punitione.c.
25. Septi.in inſtitu. catho. cap. 18.in
fine. quo facto inquiſitores recipiant
iuramentum in vnaquaque parro-
chia à cura parrochiali, & ab alijs pro
bis & honeſtis viris ſuper prædictis:
tunc poterit inquiſitor procedere ad
punitionem delictorum tribus mo-
dis: accuſando, inquirendo,& denun
ciando. iuxta tex.in.c. ſuper his. &. c.
qualiter & quando, in.2, de accuſa.c.
licet Heli. de ſimonia. Hunc proce-
dendi modum in hoc crimine ſcrip-
5 ſit Gundiſſal. de Villa.de hære.quęſt.
8.col.1.&.2.&.q.10.in prin. & latè Ia
co.Sept.in inſtitu.catho.c.43.per to-
tum.& contra hæreticos abſentes,&
contumaces proceditur in hunc mo
dum: quòd vocentur, vt intra certũ
tempus veniant reſponſuri, ſub pœ-
na excommunicationis lapſo termi-
no, ſi non comparent, promotor fiſ-
calis accuſat eius contumaciam, &
petit literas denũciatorias. Et ſi poſt
annum in contumacia,& excommu
nicatione permanet, extunc decla-
ratur hæreticus.c. cum contumacia.
de hæret.lib.6.l.32.titu.9.pa.1.& mo
dum procedendi contra hæreticos
contumaces refert Capella. Tholo.
deciſio.365.incip.in hoc anno. & Ia-
co. Septi.in inſti.catho.c.2.in prin.&
& ibidem num.6. inquit, allegando
quoddam decretum factum Barchi-
nonæ ab inquiſitoribus generalibus,
anno.1493.quod poſt annum audiũ
tur hæretici quoad pœnam corpora-
lem, & non quoad bona publicata.
iuxta.l.annus.ff.de requi. reis.l.2. C.
eod.tit. contra Pau. Grillan. de hære-
ti.quæſt.8.num.3. alij ſimiliter ſunt
caſus qui ſummariam cognitionem
requirunt, quos refert. clẽ. diſpendio
ſam de iudi.glo. magiſt.in. l.3.§.ſciẽ-
dum in verb. ſummatim. ff. ad exhi-
ben.glo.in.l.iudices. C. de iudi.gloſ.
in.l. nec quicquam.§. vbi decretum.
ff.de offi.procon.& lega.glo.in verb.
ſummatim.in cap. quoniam frequẽ-
ter.§.porrò.& in.§.ſi verò vt lite non
cõteſta.ſing.lex regia.6.ti.22.p.3.l.7.
7 titu.2.vbi optima gl. p.3. ¶Præterea
in delictis enormiſsimis non eſt ſer-
uandus ordo iudiciorum. Hippo. in
practi.crimin. §. diligenter: nu.165.
allegando Paridem de Puteo, idem
tenentem: idẽ in conſi. 127. ſuperio-
ribus annis.nume.16.atque in leuio-
ribus delictis.Bart.in.l.leuia.ff.de ac-
cuſa.Ang.in tract. de accuſa.in verb.
hæc eſt quædam inquiſitio.col.7.vbi
allegat auten.niſi breuiores.C.de ſen
ten.ex breui reſci.eſt.l.5.titu.22.p.3.
gloſ.in.c.1.de lib.obla. petitio.60.de
8 Madrid, anno.1534. ¶Item in ruſti-
corum lites ſummatim & omni bre-
uitate ſunt terminandæ. ſing. eſt tex.
in autẽ.de quęſtoribus.§. ſi verò ſunt
aliqui.col.6.ne laboribus &. expenſis
grauentur,& ne ab operibus ruſticis
diſtrahantur.l.2.C.de ferijs.l.4.C. de
defenſo.ciuita. ¶Item cauſæ fiſcales
9 ſunt ſummariæ.l. pe. vbi Bart. C. de
conuenien. fiſ. debito.l. miſsi opina-
tores.C.de exacto.tribu.li.10. Iaſ.in.
l.properandum.nume.10.C.de iudi.
¶Item cauſa depoſiti requirit ſum-
mariam cognitionem.l.ſi quis vel pe
cunias.& auten.ibi poſita.& Bart. C.
depoſiti. Petrus de Raue.in alphabe-
to aureo, in verb. depoſitarius.fol.33.
10 col.2.¶Item cauſæ illorum qui in car
ceribus ſunt, ſummatim & omni bre
uitate ſunt terminandæ.l.fi.C.de cu-
ſto. reorum. ibi ne cuſtodia diutina
maceret. Bart. tracta. de carceribus.
in fine.

in fine. Hippo.in practi.crim.§. attin
gam.nume.75.& communiter ſunt
pauperes: & cauſa pauperũ prius eſt
terminanda quàm diuitum.tex. vbi
gl.ſing.in.c.in primis:2.q.1.
¶Item in viſitatione eccleſiarum,
aliorumve locorum proceditur ſum
mariè.cap.fin.vbi Inno. nume.4. de
cenſi.
11 ¶Item cauſa dotis eſt ſummaria.latè
Pala.Rub.in rep.c. per veſtras. par.2.
§.1.verſi.ſed eſt pulchra,in fine.
¶Item alia cauſa ſummaria habetur
in.l.5.ti.3.li.7.ordi.Item alia in.l.121.
in libro gabellarum.
12 ¶Finaliter, omnis cauſa executiua
eſt ſummaria. Inno. in ca.ex tenore,
in prin.de appella.Alex.& Iaſ.in.l.in-
tra.ff.de re iudi. Bart.in.l.à diuo Pio.
§.in venditione.ff.eo.tit. Guido, de-
ciſio.329.l.6.tit.2.2p.3.l.4.tit.8.lib.3.
ordi.l.64. Tauri: & in his cauſis ſum-
marijs & notorijs ordo eſt, non ſerua
re ordinem. Bald. per tex. ibi. in cap.
ad noſtram. 3. de iureiuran. Hippo.
practi.crimi.§. ſecunda quæſtio. nu.
43.circa quod vnum tanquã quoti-
dianum omittendum non eſt: quod
quando aliqua cauſa eſt ſummaria,
vt ſunt prædictæ, omnia adminicula,
& omnes articuli ab ea dependentes
ſunt ſummarij. Bart.in extraua. ad re
primendum.in verb.ſummarie. quo
modo in crimi. læſę maieſt. pro. Pe-
trus Gerar.ſing.23.incip.notãt Bart.
& alij.&c.

## SINGVLARE CXLVI

### *SVMMARIVM.*

1 *Papa de crimine hæreſis poteſt condemnari.*
2 *Nonnulli Pontifices fuerunt hæretici.*
3 *Papa in his quæ ſunt fidei, vt priuatus poteſt errare.*
4 *Papa etiam poſt mortem poteſt damnari.*
5 *Concilium generale eſſet iudex competens contra Papam hæreticum.*
6 *Orbis maior eſt vrbe.*
7 *Concilium generale in tangentibus fidem nõ poteſt errare,*
8 *Papa per duos teſtes poteſt conuinci.*
9 *Qui teſtes ſunt neceſſarij ad purgationem faciendam.*
10 *De nullo alio crimine præter hæreſim poteſt Papa condemnari.*
11 *Imperator hæreticus per ſummum Pontificẽ punitur & deponitur.*

1 PApa de crimine hę-
re. poteſt accuſari
& condemnari. c.ſi
Papa. Vbi gl.in ver-
bo.àfide deuius.40.
diſt. Archi. in. c. in
fidei fauorem. de hære.li.6. Anto.de
Butrio.in ca.fraternitatis.in prin.eo.
tit. Card.in Cle.2. §. cæterum in fine
de electio. Abb.in conſi.Baſili.dubio
primo.nume. 15.& in ca. ſignificaſti
ſup.glo.2.de electio.Feli.in ca. 1. nu.
2.de ſimo.& in ca. cum quidam.n.5.
de iureiuran.Decius.in.c.cum tenea
mur.nume.7.de præbe. & in.l.eſt re-
ceptum.num.5.in fine.ff.de iuri. om
ni.iudi.Hippo.ca.ac ſi cleri.§.de adul
terijs.num.74.de iudi.& in ſing.683.
incip.aliâs in repetitione mea. Gun-
diſ.de Villa.de hære.q.7.nume.6. Al-
phon. Aluarez Guerrero in theſauro
religionis chriſtianæ.tit.de hære. nu.
21.Ludo.Carre.de hære.§.viſo.num.
4. Alberi. optimè in rub. C. de hære.
nu.4.Ioan. Nicola. de hęre. nota.12.
dicens, quod totus mundus ſequitur
glo.ſupra allegatam.Iaco.Septi.in in
ſti. cath.cap.44.nu.33.vbi optimas
rationes & fundamenta ſcripſit.vn
de dicit.gloſſ. ſing.in verb.exceptio-
ne, in.c.licet de euitanda diſcordia:
2 de electio. quod in electione Roma.
Ponti.nulla exceptio opponi poteſt,
niſi



niſi de hære.eſt.gl.ſimi.in ca.1.de re-
nunci.lib. 6. & glo. in.c. ſi quis pecu-
nia.79. diſt. nam nonnulli Roma. Põ
ti.fuerunt hæretici: vt Anaſta. & alij
relati.in.c.Anaſta.19. diſt.ca. à recta.
24.quæſt.1.cap.nunc autẽ. 21. diſt.c.
maio.de bap.notat Abb.in.q.1. poſi-
ta poſt concilium Baſiliẽ.num.21.La
tè Petrus de Monte Veneti. de con-
cilio generali.q.8.de concilij præemi
nentia.num.3.& Anto.Roſellis de po
teſtate Impera.& Papæ.fo.35.nume.
7.quia Papa in his quæ ſunt fidei, vt
priuatus poteſt errare: ſtatim enim
deſinit eſſe Papa cum non ſit de cor-
3 pore eccleſiæ.c.Acatius, & ibi gl. 24.
quæſt. 1. vnde inquit Pau. ad Gala.c.
1.Et habetur in cap.cum ergo.24. q.
3.ſi poſsibile eſſet quòd angelus de
cœlo aliquid contra fidem diceret
aut ſentiret.anathema ſit.Hoc refert
Gundiſſal.de Villa.de hęre.q.7.num.
5.& etiam poſt mortem de hoc cri-
mine hæreſis poteſt Papa condemna
4 ri.Hoſti. & Ioan. Andre.in.c.propo-
ſuit de conceſſ. præben. quos refert
5 Pau.à monte Veneti, vbi ſupra.q.8.
nume.7.& in hoc caſu concilium ge
nerale, vel cetus cardinalium eſſet iu
dex competens, vt dicit Archi.& alij
6 in.d.c.in fidei fauorẽ.gl.in.c. in ſino-
do.63.diſt.& habetur in directorio
inquiſitorum.pa.3. q.25.nam orbis
maior eſt vrbe. c.legimus.93. diſt. gl.
in.c.ſicut.15.diſt.latè Abb. in conci-
7 lio Baſilienſi, dubio.2.nume.18.con-
cilium generale in tangentibus fidẽ
errare non poteſt.c.maiores de bap-
tiſ.c.à recta.24.q. 1. Abb. in quæſt.1.
num.22.poſt concilium Baſili.id pro
batur authoritate Matthęi.c.28.Ego
enim vobiſcum ſum vſque ad con-
ſummationem ſęculi: & alibi dicitur.
Ego pro te rogaui Petre, vt non defi-
ciat fides tua. Quod dictum fuit in
perſona totius vniuerſitatis Eccle-
ſiæ: prout declarat Gundiſſal. de Vi-
lla.q.7.nu. 7. vbi ſupra. atque de hoc
crimine hæreſis per duos tantum te-
8 ſtes poteſt Romanus Pontifex con-
uinci & condemnari, glo.eſt ſing. in.
c.præſul.2.q.5. quam dixit eſſe ſing.
Abb.in.c.tertio loco.nume.6.de pro
ba.& in cap.quotiens in prin. & in.c.
ſuper eo.in.2.num.2. de teſti.& in.c.
licet vniuerſis, in prin.eo.tit. & in. c.
perpetuas in fine: de maio: & obediẽ.
& in rep.c.cum eſſes.num. 16. de te-
ſta.& in.c.at ſi clerici, in prin.de iudi.
& in.c.1.num.5.in fine, de procu. Pe
ru.in.c.vt officium. num.3. de hære.
lib. 6. anto. Corſe. ſing. incip. Papa.
fol. 176. col.2. Petrus Rauena in al-
pha.aureo in verbo, teſtis.fo.135. De
cius conſi.100. incip. in cauſa inquiſi
tionis in prin. Gundiſſal. de Villa. de
hære.q.13.num.9. omnes prædicti di
cunt prædictam glo. eſſe notabilem:
ſed ſi Romanus Pontifex de hoc cri-
9 mine vult ſe purgare. 12. teſtes ſunt
neceſſarij.c.omnibus.2.q.5. & teſtes
in purgatione debent eſſe catholici
& integri, & fidei zelatores.c.filij vel
nepotes, de hære.lib.6.Gundiſſal.de
Villa.de hæreti. quæſt. 13. nume.14.
omnia dicta tantum locum habent
in crimine hæreſis: de alijs verò crimi
nibus à nemine poteſt iudicari vel
10 condemnari Romanus Pontifex, qui
cunctos iudicat.c.nemini.17. q.4.ca.
nemo.9.q.3.c. ſi Papa.40. diſ.etiam ſi
crimen ſit notorium, & detur incor-
rigibilitas.c. cuncta per mundum.9.
quæſt.3. Præpo.expreſsè in dict. cap.
ſi Papa. Abb.in quæſt.prima poſt con
11 cilium Baſilienſe poſita in prin. Ioan
nes Nicola.de hæreticis nota. 12. in-
cip. ſi Papa. in fine. Idem dicendum
eſt de Imperatore, qui de crimine hæ
reſis puniri & deponi poteſt per ſum
mum Pontificem, vt fuit Imperator
Federicus, qui ob crimen hæreſis fuit
de-

depoſitus.c. ad apoſtolicæ, de ſentẽ. & re iudi.lib.6.Bar. & Bal.in.l. fin. C. de legi. Ludouicus Carrerius de hære.§.viſo.num.3.

### SINGVLARE CXLVII.

PApa ſolus & non aliquis inferior poteſt decidere quæſtiones dubias, quæ de fide aut de religione oriuntur.cap.maiores de baptiſ.cap. frater noſter.16.queſt.1.ca. quotiés. 24.quæſt.1.& in Exodo.ca. 18. id clarè colligitur, vbi Ietro Moyſi dixit. Prouide de omni plebe viros prudẽtes & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam: & conſtitue ex eis tribunos, centuriones, decanos, qui iudicent populum omni tempore: maiora autem referant ad te, id eſt, legis præcepta & alia huiuſmodi: vt optimè declarat Alb. in.c. ad abolendam.2. col. de hære. & Alphonſus Guerrero in theſauro religionis Chriſtianæ.nu.24.

### SINGVLARE. CXLVIII.

PApæ obediendum neutiquã eſt, ſi aliquid præcipiat quòd hæreſim ſapiat, vel turbat ſtatum eccleſię, vel in detrimentum fidei, aut in fauorem hæreticorum. Hoſti.& Ioan. Andre.in cap.propoſuit, de conceſ. præben. Carrerius. de hære. nume.99. Iaco. Septi.in inſtit.catho.ca.44.num. 31. quod comprobari poteſt ex.c. cũ teneamur.de præben.cap. ſi quando de reſcrip. Idem eſt, ſi aliquid Romanus pontifex contra bonum reipublicæ faciat vel ſtatuat, vel in detrimentum beneficiorum patrimonialium Caſtellæ: videlicet quod alienigena in hoc regno Caſtellæ beneficia obtineat: idque manu Regia defendi poteſt, ſalua ſemper in omnibus ſummi Pontificis authoritate. Guillermus Bene.in.c. Rainuntius, in verbo, vxorem.nu.454. Marti. Nauarrus.in.ca. cum contingat. dubio primo, fundamento. 10. de reſcrip. Iacob.Septi.in inſtitu.catho.c.44.numer.32.

### SINGVLARE CXLIX.

PAter non tenetur dotare filiam hæreticam vel Iudæam.l. cognonimus. C. de hære. glo.in.l.ſi vero.ff. de in rem verſo. Bald.in authẽ. reſq; in fine.C.communia delega. Roma. in.l.1.ff.ſol.matri.Iaſ.in.§. fuerat. nu. 112.inſti.de actio. regulariter paternum officium eſt filias dotare, & in matrimonium collocare.l.fi.C.de dotis promi.l.qui liberos.ff.de ritu nuptia.l.dotem dedit.ff.de colla. bono.l. 8.tit.11.pa.4.de qua re videndum eſt ſingulare.129.ſupra poſitum.

### SINGVLARE CL.

PAter non eſt idoneus teſtis in cauſa ſui filij.l. parentes. C. de teſti.l. etiam.C.eod.titul.ca.ſi teſtes.§.item idonei.4.q.3.l.11.&.14.titul.16.pa.3. propter nimiam affectionem quam pater erga filium habet.l. iſti quidẽ. ff.quod met.cau.l.fin. C. de cura. furio.quæ.l. inquit, quòd nullus amor eſt qui vincat amorem paternum.l. humanitatis intuitu. C.de impub.& alijs ſubſti.l. de creationibus. C.de epiſcop.audien.gl.& doct.in c.traſmiſſæ, qui filij ſunt legi. Sed in cauſa fidei, pater eſt idoneus teſtis in cauſa filij: quia agitur de propria ſalute ipſius filij, & non de damno vel incommodo alicuius. Ita dicit Anto. de Butrio.in.c. in omni negotio. Vbi Alb. numè.3.de teſti. Sed an ob id mitiori pœna filius ſit puniendus, videtur,

quòd



quòd ſic: per tex.ſing. in.l. milites agrum.§.deſertorem ff.de re mili. vbi cautum eſt, quòd ſi filius commiſit delictum morte dignum, & pater eũ offerat & exhibeat iudici, filius non morte, ſed alia mitiori pœna, vt puta exilij puniendus eſt: quam.l. dixit eſſe ſing.Pau.Caſt. & Sali.in.l, propter inſidias.C.de his qui accuſ.non poſſ. Ang.in.l.ſi adulterium cum inceſtu. §.liberto.ff.de adulte.Iaſ.in.l.1. num. 4. C.de his quibus vt indig. Feli.in.c. quærenti.num.6.de offi.delega.& in ca.accuſaſti.nu.4. de accuſa. Hippo. in.l.1.§. ad quæſtionem. num.16.& in.l.vnius.§.ſeruus.num.7. ff.de quæſtio.Pala.Rub. in.c.per veſtras.§.17. num.4.fol.65.col.1.de dona.inter virum & vxo. Latè Ioa. Neuiza in ſua ſilua nuptia. fol. meo.lib. 19.col.1.& 2.& Cepola.in cautela.1.in ordine, vbi affirmat.d.§.deſertorem: habere locum etiam in crimine læſæ maieſtatis, allegando Pau. de Caſt. & Sali.in d.l.propter inſidias.

### SINGVLARE CLI.

PArentes à ſuis filijs non ſunt exhæredandi: alioqui parẽtibus cõtra filiorum teſtamenta competit querela.l. nam etſi parentibus.l. pater filium.ff.de inoffi. teſta.l.cum filium.C.eod.titu.auten.in teſtamento.C.ad Tertul.& in.§. fi. inſti.de exhæreda. libe.l.1.in fine. titul.8. p. 6.l. 8.tit.13.p.6.ſed ſi parentes ſunt hæretici, à filijs ſuis optimè poſſunt exhæredari.c.excommunicamus.1.§.credentes.de hære.auten.vt cum de appellat.cogno.§.ſi quis de prædictis liberis.col.8.l.11.in fine.titu.7.p.6.l.4. in fine.tit.26.p.7.

### SINGVLARE CLII.

PAtria poteſtas tollitur propter crimen paternum hæreſis: & ſtatim filij liberantur à patria poteſtate ca.2.§.fi. vbi gl. & docentes de hære. lib.6. Peru.in ca.ſtatutum.nu.4. eod. tit.& lib. Latè Ioan. Nicola. de hære. nota.14. incip. hæreticorum. Ludo. Carrerius de hære.§.nunc de pœnis. num.34. aliter verò eſt pro alijs delictis.l. relegatorum. ff. de interdictis, & relega.& in.§. relegati inſti. quibus modis ius patriæ poteſta. ſolui.l. 3.tit.18.p.4.

### SINGVLARE. CLIII.

POEnam non meretur quis propter ſolam cogitationem, ſi vltra non progreditur.l.cogitationis.ff.de pœnis.c. cogitationis. de pœni. diſt. 1.l.2.titu.31.p.7.quod fallit in crimine hæreſis: ſola etenim voluntate cõmittitur: ideo meritò ſola voluntas & cogitatio punitur.c. excommunicamus in.1.§.credentes, de hęre.glo. in verb.eo ipſo, in Clemẽ.1. de hære. Bald.in.l. ſi quis non dicam rapere in prin.C.de epiſ.& cleri. Ioa. Andre.in ca.1.num.11.de homi.lib.6. Anania in.c.ſi quis epiſcopus.de hære. Card. in Cle.1.§.ſane de vſuris. Peru.in.ca. 1.nu.6.de ſumma. Trini.& fide cath. Ioan. Nicola. de hære. nota.9. incip. notiſsima. Hippo.in.l.qui falſam. nu. 13. ff.de falſis. Vbi alios caſus refert. & Ludo.Carre.de hære. §. verſa autẽ vice.numero quarto. allegan.Bal.in. l.ſi quis non dicam rapere. C. de epiſ. & cleri.

### SINGVLARE. CLV.

POEna corporalis propter pœnitentiam in delictis conſummatis maximè atrocibus, non tollitur.l.qui ea mente. vbi Bar. ff. de furtis.l.quis ſit fugitiuus.ff.de ædili. edicto.l.pen. ff. vi bonorum raptorum: quæ iura

 dicunt

dicunt, nemo ſua pœnitentia delinquẽs eſſe deſinit, vt pœnam corporalem euitet. Sed in crimine hæreſis aliter eſt, quòd perpetrans illud, euitat pœnam corporalem per ſpontaneã confeſsionem. l. Manichæos. C. de hære. ibi. delicti veniam petentibus damus. l. fi. in fine. C. de ſumma Trinit. & fide catho. cap. ad abolendam. de hære. ibi, niſi continuo poſt deprehenſionem, & ibi, confeſtim ad fidẽ confugerit. vbi Albe. nume. 6. inquit ſi hæreticus in continenti, & ſpontè redit ad fidem, euadit pęnam mortis: licet aliud ſit in alijs delictis. Idẽ Alb. in. c. excommunicamus. 1. nu. 16. eo. tit. dicens, quòd ad fidem poteſt redire, vt non patiatur pœnam ignis: etiã poſt condemnationem & ſententiã diffinitiuam, ante realem traditionẽ iudici ſæculari. Hanc opinionem dicit eſſe communem Boerius deciſio. 343. declarat Gundiſſal. de Villad. de hære. q. 20. col. 1. quod latiſsimè examinat Paulus Grillan. de hæreti. q. 5. nume. 3. cum ſequentibus: ſed in prima inſtructione Hiſpalenſi, cautum eſt. c. 12. quòd vſque ad prolationem ſententiæ, quam refert Iacob. Septi. in inſtitu. catho. c. 46. nu. 9. & in prædicta prima inſtructione Hiſpalenſi. c. 8. & 11. cautum eſt, quòd ſi ſponte ſuos errores fatetur, antequam denũcietur vel accuſetur, vel poſt capturam, vel ante publicationem teſtiũ, ad perpetuos carceres damnandus non eſt, ſed publicam agat pœnitentiam cum ieiunijs & orationibus, per tempus biennij, vt in concilio Agathenſi. c. 60. & nonnulli, vt quendam habitum duplici Cruce ſignatum publicè portent, per tempus ab inquiſitoribus præfinitũ, vt in quarta inſtructione Toletana. c. 9. & huiuſmodi habitus datur pœnitentibus, vt ſint notiores & humilitenur: quod originẽ habuit à. 3. li. Regum. c. 21. vbi Achab rex impijſſimus propter vineam Naboth eũ occidit, & ab Helia fuit correptus, & publicam pœnitentiam fecit, & poſuit ſaccum ſuper carnem ſuam, & ieiunauit & dormiuit in cilicio. c. Achab. de pœni. diſ. 3. atq; olim publicè pœnitentes ſacco & cilicio vtebantur. c. pœnitens. c. in cap. 50. d. & Iudæi debent portare habitum diſtinctum à Chriſtianis, vt ex qualitate habitus diſcerni valeant. cap. in nonnullis de Iudęis. l. 4. & l. 27. & 37. tit. 3. lib. 8. ord. & dicit Alb. in. d. c. in nonnullis quòd non debent pœnitẽtes occultare tale ſignum, alias puniuntur: quia de non entibus & non apparentibus idem eſt iudicium. l. in lege fundi. ff. de contra. emptione. l. reprehendenda. C. de inſtitu. & ſubſti. ſub condi. factis.

## SINGVLARE. CLVI.

POenam in iure ſtatutam ſine vrgentiſsima cauſa iudex non poteſt minuere vel mutare, alias iudex puniendus eſt eadem pœna, qua reus puniendus erat. l. fin. in fine. C. ne ſacrum. bap. reite. quam dixit ſingul. Roma. ſing. 77. incip. veni. Feli. in c. qualiter & quando. §. ad corrigendos. num. 44. de accuſa. & in. c. de cauſis in princip. de offic. delega. Petrus de Rauena. in alpha. aureo, in verbo delicta, fol. 27. col. 3. Couarru. libr. 2. varia. reſolu. cap. 9. in princip. ne iudex ſit clementior lege. c. iudicet. 2. q. 7. l. 1. C. de legi. ſed inquiſitores hæreticæ prauitatis pœnas expreſſas poſſunt commutare vel minuere. c. vt commiſsi, de hæret. libr. 6. tenuit Gundiſſal. de Villa. de hæret. q. 8. nu. 7. Franciſ. Squillacen. de fide catholic. cap. 22. quod verum eſt, niſi cum relapſis, cum quibus nulla conceditur inquiſitoribus diſpenſatio. c. excom. 1. §. illos de hære. cap. accuſatus. eod. tit. & lib. Fran. Squill. de fide catho. c. 20. in fine. Sed hodie limitatus eſt text. in. d. c. vt commiſsi. quòd ſolus inquiſitor generalis poteſt diſpenſare circa pœnam perpetui carceris, & habitus, & pœnitentiarum: vt in quinta inſtructione Hiſpalenſi. c. 7. & in quarta Toletana. c. 9.

## SINGVLARE CLVII.

POenalis vel etiam exorbitans lex vel conſtitutio fauore fidei largo modo eſt interpretanda & extendenda: ita dicit Ioan. Andre. in cap. pen. qui filij ſunt legi. Peru. per text. ibi. & in. c. ne aliqui. num. 2. de hæret. lib. 6. Feli. in cap. fin. num. 3. de magiſtris. Gundiſſal. de Villad. de hæret. q. 13. nu. 17. his accedat. glo. ſing. in verbo, alios. in. c. ſciant cuncti. de elect. libr. 6. quam dicunt eſſe ſingul. Alb. & Feli. in. c. non dubium. de ſentent. excõm. idem Alb. in. c. ex tenore, qui filij ſunt legi. & Feli. in. d. c. fin. nu. 3. quòd quando agitur de vtilitate & ſalute animæ, conſtitutio quantumcunq; pœnalis extenditur: prout eſt in caſu præſenti: & quando agitur de vtilitate publica vt hic, Bart. in. l. 2. §. exercitium. ff. de his qui. nota. infa. Decius conſil. 372. nume. 8. regulariter contra. l. cum quidam. ff. de lib. & poſth. c. ſtatutum. de ſen. excom. lib. 6. Barto. in. l. præcipimus. §. fin. C. de appella. authen. quas actiones. vbi latè Iaſo. C. de ſacroſanct. eccleſi. & in rub. ff. de re iudi. num. 11. & 13. & in l. de quibus. num. 21. ff. de legi.

## SINGVLARE. CLVIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Grauiori pœna corporali viles quàm nobiles puniuntur.*

2 *Sola nobilitas eſt legitima cauſa minuendi pœnam.*

3 *Doctor & miles mitius ſunt puniendi.*

4 *Nobiles de conſuetudine non ſuſpenduntur.*

5 *Viles malunt habere carnem fractam quàm veſtem.*

6 *Pœna corporalis minima, maior eſt quacunq; pecuniaria in nobilibus perſonis.*

7 *Pro crimine hæreſis æqualiter puniuntur nobiles ſicut plebei.*

1 POEna corporali maiori & grauiori puniuntur perſonæ viles & ignobiles, quã nobiles ſeu diuites, vel in dignitate conſtituti: licet hi pecuniaria pœna grauius cõdemnentur. l. aut facta. §. perſona. ff. de pœnis. l. pedius. & l. fi. ff. de incendi. ruina, & naufr. l. fi. C. ad. l. Flauiam, de Plagia. l. 1. §. item diuus. ff. de ſicarijs. l. fi. C. vt nemo priuatus. titu. præ. ſuis vel alie. impo. vbi ponens titulos vel vexilla regia ſuis rebus, ſi eſt plebeius, pœna mortis punitur: ſin autem nobilis fuerit miles, vel clericus, deportatur. c. qui cõtra. vbi gl. ſing. 24. q. 1. gl. vbi plenè docentes, in. c. cũ quidam de iureiura. gl. in. c. cum beatus. 65. diſ. gl. in. c. nõ cogãtur. 11. diſt. gl. in verb. verberibus. c. fraternitatis. 12. q. 2. gl. in. c. in iudicijs. de regu. iu. lib. 6. gl. in parte inferiores. in cle. multorum de pœnis. Plenè Tiraq. tract. de nobilitate. c. 20. nu. 104. Couarru. lib. 2. reſolu. c. 9. Iacob. Septi. in inſtitu. catho. c. 8. num. 13. l. ſing. regia. 8. titu. 31. p. 7. ibi. mayor pena deue de dar al pobre que al rico. Otalora optimè in tracta. de nobilitate. §. parte principali. c. fin. num. 4. vbi omnia nobilium priuilegia congeſsit. Vnde dicit Bald. in. l. fin. C. de ſumma Trinitat. & fide catho. Bart. in. dict. l. pedius.

dius.§.fi.ſequitur Hippo.in.l. ſi quis
vidua.nu.28.ff.de quæſtio.&in.l.1.§.
2 item diuus.num.8.ff.de ſicarijs:quòd
ſola dignitas vel nobilitas eſt legiti-
ma cauſa minuendi pœnam. Ideo di
cit Roma.ſingu.574.incip.ſcis quòd
doctor.quòd ſi doctor delinquit, mi-
3 tius puniendus eſt quàm alius ciuis
vel plebeius.Allegat ipſe.l.more.&.l.
fina.ff.de pœnis: &.l.ſtatu liber.ff. de
quæſtio.vnde ſing. inquit Bart. in. l.
4 deſertorem.§.pœna.ff.de re mili.&
in.l.moris.§.ſed etiam.ff.de pœnis:
quòd ſicut nobiles de conſuetudi-
ne in Italia & Gallia propter delicta
furca non ſuſpenduntur.glo.in part.
torqueatur.in.l.3.ff.de re mili.&Bal.
in.cap.§.ſi quis ruſticus de pace te-
nenda.Abb.in.c.paſtoralis.in princ.
de offi.de lega.l.ſing.24.tit.2.part.2.
ita neq; plebeius diues.ita Bar.clarius
per text.ibi.in.l.capitalium.§.ſerui.
ff.de pœnis.quia plebei honeſti & di
uites,quoad pœnas nobilibus æqui-
parantur.Sequitur Feli.in.c.cum qui
dam num.5.de iureiuran. Petrus de
Rauena.in alpha.aureo,in verbo no-
bilitas,in fine.Palat.Rub.in rep.rub.
de dona.inter virum & vxor.§.9.nu-
mer.19.viles enim & plebei magis
5 volunt habere carnem fractam, quã
veſtem: vt dicit Salic.in.l.& ſi ſeue-
rior.col.2.C.ex quibus cauſ.infami.
irroga.Hippoly.in.l.1.§.item diuus.
num.7.ff.de ſicarijs:& ita intelligen-
da eſt.l.in ſeruorum,in fine.ff.de pœ
nis:quæ probat quòd pœna corpo-
ralis minima, maior eſt quæcunque
pecuniaria in perſonis nobilibus: in-
telligenda eſt, & non in vilibus per-
ſonis, quæ malunt pati in corpore,
quàm in bonis. Ita dicit idem Bart.
in.l.1.§.fi.ff.de pœnis.Feli.in.c.ad li-
berandum.nume.4.de Iudæis.Sed fa
uore fidei,pro crimine hæreſis æqua
liter puniuntur nobiles ſicut plebei:
nullo habito reſpectu ad gradus &
dignitates. Ita dicit Archid. in.cap.
qui contra pacem.24.quæſt.1.facit.l.
Arriani.C.de hæreti. tenet expreſsè
Feli.in.d.cap.cum quidam.num.5.&
in.c.paſtoralis.col.1.de offi.delegã.
vbi regulam &.9.fallẽtias in hoc ſcri-
pſit:& etiam in hoc crimine grauius
nobiles ſunt puniendi: quia nobiliũ
hæreſis grauior & pernicioſior eſt in
republica, quàm plebeiorum. Ita di-
cit Iacob.Septi.in inſtitu.catho.c.45
num.23 Ludo.Carrer.de hære.§.viſo
per totum.

## SINGVLARE CLIX.

PRæſcriptio centenaria,&non mi
nor,currit contra Romanam ec-
cleſiam.cap.de quarta.c.ad audien-
tiam.cap.ſi diligenti, in fine.de præſ-
cript.authen.quas actiones.C.de ſa-
croſanct.eccleſi.l.26.tit.29.part.3.l.
5.tit.11.lib.2.fori.ll. ſed bona hæreti-
corum quæ ad Eccleſiam Roma-
nam pertinent, ſi à filijs vel extra-
neis hæredibus catholicis.40.anno-
rum ſpatio poſsidentur, ab eis con-
tra Romanam eccleſiam hoc tempo
re præſcribuntur.cap.fin.§.fin. vbi
glo.Archi.&alij de præſcrip. vbi in
quit id eſſe ſpeciale in hoc crimine:
& Gundiſſal.de Villad.de hæretic.
quæſt.22.num.3.

## SINGVLARE CLX.

PRæſcriptio.40.annorum currit
contra eccleſiam vel monaſte-
rium.cap.placuit.§.poſt.16.q.3.c.de
quarta.c.ad aures.c.veniens de præ-
ſcript.l.26.titul.29.part.7.quod fal-
lit,quando epiſcopus alicuius eccle-
ſiæ eſt hæreticus: nam aduerſus eius
eccleſiã nõ currit huiuſmodi prẹſcrip
tio: qa interim eccleſiã vacare intelli
gitur.



gitur.c.1.vbi glo.& docentes de prę-
ſcrip.c.quia diuerſitatem.de conceſ.
præbe.gloſſ.ſing.in.c.prima actione.
16.q.1.quæ hoc ampliat,etiam ſi præ
latus eſſet tãtum excommunicatus,
quòd interim contra eccleſiam non
currit præſcriptio.Hoſtien.in ca.cũ
non liceat.vbi Abb.nume.7.de præ-
ſcrip.bene Felin.in.c.inter quatuor.
num.3.de maio.& obedien.poterit
eſſe ratio:quia interim nõ poteſt age
re:& paria ſunt, nullum habere præ-
latum eccleſia, vel habere inutilem.
cap.2.§.ſed neq;.de tranſla.epiſcop.
& dicit.gloſſ.ſingu.in verbo orbitan
tes,in.l.fina.C.ad.l.Flauiam,de Plagi.
quòd vxor quæ habet virum inuti-
lem,dicitur vidua.Iaſo.in.l.quotiens
ff.qui ſatiſd.cogan.latè in.l.4.§.con-
demnatum.ff.de re iudi.&in.l.licet.
C.de procu.Hippoly.ſingul.431.in-
cip.dixi tibi.& conſi.120.in hac cau-
ſa.col.1.& id quòd dictum eſt, quòd
ſola quadragenalis præſcriptio cur-
rit contra eccleſiam, intelligendum
eſt,in actionibus realibus:in perſona
libus verò,datur eccleſiæ tempus or-
dinarium, vt in actione redibitoria,
& in alijs.gloſſ.eſt ſingul.in parte re-
ſtituerent.in cap.cum cauſam de em
ptio.& vendi.quam ibi. Albe.& alij
ſequuntur,& Antoni.Corſ.in ſingul.
incip.præſcriptio licet regulariter.
fol.176.col.4.

## SINGVLARE CLXI.

PRæſcriptione.20.annorum deli-
cta tolluntur.l.querela.C.de fal
ſis.notatur in.l.ſed ſi vnus.§.ſin au-
tem.ff.de iniurijs.c.cum venerabi-
lis de exceptio.gloſſ.in par.poſt ſen-
tentiam.in.cap.1.eod.titul.Albe.in
cap.cum haberet.nume.4.de eo qui
duxit in mat.quam pol.per adul.l.5.
tit.7.p.7.etiam ſi delicta ſint occulta,
& contra iudices ignorantes: ita di-
xit ſing.Bald.per tex.ibi.in.l.fi.C.de
edẽdo.& in.l.captatorias in fin.C.de
mili.teſta.quod optimè facit ad ru-
brum & nigrum.C.&.ff.ne de ſtatu
defunctorum poſt quinquẽniũ.quæ.
& ad petitionẽ.116.de Madrid.anno
1528.quod illud tempus duorũ men
ſium datum iudicibus ad accuſandũ,
contra ludentes ludo alearum,proce
dat contra iudices etiam ignorantes,
atque etiam ſi ludus eſſet occultus.
Ideo dicit Bald.in.c.fin.verſic.ponè
quòd maleficium.de offi.delega.ſe-
quitur Hippol.in.l.fi.in prin.ff.de iu-
riſ.omni.iudi.quòd ſi ſtatutum ponit
terminum intra quod debet inquiri
de aliquo delicto, etiam ſi delictum
ſit notorium,& per confeſſionem de
linquentis conſtet de delicto,non po
teſt inquiri: præſertim, quòd omne
tempus datum à lege, regulariter ab
initio, & medio, & in ſuo progreſſu
eſt continuum, & currit ignoranti,
ſeu abſenti,vel impedito.gloſſ.& ibi.
Bart.in rub.ff.de diuerſ.& tempo.
præſcrip.glo.in verbo non ceſſanti-
bus,in.l.contra maiores.C.de inoffi.
teſta.gl.in prin.inſti.de vſucapio.gl.
in parte annum.in.§.rurſus.inſti.de
actio.gloſſ.ſing.in.l.fin.C.de tempo.
in integ.reſti.glo.in parte continuũ
in Cle.vnica.de in integ.reſti.Bald.in
l.fi.in fine.C.de dilatio.& in.l.2.nu.
8.C.de edili.actio.& in.l.ſi quando.
numer.7.C.de teſti.Iaſo.in.l.2.col.
pri.C.qui admitti:& in dict.l.contra
maiores.Latè Feli.in.cap.quærenti.
col.1.de offi.delega.Hippol.in pract.
cauſ.crimi.§.conſtante.num.87.cũ
ſequẽ.ſed in crimine hæreſis hoc ſpe
ciale reperitur, quòd delinquens om
ni tempore poteſt accuſari:etiam vſ-
q; ad mille annos.l.apoſtatarum.
C.de apoſta.quam.l.ad hoc allegat.
glo.fin.in.d.l.querelam.ca.1.de ho-

mici.lib.6.Franciſcus Balb. de præſcrip.quarta parte prin, poſt principium. Gundiſſaluus de Villa.de hæreticis.quæſt.22.num.3. Hippoly.in.l. qui falſam monetam.§.accuſatio.nume.2.ff.de falſis. dicens idem eſſe in crimine ſimoniæ,falſæ monetæ,& læſæ maieſtatis:diuturnitas enim temporis peccatum non minuit, ſed potius auget.c.cum haberet in fine. de eo qui duxit in ma.&c.ca.fi. de conſue.ca.non ſatis de ſimonia, vnde dicit gloſſ.ſing. in verbo pœnitentia, in.c.admonere.33.q.2.quòd in foro conſcientiæ nulla vnquam currit præſcriptio: quam dicit notab. Abb. in.d.cap.cum haberet.nume.4.& in c.licet cauſam.num.26.de proba.dicens per illam.gloſſ.quòd quando ius agendi fundatur ſuper peccato, nunquàm illud præſcribitur. Bald. hoc tenuit in.l.1.nu.38.C. qui accuſa.non poſſ.Feli.in.c. fin.nume.2. de præſcrip.

## SINGVLARE CLXII.

PRæſcriptio titulum & bonam fidem requirit.c.vigilanti.c.ſi diligenti.c.veniens.c.fi.de præſcrip.c. licet. 16. quæſt. 3. c. poſſeſſor malæ fidei.de regu.iur.lib.6.l.ſi aliena res.ff. de vſucapio.l. nullo iuſto.tit. præcedente.C.de rei vendi.& in princip. inſti.de vſucap.l.10.tit.29.p.3.& bona fides ſemper præſumitur.l.verius. ff.de proba.glo.in.c.3.alia in.d.c.ſi diligenti,de præſcript.& dicta.l.10. regia.Bart.in.l.Celſus.col. penul. ff. de vſucapio.Alex.conſi.375.incip. iuridicam eſſe.num.5.& conſi. 200. viſo in fine.vol.2.Decius conſi. 375.iuridicam eſſe.num.5.niſi ius commune ſit contra præſcribentem.c.1.de præſcrip.lib.6. Inno. Ioan. Andre. & alij in cap.2.de in integ.reſti.gl.in.d.l.10. quæ refert quinq; modos quibus probatur mala fides. Optime Dinus in d.reg.poſſeſſor,& per ſola indicia probatur mala fides alicuius,l. pen. vbi Bald.C.de euictio.Ange.in.l.1.C.de vſucap.trāſfor.Hippoly.ſing. 34.incip.mala fides, id quod ſupra dictum eſt fallit fauore fidei,& in odium hæreticorum in caſu. c. 1. de præſcrip. gloſſ.fi.in.d.reg.poſſeſſ.cap.porrò.c. placuit in.2.16.q.3.vbi ſi aliquis epiſcopus negligit populum ſuum reuocare ab hæreſibus, & alter epiſcopus eum reuocat, & fidem catholicam docet,illum populum præſcribit per triennium etiam in mala fide.

## SINGVLARE CLXIII.

PRæſcriptio quadragenaria, & nō minor, currit contra eccleſiam. c.de quarta.c.ad aures.c.veniens, de præſcrip.auten.quas actiones. C. de ſacroſanct.eccleſ.l.26.tit.29.pa.3.ſed introductum eſt fauore fidei catholicæ, quòd ſola triennalis præſcriptio currat contra eccleſiam in caſu. c. 1. de præſcrip.vbi glo. & docentes, dicūt illum caſum eſſe ſpecialem fauore fidei:idē probat.c.porrò.c. placuit in.2.in prin.16.q.3.

## SINGVLARE. CLXIIII.

PRiuilegium habent nonnulli reuocandi forum,vt non conueniātur niſi corā iudicibus in priuilegio contentis.l.ſi quis ex aliena prouincia.ff.de iudi.authen.habita.C. ne filius pro patre.c.cum ordinem.de præſcrip.ſed inquiſitores hæreticæ prauitatis poſſunt procedere contra quoſcunq; exemptos & priuilegiatos, & de crimine hereſis condēnare,nō obſtante quocunq; priuilegio exemptionis,etiam ſi ſint fratres minores, vel præ-



prædicatores,vel milites diui Iacobi. c.excommunicamus.1.§.credentes. c.ad abolendā.§.fi. de hære. Anchar. in.c.vt officium.nu.4.de hære.lib.6. Gundiſſal.de Villa. de hære.q.7.nu. 14.Iaco.Septi.in inſtitu.catho.c.34. nu.16.dicens:ita in practica fuiſſe iudicatum.Optimè Ludo.Carre.de hære.§.verſa autem vice,num.2.

## SINGVLARE CLXV.

### *SVMMARIVM.*

1 *Probationes ſint in criminalibus luce meridiana clariores.*

2 *Probationes quæ in ciuilibus ſufficiunt,in criminalibus non ſufficiunt.*

3 *Ex præſumptionibus indubitatis non poteſt poni pœna corporalis.*

4 *Ex præſumptionibus etiam violentis, non punitur pœna ordinaria delictum.*

5 *Ex pluribus præſumptionibus in ciuilibus fit integra probatio,ſed non in criminalibus.*

6 *An præſumptiones ſufficiant in crimine hæreſis ad condemnationem.*

7 *Ratione difficilis probationis,imperfecta probatio,pro plena habetur.*

8 *Declaratur dictum Innoc. in. c. ſicut de ſimonia.*

9 *In crimine hæreſis duo tantum teſtes ſufficiunt.*

10 *Teſtes eſſe oportet omni exceptione maiores.*

1 PRobationes in cauſis criminalib⁹ luce meridiana clariores eſſe debent.l. fi. C.de proba.l.ad dictos. C. de appella. cap.ſciant cuncti.2.quæſt.8.cap. Epiphanium.5.q.vltima.l.12.tit.14. p.3. l.ſing.26.tit.1.p.7.& oportet probationes in criminalibus ita eſſe certas, quòd nō poſſit probabiliter aliud diſſuaderi.Ita Bald.& Sali.in.d.l.fin. eſt ſing.tex.in.l.qui ſententiam.C.de pœnis:latè Ægidius Boſsius in pract. criminali.tit.de conuictis.num.13.Ideo præſumptiones quæ in cauſis ciuili-
2 bus ad condemnationem ſufficiunt, in criminalibus non admittuntur. Antoni.cap.quāto de præſumptio. Abb. in cap.2.eod.tit. Alex. conſil.15.viſo proceſſu.vol.1.Decius conſi.175.in cauſa falſitatis,nu.6.& in conſil.189. incip.lætatus ſum nu.3.quia pœna corporalis minima,maior eſt quacūque pecuniaria.l.in ſeruorum,in fine ff.de pœnis.Bart.in.l.1.§. finali ff. de pœnis.Hippol.in.l.1.§.item diuus,
3 num.6.ff.de ſicarijs. Hinc eſt, quòd ex præſumptionibus & indubitatis indicijs, non poterit iudex ponere pœnam corporalem, ſed pœnam pecuniariam pro delicto.Expreſsè Gandi.id tracta.malefi.rub. de præſumptionibus indubitatis, quæſtione prima,in fine dicens:quòd Bononiæ tēpore ſuo vidit per omnes doctores Bononiēſes practicari. Sequitur Alex. conſ.115.in cauſa inquiſitionis, in fi. vol.3.Cepo.in conſi.crimi.6. veritas primi dubij.nu.10.& cōſi.32. Decius in.c.tertio loco.n.12.de proba.hāc dixit eſſe communem opinionē.Hipp. in certis delictis ibi exceptis in repe. rub.C.de proba.nu.237.& reſpōdet ad.l.ſi qui adulterij.C.de adulte.& ad alia iura quæ videntur oppoſitū probare.Ideo dicit ſing.Inn.in.c.quia ve-
4 riſimile,in fine,de præſumptio. quòd ex præſumptionibus etiam violentis & indubitatis nō eſt ponenda pœna ordinaria delicti,ſed alia minor. Allegat Inn.text.in.c. afferte de præſumptio.vbi Salomon ex præſumptione violētiſsima adiudicauit mulieri filiū ſuū:nō tamē voluit aliā ad mortē cōdēnare, ad quā iuſtè erat cōdēnanda ſi legitimè eſſet probatū contra eā, q;


filium

filium alterius clam ſurripuiſſet. l. fi. C. ad l. Flaui. de plagi. l. 1. & pe. ff. eod. tit. Hoc dictum Inno. ſequitur Bald. in l. ſi fugitiui. num. 5. in fine. C. de ſeruis fugi. & in l. fi. C. de probatio. & in l. 1. C. de his qui latro. occulta. Alex. conſi. 15. viſo proceſſu. num. 10. vol. 1. Abb. in ca. auditis, num. 32. de præſcrip. & in dict. cap. afferte, num. 6. & in cap. quanto in princip. de præſumptio. Iaſ. in l. vt vim, num. 13. ff. de iuſtitia & iure. & in rep. l. admonendi, num. 234. ff. de iureiuran. Decius in c. tertio loco. num. 12. de proba. Idē Decius in cap. cum venerabilis. nu. 20. de exceptio. & in l. 1. lectura ſecunda, nume. 60. ff. ſi cert. peta. & ibi num. 63. hanc fatetur eſſe communem opinionem, ſequitur Hippoly. in l. 1. §. item diuus. num. 37. ff. de ſicarijs. Plenius in rub. C. de proba. nume. 241. & in l. 1. num. 57. C. de ſicarijs: vbi aliqua ex prædicto dicto Inno. infert. & Martinus Nauarrus in c. ſacerdos. num. 163. de pœni. diſt. 6. Boerius deciſione. 164. Lucas de Pena. in l. quicunq;. C. de apoch. publi. lib. 10. & Franciſcus Brunus de indicijs, quæſt. 4. primæ partis, colu. fin. & Thomas Ferrarius cautē ſupra. num. 5. Thom. Gramma. in voto. 12. incip. in cauſis accuſationis, num. 11. vbi id ampliat habere locum in criminibus quæ ſunt difficilis probationis: quod contrarium tenuit Hippoly. in repe. rub. C. de probatio. num. 237. & ſi in cauſis ciuilibus ex aliquibus præſumptionibus & indicijs fiat vna integra & perfecta probatio. gloſſ. ſingul. in parte legitimis teſtibus, in l. 2. ff. de
5 excuſa. tuto. gloſſ. in parte numerus, in l. 3. ff. de teſti. gloſſ. fin. in cap. cum cauſam. de proba. gloſſ. in verbo, fama. in cap. illud. de præſumptio. glo. in parte dicta, in c. literis, de præſumptio. glo. in verbo teſtis, in cap. cum dilectus de ſucceſſ. ab inteſta. iuxta illud vulgare, ſingula quæ nō proſunt, multa collecta iuuant. l. rationes. l. inſtrumenta. C. de proba. quod magiſtraliter declarat Bald. in l. qui ſpadonem. §. qui iura multa. ff. de excuſat. tuto. Alex. conſi. 21. incip. repetitioni in prin. & in conſi. 52. circa hanc. num. 38. vol. 4. latè Hippoly. in repe. rub. C. de proba. num. 309. cum ſequen. in cauſis verò criminalibus, ex pluribus indicijs & præſumptionibus non fit perfecta probatio. gloſſ. eſt ſing. in verb. illorum. in cap. veniens 1. de teſti. Gandi. tracta. maleſi. rub. de præſumptio. & indicijs. Hippoly. in d. rub. C. de proba. nu. 310. allegando l. fi. C. eod. tit. & in conſi. 20. in hac præſenti dubitatione nu. 48.

6 ¶ Sed ſpeciale videtur in crimine hæreſis, quòd indicia & præſumptiones ſufficiunt ad condemnationem. l. 2. in. fi. C. de hæret. ibi. qui leui argumē to à fide catholica deuiat, hæreticus eſt cenſendus. Ideo dicit ſing. Inno. in cap. ſicut de ſimonia, quòd leuia ſigna ſufficiunt ad præſumendum aliquem hæreticum: ſed illa ſigna oportet plenè probari: ac ita intelligit Inno. tex. in cap. literas de præſumptio. idem probare videtur. cap. excommunicamus. 1. §. fi. de hæret. ibi, cum id certis indicijs apparuerit: & ibi gl. inquit: nota, quòd per indicia probatur crimen hæreſis. cap. cum contumacia de hære. lib. 6. vbi propter præſumptionem quæ ex curſu anni cauſatur, verus hæreticus iudicatur. cap. accuſatus, eod. tit. & lib. vbi quis verus relapſus dicitur, etiam ſi tempore abiurationis delictum nō erat plenè probatum. Ita per aliqua ex prędictis iuribus tenuit Paulus Grillanus de hæreticis, quæſt. 8. nu. 2. & quęſtione
7 decima teria in fine: quibus accedat iuris regula: quòd ratione difficilis probationis, minus legitima probatio habetur pro plena probatione: vt in delictis quæ clàm & occultè ſolent perpetrari: prout eſt crimen hæreſis. cap. maritis de adulte. l. ſi vicinus. C. de nuptijs. l. pe. C. de hære. Hanc regulam tradit Bart. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. num. 17. ff. de noui. ope. nuncia. Bald. in l. quicunque. n. 24. C. de ſeruis fugi. & in auten. quas actiones in fine. C. de ſacroſanct. eccleſi. Iaſ. in l. ſi quis ex argentarijs. §. prætor ait. nume. 20. ff. de edendo: & in l. cum ea. num. 5. C. de tranſac. Petrus Gerar. ſing. 8. incip. nota quòd in caſibus. Hippo. in rub. de proba. C. numer. 8.



¶ Cōtrariam verò ſententiam, quòd non ſufficiunt ad probandum hoc crimen indicia vel præſumptiones, tenuit Ioan. de Imola. in Cle. 1. de hære. Peru. in cap. accuſatus. num. 3. eodem. titu. lib. 6. Oldra. conſil. 110. incip. pro concordia in prin. gl. Abb. & Feli. & magis communiter docentes. in d. cap. literas per tex. ibi. quòd probationes in crimine hęreſis debent eſſe luce clariores. Ioan. Nicola. de hære. nota. 26. incip. & ſi in criminalibus. Franciſ. Squillacen. de fide catho. ca. 26. & melius. cap. 31. Pala. rub. in allega. hæreſis. §. 12. in fine: & Iacobus Septiman. in inſtitu. catho. cap. 49. nume. 14. & ca. 50. num. 6. qui omnes intelligunt & declarant dictum Inno. quòd ſigna vel præ
8 ſumptiones ſufficiunt: videlicet vt procedatur contra hæreticum, ad capturam vel purgationem inducēdam. Ita hodie decretum eſt in prima inſtructione Hiſpalēſi. c. 15. Ideo dicitur in dict, cap. literas. de præſumptio. ex præſumptione quamuis vehementi non debet quis de tanto crimine condemnari: & ad probandum hoc crimen hæreſis, duo tantum teſtes ſufficiunt. Ioan. Andr. & Domi. in cap. vt officium. §. verum. Vbi Peru. num. 3. de hære. li. 6. Cardi. in Cle. 1. eodem. titu. Gundiſſal. de Villa. de hære. quæſt. 13. nume. 9. Sylueſter. in ſua ſumma, in verbo hæreſis. 2. quarta quæſt. Carrerius in practi. numer. 126. & Alphonſus Guerrero in theſauro religionis Chriſtianæ. titul. de hæreticis. nume. 20. Hanc dixit communem, Iacobus Septiman. in inſtitu. catho. ca. 50. nume. 3. & Nicolaus Boerius deciſione. 342. incip. & videtur, vbi magiſtraliter: & Ægidius Boſſius, in practi. titu. de hære. numer. 4. contra Hoſti. tit. de hære. §. qualiter. verſi. vt autem, dicentem: duo teſtes in hoc crimine non ſufficere: & meretur Hoſti. reprobari, quia caſus iſte non videtur exceptus ab illa regula diuini & humani iuris. In ore duorū vel trium eſt omne verum. ca. in om-
9 ni negotio. ca. licet vniuerſis. de teſti. ca. cum eſſes. de teſta. ad quod facit optima. glo. in ca. præſul. 2. quæſt. 5. quod Romanus Pontifex poteſt conuinci per duos teſtes de crimine hæreſis, quam dixit ſing. Abbas. in capit. tertio loco. nume. 6. de proba. & in cap. quotiens. in prin. & in cap. ſuper eo, in. 2. nume. 2. & in ca. licet vniuerſis. in prin. de teſti. & in cap. cum eſſes in rep. num. 16. de teſta. & in ca. 1. nume. 5. in fine. de procura. & Antoni. Cor. ſing. incip. Papa poteſt: & Decius conſi. 100. in cauſa inquiſitionis, in prin. & Ægidius Boſſius in practica criminali. titul. de confeſſis, in prin. & in tit. de hæreticis. numer. 5. & repertorium inquiſitorum, verb. teſtes. §. per quos, & Berna. Diez de
10 Luco. in practi. cano. cap. 320. in fine & tales duo teſtes eſſe debent omni exceptione maiores. c. in primis. 2. q. 1. glo. & doct. in cap. at ſi clerici de iudi. nam in hoc crimine de maiori prę

iudicio agitur, quàm in alijs criminibus, propter grauiores pœnas: & propter propriam & ſuorum, atq; deſcẽdentium, & cognatorum infamiam Ioan. Lupus allega. hæreſis. §. 13. & Albe.in.c.1.q.16.nu.25.de hære.li.6.

## SINGVLARE CLXVI.

PRobatio in contrarium non admittitur contra prȩſumptionem iuris: & de iure.l.ſi qui adulterij.C.de adulte.l.antiquȩ.C.ad Velleia.l.fi. C. arbi.tute.gloſſ.fi.in.l. ſiue poſsidetis. C.de proba.gloſſ.ordinaria in cap.is qui fidem de ſponſa.glo.in.cap.ferrũ 50.diſt.glo.in cap.fraternitatem. 54. diſt.regulam:&.9.fallen.ſcripſit Soc. reg.384.incip.probatio in contrariũ Latè Iaſ.poſt antiquos in.l.2.num.6. cum ſequent.C.qui teſta. face. poſſ. Plures effectus huius præſumptionis refert Hippoly. in rub. C. de proba. nu.72.cum ſequenti. & in ſing. 116. incip.præſumptio. inter quos ſingu. & maximus effectus eſt, quòd condẽnatus ex prȩſumptione iuris, & de iure, non poteſt appellare. Ita tenuit Bald.expreſſè in.l.ſi quis adulterij.C. de adulte.& in.l.quædam mulier. ff. fami.Herciſ.Hippo.in rub.C.de proba.num. 245. quia habetur pro confeſſo & conuicto, ideo non auditur appellans,l.2.C.quorum appella. nõ recipi.& præſumptiones iuris, & de iure ſunt liquidiſsimȩ probationes.l. ſi tutor petitus: & ibi gloſ.fi.C.de peri.tuto.& cura.l.licet Imperator. vbi latè Iaſ.ff.de leg.1.ſed in crimine hæreſis probatio in contrarium admittitur contra prædictam præſumptionem, vt docuit Domi. & Franc. in. c. filij vel hæredes de hæret.lib. 6. Iaco. Septi.in inſtitu. cathol. cap. 50. in fine, vbi exempla huius rei ſubijcit: & quando teſtes ſunt legaliſsimi, omnique exceptione maiores admittuntur, contra præſumptionem iuris, & de iure. Anto.de Butrio.in cap. vidua.de regula.Hippoly.in.l. 1. §. ſi quis vltro.nume. 11.ff.de quæſtio. & conſil.1.numer.77. idemque dicendum arbitror in caſu.l.1.titu. 3. lib. 3. ordin.quòd qui intra nouem dies litem non conteſtatur, habetur pro confeſſo: quod in illo caſu admittatur probatio in contrarium: veluti ſi aliquo iuſto impedimento erat impeditus. Ita tenet Bal. tanquàm ſi dictam legem regiam vidiſſet, in. l. ita demum, in fine.C.de procura. Paul. Ange.& Sali.in.l.2.& ibi Iaſ.num. 6. C.qui teſta.face.poſſ. Decius in. c. 2. in princ.de proba. vnde dicit Ange. in.l.ſi debitor.ff.de indi.Bar.in.l. fin. §.1.poſt gloſſ.ibi.ff. de appella. Abb. in.c.1.num.26. vt lite non conteſta. quòd ſi in aliquo ſtatuto cautum eſt, quòd non comparens habeatur pro confeſſo, quòd poterit appellare: quod quippe optimum remedium eſt ad.d.l.1.tit.3.lib.3.ordi.

## SINGVLARE CLXVII.

PRobantur ea quæ domi fiunt per illos quæ ſunt de domo vel de familia.l. conſenſu. §. ſuper plagis. C. de repu.l.interrogari. C. de quæſtio. l.ſi quis in graui. §. ſi pupillus. ff. ad Silla.c.veniens.in.2.de teſti.cap.tertio loco, vbi gloſſ.in verbo iurati. & docto.de proba. Bald. in.l. parentes. C.de teſti.Bart.in l. quotiens, nume. 2.C.de naufrag.libr. 11. Iaſ.in.l. ſed & ſi quis.numer.4.ff.ſi quis cauſ. Feli.in. cap. in literis, numer. 6. de teſti. Hæc enim melius ſciunt domeſtici & familiares quàm extranei: ideo dicit Bart. in. dict. l. quotiens quòd



quòd ad probandum ea quæ domi fiunt, domeſtici alijs præferuntur. Idem Feli. vbi ſupra Hippo. in. l. 1. §. ad queſtionem, num.5.ff.de quæſtio. c. ſuper prudentia. 14. q.2.l. 8.titu.8. lib.2.fori.l. Ioannes Berna. Diez reg. 746.teſtis domeſticus.falle.4.Sed ſpeciale eſt in odium tanti criminis hæreſis domeſticos & familiares nõ admitti ad probandum, quod pater vel dominus non erat ſanȩ mentis quando in infirmitate ab hæreticis recipiebant illã benedictionem, vel potius maledictionem cum manus impoſitione, caſus eſt: & ibi Archi.& Domi. & alij in ca. filij, vel nepotes de hære. libro.6.ex quo tex. ibi Domi.nota.4. quòd ille dicitur mente captus qui non habet memoriam ordinatam, & ex verbis inordinatis quis dicitur demens.l.apud Iulianum.§.1. vbi Bart. ff.deleg.1.l. is cui.§. fin. ff. de tuto. & cura.datis ab his glo.fin. in.l.nec codicillos.C.de codi.gl. in ca. legimus. 93.diſt.glo.in.ca.Gundiſſaluus.17.q. 2.quia fatuus eſt qui fatua loquitur.l. quidam in ſuo.ff.de condi.inſtitu.his verbis inquit illa.l.quidam in ſuo teſtamento hæredem ſcripſit ſub tali conditione, vt reliquias eius in mare abijciat, & dicit dict.cap.legimus. Legimus in Eſaia, quòd fatuus eſt qui fatua loquitur, ſing. l. ob quæ vitia in prin. ff. de edili.edicto. quòd qui per vias more inſanorum deridenda loquũtur, inſani ſunt & fatui: quem tex. dixit ſing. Ang.in.l. ſi cum dotem. §. ſi maritus, ff.ſol.matrimo. Idem & Alex.in. l.furioſum. C. qui teſta. face. poſſ. & qui poijcit lapides per vias dicitur furioſus.l.2. C. de Iudȩis. gloſſ. in verbo ferendus, vbi. Bal. & Ange. in dict. §. ſi maritus, ſeptẽ modis probatur dementia, vel furor, vt per Iaſ. in dict.l.furioſum, nu.4. Decius cõſil. 448.vis tota in prin. & quãdo aliquis eſt furioſus per dilucida internalla, actus ab eo geſtus in dubio præſumitur factus tempore furoris, & non tẽpore ſanæ mentis.glo. eſt ſing. in verbo compotem. in cap. fin. de ſucceſſio.ab inteſta.glo.ſimi.in cap. iudicas per manum, in verbo oſtenderis. 3. q.9.quas ſequitur Ioan. de Imo. in.l. qui teſtamento. §. ne furioſus. ff.de teſta. Cardi. & Ancha. in cle. vnica, in prin.de homici. Alex.in dict. l. furioſum, vbi Iaſ.nume.5. Idem Iaſ. vbi dicit eſſe communem opinionem cum prædictis glo.in.l. patre furioſo, nume.5.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni.in quo loco ſcripſit rationes dubitandi, & decidendi ad dictas gloſſas. l. 6. titul.2.pa.4.ſed in teſtamento cuiuſdam nobilis Lupi de Concha, fuit dubitatum: an illa verba notarij quæ in principio teſtamenti dicit teſtatorem eſſe ſanum, mente, & intellectu, & corpore infirmum probent. Ioan. de Imo. in.l.2. ff. de teſta. dicit quòd ſic. ſed contrariam partem dicit eſſe communem, Iaſ. per aliqua fundamẽta, contra Ioan. de Imo. in. l. ſenium. nu.3.C.qui teſta.face.poſſ.

## SINGVLARE CLXVIII.

PRobata & fundata intentione actoris, reus admittitur ad defenſiones, & exceptiones probandas. c. finẽ litibus de teſti.aliàs de dolo, & cõtu.c.ſeries de teſti. ſed ſi aliquis in vita erat ſuſpectus de hæreſi, & in morte benedictiones ab hæreticis accepit, non admittitur probatio in contrariũ.c.filij vel nepotes de hære.li.6. vbi.gl.Ioan.Andr.& Fran. ibi dicunt illud eſſe ſpeciale ibi fauore fidei.

## SINGVLARE CLXIX.

PRincipes, ſeu Reges, vel Imperatores non poſſunt alicui immunita-

hita-

nitatem concedere, vt à iuriſdictione inquiſitorum ſint exempti. cap. excommunicamus.1.§.credentes in fine.c.ſicut.c.ad abolendam.§. ſi.vbi Ioan.de Ana.& alij de hære.Et habetur in ſeſsione.19.concilij Conſtantienſis, Gundiſſal. de Villa. de hære. quæſt.7.nume.14.Iacob.Septi. in inſtitu.catho.c.34.nu.16.

SINGVLARE. CLXX.

PRocurator nõ interuenit in cauſis criminalibus, maximè in grauioribus criminibus,neque ad agendum, neque ad defendendum. l. pe. §.ad crimen.ff.de publi.iudi. cap.veniens de accuſa.ca.1.in fine. c. in criminalibus.5.q.3. cap. ſi quando.2. q. 6.vbi gloſſ.magiſtra.14. fallen.refert glo.fin.in dict.ca.veniens.l.12.titu.5. p.3.quia ſententia ferenda eſt in perſonam procuratoris, aliàs eſt nulla.l. 1.C.de ſenten.& interlo.omnium iudi.l.licet.§.pe. ff. de procu. & ne procurator pro alieno delicto iniuſtè cõdemnetur:ſed pro reo qui pro crimine hæreſis in carceribus incluſus eſt, procurator poteſt intercedere, vt in prima inſtructione Hiſpalenſi.ca.16. quam declarat & limitat Iaco. Septi. in inſtitu.catho.ca.51.in prin.& etiã ſine mandato.l.non tantum,vbi Bar. ff.de appella.Bal.in.l.addictos. C. de epiſ.audien. Gandi. in tracta. malefi. rub. vtrum procurator in maleficijs interueniat,verſi.item pone.

SINGVLARE. CLXXI.

PRodigus vel is, cui bonis interdictum eſt, contrahendo alterum poteſt obligare, & ſuam conditionẽ meliorem facere,ſed ipſe non obligatur.l.is cui bonis.ff. de verb. obliga.l. is qui. ff. de tuto. & cura. datis his, quia hoc in fauorem prodigi inductum fuit,ideo in eius odium non debet retorqueri: adducta ad vnum effectum non debent operari contrarium.l.legata inutiliter. ff. de leg. 1.l. quod fauore.C.de legi.etiam ſi in tali contractu à prodigo facto iuramentum interueniat,non obligatur. Feder.de Senis,conſi.31.incip. minore. Bart.Alex.& alij in dict.l.is cui bonis, vbi Iaſ.num.18. hanc fatetur eſſe cõmunem opinionem, quæ omnia ſupradicta in hæretico locum non habent, cui etiam ſi interdictum bonis ſit.l.Manichæos. C. de hære. c.excõmunicamus.1.§. credentes de hære. cap.cum ſecundum leges, eod.titul. lib.6.l.4.in fine, tit. 26.p.7.hæreticus igitur contrahẽdo in ſui odium obligatur.Pau.Caſtrẽ.in dict.l.ſi is cui bonis.Ioan. Nicola.Arela. de hær.nota. 43.incip.ſingulariter.

SINGVLARE CLXXII.

REceptatores eadem pęna puniũtur,qua rei principales.l.1.C.de his qui.latro. vel alijs crimi. reos occulta.l.1.C.de falſ.mone.l.1. ff. de recepta.l.3.§.non tantum. ff. de incen. rui.& naufra.l.18.titul. 14. pa. 7. quæ regula nonnullas patitur fallentias, quas ſcripſit Alber.de Gandi.titu. de furt.& latro.verſi. reſtat videre latiſſimè Hippo.in.l.diuus Adrianus. nu. 7.ff. ad.l. Pompe. de parri.latius in. l. vnica.numer.197. cum ſequen. C.de rap.virg.inter quas vna pręcipua eſt, quod ſi affinis vel conſanguineus delinquentem ſcientem receptauerit mitius puniendus eſt.l. ſi.ff. de recepta.l.1.in fine.ff.ad.l.Iuliã.repetũ. Cynus & Bald.in.d.l.1.C.de his qui latrones: & Hippo. in locis retro citatis. Vnde dixit Spe.tit.de dona. inter virum & vxo.§.ſi.quem ſequitur Alex. in



in addi,ad Bart.in.l.fin. ff.de recepta. allegãdo.l.ſi cum dotem.§.ſin autem in ſæuiſsimo.ff. ſol.matri. quòd mulier receptans ſcienter virum ſuum delinquentem vel econtra nullam pœnam meretur.Sed in crimine hæreſis aliter eſt : quòd cõſanguinei vel affines receptatores puniuntur, neque excuſantur ratione ſanguinis.c. ſi quis epiſcopus.de hære. ca. de filia. 27.quæſt.1. gloſſ. in cap. excommunicamus.1.§.credentes.de hære.glo. 2.in.l.fin.tit.1.lib.4.fori. tenuit Pau. Grillan.de hære.q. 9. num.2. melius. quæſt.16.in fine. Ioa. Nicola. de hære.nota.29.incip.ſi quis amore: & nota.30.incip.adnotato. vbi allegando Bald,in.l.1.C.de his qui latro. occult. inquit, quòd occultans hæreticum ex certa ſcientia poteſt puniri de hæreſi tãquàm hæreticus : nam per hoc crimen cenſetur ſublata agnatio & cognatio per tex.in dict.c. ſi quis epiſcopus.tenuit Ludo. Carre. de hære. §.nunc. de reptatoribus. numer.24. quo in loco nu.22. inquit, quòd per dationem cibi & potus non dicitur receptare,allegat.l.1.§. quod autẽ.ff. de ſeru.corr.Sedpoſt mortẽ fautores vel receptatores hæreticorum non poſſunt de hoc crimine poſt mortẽ accuſari vel damnari. cap. accuſatus. §. ſi vero. de hære. li.6.& ibi Archi.& Ioa.Andre. Gundiſſ. de Villa. de hære.q.22.nu.8.Iaco.Septi.in inſtitu. catho.c.15.nu.14.

SINGVLARE. CLXXIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Relapſus dicitur qui iterum labitur in hæreſim.*
2 *Fugiens à carceribus punitur vt relapſus.*
3 *Non adimplens pœnitentiam vt relapſus eſt puniendus.*
4 *Relapſus dicitur etiam ſi in alio articulo deliquit.*
5 *Abiuratio eſt quædam hæreſum deteſtatio.*
6 *Ponitur forma abiurationis.*
7 *Clauſula generalis ad ſpecificata tantum refertur.*

1 RElapſus dicitur qui
iterum poſt abiura
tionem labitur in
hæreſim.c.accuſa-
tus. de hære. lib. 6.
quem tex. allegat
pro ſing.Anto.de Butrio.in.c.ad abo
lendam in prin.de hære. Gundiſſ. de
Villa.de hære.q.20. nu.5. &.6. quod
etiam ſi tempore abiurationis. deli-
ctum non erat plene probatum,ſi ite
rum labitur dicitur relapſus: & qui
2 traditus erat perpetuo carceri & fu-
git à carceribus,punitur tanquàm ve
re relapſus.c. excommunicamus, in.
2.de hære.in ſpecie.Io. And. in ca. vt
commiſsi.§. pe. de hære. lib. 6. Ioan.
Nicola.de hære.nota.6. incip.non re
cedant.Sed Iaco. Septi.nititur cõtra
hoc tueri aliquibus rationibus& fun
damentis motus.in inſtitu. catho. c.
16.num.13.&.c,55.num.4.dicitur re
lapſus & pœna relapſorum punien-
3 dus,qui non adimplet pœnitentiam
ſibi iniunctam per inquiſitores. Cal-
deri.in. c.literas de præſumptió. Ioa.
Nicola.de hære. nota.30. incip. inter
cætera.Fran.Squilla.de fide catho. c.
19.in prin.Iac.Septi in inſtitu.catho.
c.46.num.13.& relapſus dicitur qui
poſtquàm factus fuit culpabilis in v-
no articulo, vel in vna ſecta hæreſis,
& crimen hæreſis generaliter abiura
uerit, ſi poſtea committat in alium
4 articulum vel ſectam ſeparatam à pri
ma.c.accuſatus.§. 1.de hære.lib. 6. be
ne Gundiſſal.de Villa.de hære. q. 20.
nume. 5.quia omnes hęreſes ſunt ni-
mis connexæ,& habeant caudas inui-
cem

cem colligatas: vt his verbis inquit.
c.excommu. in. 1. in fin. de hære. c.
ſed & illud.26.quæſt.2.& talis abiu-
ratio ſolennis, eſt quædam hæreſum
5 deteſtatio.c.ſi quis voluerit.1.quæſt.
7.cap.ego Berengarius de conſe.d.2.
& tria debet continere hæc abiura-
tio,vt optimè declarat Iac. Septi. in
inſti.catho.c.1.in prin. Forma vero
& modus huius abiurationis habe-
tur in.d.c. ego Berenga. & in.c.inter
6 ſolicitudines.de purg.vulga.& eã re-
fert Gundiſſ. de vil. de hære. quæſt.
26.num.7.& latius Ia. Septi. in inſti.
cat.ca.1.numer. 27.& in directorio
inquiſitorum.p.3.& Cardi. de Tur-
re crema.in ſumma. de eccle. li.2.ca.
22.& Alphon.Guer.in theſauro reli-
gio.chriſtia..num.39.cum ſequen.in
titu.de hære.& Caſtro de iuſta. hær.
punit.li.1.c.fi.in fine,videlicet quòd
hære.promittat amplius non incide
re in hæreſim quã commiſit, & om-
nes hære.publicè iureiuran. deteſte-
tur, & fateatur ſe credere & tenere
quod catho.tenet eccle. & hæc abiu
ratio publicè in eccle. vel in alio lo-
co honeſto coram populo fieri de-
bet; vt dicunt iura modo allegata: &
qui recuſat facere hanc purgationẽ,
habetur pro hære.c.excommunica-
mus.1.§.adijcimus in fine, vbi Feli.n.
4.de hære.Gundiſſal. de Villa.de hæ-
re.quæſt.15.num.11.& Iac.Septima.
in inſtitu.catho.capitulo.1.numero.
25.ſi autem error fuerit occultus, oc
culta fiat abiuratio & pœnitentia. c.
ſi peccauerit.2.quæſt.1. Archi. in ca.
filij vel hæredes.de hære.lib.6.Ia.Sep
ti.in inſtitu.catholica.cap. 1. numer.
21.finaliter, vt dictum eſt, abiuratio
nõ ſolum ad ſpecificata refertur, ſed
etiam ad omnem aliam ſectam vel
ſpeciem hæreſis diuerſam regulari-
7 ter: contra quod clauſula generalis
ad ſpecificata tantum refertur.l.ſi de
certa.re.C.de tranſa.l.iubemus.C.ad
velle.l.qui cũ tutoribus. ff. de tranſa.

## SINGVLARE CLXXIIII.

### SVMMARIVM.

1 *Remiſsioni in ciminalibus locus eſt.*
2 *Vbi quis deliquit ibi puniendus eſt.*
3 *Qua ratione in criminalibus ſit remiſsio.*
4 *Reprobatur in materia remiſsionis quædam opinio Bart.*
5 *Iudices priusquam reum remittant.6.conſiderare debent.*
6 *Ad iudicem non petentem an ſit reus remittendus.*
7 *In crimine hæreſis an fiat remiſsio.*
8 *Quòd in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam.*
9 *Ponitur caſus in quo etiam in crimine hæreſis fit remiſsio.*

1 REmittẽdus eſt reus
in criminalibus ad
iudicem loci in quo
deliquit auten. vt
nulli iudicum, lice.
habe.§.ſi verò quis
comprehenſorum.col.9.vbi tex. po-
nit neceſsitatem iudici qui cepit reũ
vt eum remittat ad iudicem loci de-
licti: vt ibi puniatur vbi deliquit.Idẽ
2 probat autẽ. vt iudices ſine quoquo
ſuffra.§.ſi quis autem: col.2.l. capita-
lium.§.famoſos. ff. de pœnis: dicens
famoſos latrones in ijs locis vbi graſ-
ſati ſunt, furca figendos, compluri-
bus placuit.l.ſi enim crimen.§. Item
imperator reſcripſit ſeruos ibi puniẽ
dos, vbi deliquiſſe arguantur: &.l.fi.
ff.de accuſ.vbi.l. inquit apud eos ac-
cuſatur & condemnatur, apud quos
crimen contractum eſt.l. deſertorẽ.
ff.de re mili.l.1. autẽ. qua in prouin-
cia vbi de crimine agi opor.cap.1. de
rapto.c.1.de priui.lib. 6.c. poſtulaſti.
Vbi



Vbi glo.& docentes,&. cap. fi. de fo-
ro.compe.glo.ſing. in verbo. de mo-
ro.in Cle. paſtoralis.§. verum eſt. de
re iudi.l.32.tit.2.part.3.l.2.tit.17. lib.
8.ordi.l.3.in lib.Fraternitatis. Bar. in
d.authen. qua in prouincia Abb. in
c.fi.num. 23. de foro compe. Gandi.
tracta.malefi.rub.vbi punitur delin-
quens: hanc dixit communem opi-
nionem. Hippoly.præſertim in deli-
3 ctis grauibus in.l.vnica.num.124.ra-
tio eſt, quia quando delinquens in lo
co delicti punitur, pœna delicti po-
tius alijs tranſijt in exemplum, quàm
ſi alibi puniatur.l.capitalium.§.famo
ſos.l.aut facta.§.fi.ff.de pœnis.l. 1. C.
ad.l.Iuli.repe.c.quapropter.2. q. 7.c.
clericos.de coha.cleri.& mulie. Cle.
1.de offic. ordinarij: eſt & alia ratio
quòd delinquendo iuriſdictionem iu
dicis offendit.l. licitatio.§. quòd illi-
citè.ff.de publi.& vecti.l.3. in fine. &
l.congruit.ff.de offi.præſi. & quia fa-
cilius probatur delictum in loco in
quo fuit commiſſum, quàm alibi au-
then.vt omnes obediãt iudici.§. hoc
conſiderandum coll.5.omnia prædi-
cta limitat Bart.in.l.furtum.& in. l. ſi
dominium.ff.de furtis:& in.l.ſi abdu
cta.C.eodem.titu. in fure, qui ad lo-
cum delicti non eſt remittẽdus: quia
fur, vt ipſe Bart.inquit, ſemper fura-
tur tenendo rem alienam donec il-
lam reſtituat. Opinionem Bart. ſequi
tur Guido Papæ deciſio. 202. in re-
miſſione, & dicit communem Boe-
rius deciſio. 13.nume. 43. ſed contra
Bart.eſt text. in. c.1. de rapto. &.l. ei
qui furti.Ibi, non magis furti actio.ff.
de furtis. Ang. in.d.l. ſi abducta: dicit
quòd opinio Bart. non poteſt ſuſtine
ri: & Cepola conſi. criminis. 591. in-
cip.Paulus in fine dicit, quòd opinio
4 Bart.cõmuniter reprobatur, & Hip-
pol.conſi.30.incip.licet.nume.26. &
Couarru.lib.2.varia.reſolu.capit.20.
num.5.& in quæſtio.practic. cap.11.
5 num.9.& aduertant iudices qui reos
remittunt, quòd ſex conſiderare de-
bent: vt magiſtraliter docet Guido
Papæ, in dicta deciſio. 202. quòd con
6 ſtet iudici remittenti, quod delictũ
fuit commiſſum in territorio iudicis
requirentis, & quod petatur remiſ-
ſio à iudice requirente: ſecus eſt ſi nõ
fuerit petita.Bald. & alij in. d. l. 1. C.
vbi de crimine agi oportet.Ana.in.c.
1.num.8.de rapto.Hippoly.in pract.
crimi.§. oportune.nume.33.hanc di-
xit communem Couarru. in queſtio.
practi. cap.11.nume.5.in fine: pote-
rit tamen iudex ſi voluerit ex vrba-
nitate remittere reum ad iudicem
loci etiam non petentem. Feli. in. c.
fin.nume.10. Abb.conſil. 24.lib.1. &
Couarru.vbi ſupra: circa hoc inquit
egregiè Bald.in.l. executionem. nu.
23. C.de executione rei iudi. quòd
ad hoc quòd fiat remiſsio ad locum
delicti debet peti, antequam reus ſit
condemnatus, & non poſtquàm eſt
condemnatus: licet in eum non ſit fa
cta executio: allegat Bald.l.relegato-
rum.§.interdicere, vbi eſt. glo. ff. de
inter. & relega. Sed contra hóc pro-
ximis diebus ipſe iudicaui in cauſa
Roderi.Perez propter rationes ſupra
poſitas, quæ contra Bald. vrgent.&.l.
2.titul.17.lib.8.ordin. Ibi, porque alli
adonde cayo en la cúlpa, reciba la
pena: quæ.l. non ſolum cognitionem
7 ſed etiam executionem conſiderat:
deniq; ſpeciale eſt in crimine hære-
ſis, quòd hæreticus non ſolum in lo-
co in quo deliquit, ſed etiam vbicun
que poteſt capi, puniendus eſt: neq;
de eo fieri debet remiſsio ad locum
delicti: quia vbiq; eſt tribunal Domi
ni noſtri. Ita Albe.in rub.C. de hære.
Ioan.Andre. & Fran.in.cap.vt com-
miſſi.poſt.glo.ibi in verbo proceden
di.de hæret. libr. 6. Cardi. in. Cle. 2.
§.de-

§.deniq; de re iudi. Guido Papæ, in d.
deciſione. 202. Villadiego. de hæret.
q. 8. in fine. Caſſaneus in conſuetu.
Burgūndiæ. rub. 12. num. 17. Iaco. Se
pti. in inſtitu. catho. c. 2. num. 3. dicēs
ita fuiſſe iudicatum Pinciæ: nam qui
diuinam lædit maieſtatem, omnem
creaturam offendit, cœlum, terram,
mare, & omnia quę in eis ſunt. l. Mani
chæos. C. de hære. quæ. l. inquit, quod
in religionem diuinam committitur
in omnium fertur iniuriam. l. 2. C. de
8 Apoſta. l. 2. in prin. tit. 26. par. 7. prædi
ctam commun. opinionem, quòd in
crimine hęre. non eſt facienda remiſ
ſio: intelligit & declarat ſing. Couar-
ruui. in quæſtio. practi. cap. 11. num.
12. quando non fuit petita ab inquiſi
toribus loci delicti, vel quando hære
ticus vtrobiq;, palàm & publicè, vel
vtrobique occultè deliquit. Secus ſi
Granatæ hæreticus per actū exterio
9 rem hæreſim commiſerit, & Valen-
tiam fugerit: vbi animo tantum pra-
uo abſq; actu exteriori in eadem hæ-
reſi perſeuerauerit, remiſſio in hoc ca
ſu facienda eſt: quia rationes ſupra in
limine poſitæ vrgent in hoc caſu, &
dicit Collectarius in. c. poſtulaſti. de
foro compet. Calde. in. c. 1. de rapto.
Cinus in authen. qua in prouincia.
C. vbi de crimi. agi oportet. capella.
Tholo. 319. vbi eius additionator di-
cit eſſe communem opinionē. Abb.
in. c. fi. nu. 5. de foro comp. Couarru.
vbi ſupra. nu. 9. in fine. quòd in deli-
ctis leuibus remiſsio facienda nō eſt,
etiam ſi petatur.

SINGVLARE CLXXV.

REos etiam iuſte condemnatos adiuuare licet, veniam pro eis & miſericordiam petendo. l. in metallum. ff. de pœnis. l. ſi fuerit. ff. de rebus dubijs Bart. in. l. furti. §. ope. ff. de furtis. c. hi qui. 14. q. vltima. c. reos: vbi optima. gloſſ. 23. q. 5. ſed pro condemnatis pro crimine hæreſis, hoc non licet: etiam ſi eſſet ſpes de correctione. Ita affirmat Gundiſſal. de Villad. de hæret. q. 10. numer. 3. allegando. l. quiſquis, & alia iura. C. ad. l. Iulia. maieſt. ſed reuera contra eum videtur caſus in cap. nouimus. de verb. ſigni. ibi, pro eo debet eccleſia efficaciter intercedere: & ita ſeruant inquiſitores, quando reos iudicibus ſæcularibus tradunt, ne inquiſitores effuſioni ſanguinis videantur conſentire: ſed fortaſſis opinio Gundiſſalui procedit quoad ius fori, & d. text. quoad ius Poli. vt hæreticorum animæ ſaluentur, quòd liceat pro eis intercedere & orare.

SINGVLARE CLXXVI.

REſtituenda eſt vxor viro ſpoliato. c. ex tranſmiſſa. cap. literas, de reſti. ſpoli. etiam ſi vir ſit excommunicatus poteſt agere ad reſtitutionem ſuæ vxoris. gloſſ. eſt ſing. in verbo. vxores, in cap. quoniam multos. 11. q. 3. quam ſequitur Abb. in. ca. fi. num. 12. de ordi. cogni, & Ioan. Nicola. de hæret. nota. 1. numer. 4. contra Ioan. de Ana. in. ca. inter alia. de ſent. excommun. ſed ſpeciale eſt quando ponitur exceptio hæreſis, quòd denegatur reſtitutio viro petenti reſtitutionem ſuæ vxoris. c. quanto de diuor. c. inter ſolicitudines. de purg. vulga. tenet Gundiſſal. de Villa. de hęre. quæſt. 15. nu. 10. & Ioan. Nicola. vbi ſupra, ne mulier à viro ſeducatur, & eodem errore & morbo inficionetur: ideo pręcipit Dominus in Deuteron. ca. 7. filiam tuam non dabis filio eius, neq; filiam eius accipies filio tuo, quia ſeducet filium tuū ne ſequatur me: vt magis ſeruiat dijs alienis:





hæreticorum enim nimis periculoſa eſt cohabitatio & conuerſatio. cap. accuſatus. §. ille quoque de hære. lib. 6. Fran. Squilla. de fide catho. cap. 13. num. 3. & propter nimiam familiaritatem & communicationem cum hæreticis oritur ſiniſtra ſuſpicio contra communicantem, tex. eſt ſing. in cap. inter ſolicitudines tuas de purg. cano. ibi, in pœna autem familiaritatis illius qui cum hæreticis ſcienter habuiſſe dignoſcitur: notat expreſſe Hoſti. tit. de hære. in ſumma. §. qualiter. nu. 4. & in ſingulari. 213. vide latiſsimè de hoc infra.

SINGVLARE CLXXVII.

SEntentia, omniaque alia in iudicio geſta, à iudice publicè excommunicato ſunt nulla. c. ad probandū. de ſenten. & re iudi. ca. 1. de ſupple. negli. præla. lib. 6. ca. 1. in fine de exceptio. lib. 6. gl. in ſumma. 24. quæ. 1. gloſſ. & Bart. in. l. pedius. ff. de recep. arbi. Bene Feli in ca. Rodulphus. nu. 40. de reſcrip. quæ exceptio impedit executionem ſententiæ: & in quacūque parte litis poteſt opponi ſecundum prædicta iura. & an quando agitur de nullitate ſententiæ, annulletur ſententia & proceſſus & omnia acta iudiciaria: vel pro parte, vel tantum geſta poſt nullitatem, & antea non: videndus eſt Abb. ſing. in. d. c. ad probandum. nu. 6. Bart. in. l. ſi expreſſim. ff. de appella. ſed ſpeciale eſt, quòd quando inquiſitores tradunt hæreticos iudicibus ſæcularibus, etiā ſi iudices ſæculares ſint excommunicati maiori excommunicatione, poſſunt vti ſua iuriſdictione aduerſus hęreticos, & ſententias executioni mādare: & omnia in hoc ab eis geſta ſunt valida. c. præſidētes. de hær. li. 6. Gundiſſal. de Villa. de hære. q. 19. nu. 8.

SINGVLARE. CLXXVIII.

SEntentiam diffinitiuam à ſe prolatam, iudex non poteſt corrigere, vel mutare. l. iudex poſteaquàm: & l. cum querebatur. ff. de re iudi. l. diui fratres. ff. de pœnis. l. 2. §. ſed nec. C. de ſenten. ex breui. recitan. cap. in literis de offi. delega. gloſſ. 2. in. cap. qualiter in. 1. de accuſa. l. 3. tit. 22. pa. 3. etiam ſi poſt latam ſententiam conſtaret de innocentia rei, non licet iudici ſine licentia principis eam mutare. dict. l. diui fratres. l. 1. §. fin. ff. de quæſtio. gloſſ. in. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui nota. infami. quia iam ſemel officio ſuo functus eſt iudex: vt dicit dict. l. poſteaquàm. c. in literis. cap. venerabilis. de offici. delega.

¶ Sed ſpeciale eſt, quòd ſententias ſuas diffinitiuas inquiſitores poſſunt mutare atque commutationem pœnæ facere. ca. vt commiſsi. §. nec non vbi. gloſſ. in verbo mutandi: & Peru. numero quarto. de hære. libr. 6. Feli. in cap. excommunicamus in. 2. eod. titulo. Gundiſſal. de Villa. de hære. quæſt. 8. numero. 7. & melius. quæſt. 19. nu. 5. vbi optimè declarat prædictum tex. & Fran. Squilla. de fide catho. ca. 27. num. 3. & c. 42. vbi inquit, quòd ſolus epiſcopus ſine inquiſitoribus, vel econtra, non poteſt mutare vel corrigere ſententiam iam prolatam. Alios caſus in quibus ſententia diffinitiua poteſt mutari, refert gl. ſing. in. l. 2. C. de ſenten. ex breui. recitan. ſed Ioan. Andre. & Archi. intelligunt dictum verſi. nec ibi in ſententijs interlocutorijs: ſed opinio gloſſ. & ſequacium videtur mihi verior: nam cum in d. tex. pluries repetantur ſententiæ, & ſententiarum, appellatione ſententiæ propriæ venit diffinitiua, & nō interlocutoria: vt

declarat Ripa, in rub. ff. de re iudi. & probatur in rub. C. de ſent. & interlo. omni. iudi. illa particula: &, ponitur inter diuerſa. glo. in rub. ff. de iuris & facti igno. cap. querelã. de ſimo. Decius in rub. de exceptio. nu. 2. & in c. 1. in prin. de præben. præſertim quòd non eſt vis in hoc, nam ſententię prolatæ contra hæreticos, potius dicuntur interlocutoriæ quàm diffinitiuę, tantum enim ab inquiſitoribus declarantur, cum à iure ſint condemnati: vt optimè declarat Frã. Squillacę. vbi ſupra. Formas verò proferendi ſententias in cauſis hæreſis, ſcripſit Archi. in, d. c. vt commiſſi. n. 2. latius ibi Ioa. Andre. nu. 4. latiſsimè Gundiſſal. de Villa. de hære. q. 20. nume. 9. & Franciſ. Squilla. de fide catho. ca. 44. Brunus. lib. 4. de hære. cap. 10. Iacob. Septi. in inſtitu. catho. c. 58. per totũ: & in directorio inquiſitorum. p. 3. habentur ſententiarum formæ.

## SINGVLARE CLXXIX.

Sententia lata ab eo, qui communi opinione habilis putabatur valet & omnia alia ab eo geſta tenent. l. Barbarius Philippus. ff. de offi. præto. l. 2. C. de ſenten. & interlo. omni. iudi. l. 1. C. de teſta. text. vbi optima. gl. & doct. in cap. ad probandum. de ſent. & re iudi. l. 4. in fine. titulo. 4. pa. 3. l. 3. titulo. 15. libro. 2. ordi. vnde dicit Bald. in. l. non mutant. in fine. C. de lib. cauſ. quòd ſi inhabilis ad papatum ſit electus, prout fuit illa fœmina Ioanna Anglica, omnia ab eo geſta propter communem errorem & vtilitatem publicam valent & tenẽt. Idem tenuit Inno. in ca. nihil de electio. Iaſ. in. d. l. Barbarius. nu. 64. quòd ſanè fallit in hæretico: qui licet communi opinione reputetur fidelis, ſententia tamen ab eo lata non valet. gloſſ. in ſumma. 24. queſt. 1. Alberi. in dict. l. Barbarius. col. 12. & ibi. Iaſ. numero. 62.

## SINGVLARE CLXXX.

Sententia lata in cauſa criminali non eſt ſtatim executioni mandanda, niſi poſt. 10. dies. l. 1. ff. vt appella. pende. nihil inno. gloſſ. & Bart. num. 5. in. l. qui vltimo ſupplicio. ff. de pœnis, & in. l. non tantum. ff. de appella. gloſſ. in. l. ſi debitori. ff. de iudi. ſed ſententia lata in cauſa hæreſis, ſtatim ante tempus. 10. dierum eſt executioni mandanda. ca. vt inquiſitionis. Vbi. gl. in verbo indilate: & doct. de hære. lib. 6. Gundiſſal. de Villa. de hære. q. 19. num. 4. Sed nonnullas cautelas doctores ſolent referre, vt differantur ſententiæ capitales: vt teſtes qui depoſuerunt accuſentur de falſo vel quòd de nouo accuſetur de alio grauiori crimine, vel poſtuletur vt condemnatus præbeat rationem de negotijs geſtis, vel propter alias cauſas congeſſit Hippo. in practi. crimi. §. opportunè. columna prima. & ſecunda.

## SINGVLARE CLXXXI.

Sepultura eccleſiaſtica Iudæis ſeu hæreticis vel paganis concedenda non eſt. cap. 2. de hære. lib. 6. ca. ſicut in primo. de hære. c. eccleſiam. in primo de conſecra. diſt. 1. c. ſane profertur. 24. quæſt. 2. l. 8. titulo. 13. pa. 1. Pau. Grillan. de hære. quæſt. 9. nu. 2. Gundiſſal. de Villa. de hære. q. 22. nu. 7. & Ludo. Carrerius. de hære. §. nũc de pœnis. numer. 6. & in directorio inquiſitorum. pa. 3. cap. 118. & Iaco. Septi. in inſtitu. catho. ca. 17. in prin. & habetur in. 1. inſtructione Hiſpalenſi. cap. 20.

SIN-



## SINGVLARE CLXXXII.

Serui & familiares dominos ſuos non poſſunt accuſare excepto crimine hæreſis & læſæ maieſtatis. l. ſi quis ex familiaribus. l. iniquum. C. de his qui accuſa. non poſſ. c. fi. §. ſi quis enim. 3. q. 11. Abb. & Ioan. de Imol. in c. nulli de accuſa. vbi Feli. num. 3. quatuor fallen. addit. Decius in. c. dilecti. num. 6. de exceptio. facit. l. conſenſu. C. de repu. & regula, quam tradit Feli. in. c. in literis. Falle. 3. de teſti.

## SINGVLARE CLXXXIII.

Seruus non eſt torquendus pro elicienda veritate alicuius criminis contra ſuum dominum præſentem, vel preteritum. l. 1. §. diui fratres: & §. ſi ſeruus. 1. & 2. ff. de quæſtio. l. vnius. §. ſi ſeruus. ff. eo. tit. l. 6. tit. 30. p. 7.

¶ Quod fallit in crimine læſæ maieſtatis diuinæ & humanæ, cum à pari procedant, vt in ſingulari. 50. dictum eſt. l. 1. C. de quæſtio. & d. l. 6. titul. 30. part. 7. Abb. in. c. cum in contemplatione, in fine, de regul. iur. & Iacob. Septi. in inſtitu. cathol. cap. 63. num. 26. vbi plures refert perſonas quæ regulariter non poſſunt torqueri, & torquentur in criminibus læſæ maieſtatis, & in cauſa hæreſis: ex quo plures ſpecialitates in hoc crimine deducere poteram, quas prætermitto, vt potè omnibus notas.

## SINGVLARE CLXXXIIII.

Serui teſtes eſſe non poſſunt. l. ſerui reſponſio. ff. de teſti. l. cum probatio. ff. de proba. c. nullus ſeruus. 3. quæſt. 5. cap. ſi teſtes. §. ſerui denique 4. q. 3. l. 14. tit. 15. p. 3. præſumitur metu dominantis veritatem ſupprimere: ſed in cauſis hæreticæ prauitatis ſerui admittuntur. l. fi. C. ad. l. Iul. Maieſt. Villadiego. de hære. q. 13. nu. 1. Iaco. Septi. in inſtitu. catho. c. 62. nu. 31. & probat. d. l. 14. per argumentũ à maioritate rationis.

## SINGVLARE CLXXXV.

Spoliatus ante omnia reſtituẽdus eſt. l. 2. C. vnde vi. l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad. l. Iuliã. de vi. publi. c. in literis. c. Item cum quis. de reſti. ſpo. cap. reintegranda. 3. q. 1. l. fin. tit. 10. part. 7. l. 1. & 2. titul. 14. libr. 3. ordin. etiam ſi facta ſit renunciatio, poſt ſpoliationem reſtituendus eſt: nõ enim eſt veriſimile quòd ſponte renunciauit, qui ſpoliatus renunciat. cap. 2. de reſti. ſpol. etiam ſi opponatur exceptio, non canonicæ inſtitutionis, vel quòd eſt prædo. c. in literis de reſtit. ſpolia. etiam ſi à iudice ſit ſpoliatus. c. conquerente. eod. tit. etiam cum fructibus perceptis, & percipiendis, res ſpoliato reſtituenda eſt. capit. grauis de reſti. ſpolia. l. 10. titu. 11. par. 7. etiã ſi opponatur alicuius criminis obiectio. cap. omnibus. 4. q. 6. & in. d. cap. in literis. l. ſi maritus. C. de dona. inter virum & vxo. Abb. in ca. fi. nu. 13. de ordi. cogni.

¶ Sed ſpeciale eſt in crimine hæreſis, quòd hæretico petenti reſtitutionẽ, denegatur reſtitutio: & obſtat crimẽ hæreſis. glo. eſt. ſingu. & ibi. Prępo. in c. quo iure. in verbo, nam iure. 8. diſ. gl. in. ſumma. 14. q. 1. Abb. in. c. ex parte. nu. 19. de reſti. ſpolia. Franc. Ponzimbius de lamijs. num. 77. Ripa. in. l. naturaliter. §. nihil cõmu. num. 88. ff. de acqui. poſſ. Brunus. lib. 5. de hære. c. 10. Carrerius. de hæret. §. 11. nunc autem. nu. 13. & Iaco. Septima. in inſtitu. catho. c. 45. nu. 13. Ioan. Nicola. de hæret. nota. 1. num. 2. & 3. vbi tres rationes in hoc refert, quia hęreti-



cus

cus ipſo iure eſt excommunicatus:
vel quia hæreticus nihil poſsidere po
teſt, vſque adeo hoc verum eſt quod
etiam ſi vehemens ſuſpicio tantum
de hæreſi ſit,non eſt reſtituendus hę
reticus.c.1.num.14.vt lite non con-
teſta.allegat ad hoc tex.in ca.interſo
licitudines de purg. cano. alios caſus
in quibus denegatur ſpoliatis reſtitu
tio,refert Abb. vbi ſupra: & Alexan.
& Iaſ. in.l. naturaliter. §. nihil com-
mune.ff. de acqui.poſſe. & Soci.reg.
466.incip.ſpoliatus ante omnia.

## SINGVLARE CLXXXVI.

TEſtamenta condere omnibus
regulariter permiſſum eſt, niſi
expreſsè à iure prohibitũ ſit.l.1.C.de
ſacroſanct. eccle. l. ab ea parte. ff. de
proba.& in prin.inſti.quibus non eſt
permiſ.face.teſt.gl.& Bart.in.l.ſi quę
ramus.ff.de teſta.glo.in.l.2.ff.de leg.
1.l.13.tit.1.pa.6.ſed hæreticus teſta-
mentum facere non poteſt.ca.excõ-
municamus.§.credentes. de hære. l.
Manichęos,& autẽ.credentes.C. eo.
tit.l.3.&.4.C.de apoſta. Archi.in. ca.
in fidei fauorem.nu.3.de hære. lib.6.
Abb.in rub.de teſta.num.7. & in. ca.
ad probandum.nume.10.de re iudi.
Ioan. Nicola. de hære.nota.14. & in
directorio inquiſitorũ.c.113.p.3.l.16
in fi.tit.1.p.6.l.4.ti.26.p.7.Etiamſi hæ
reticus ad fidem conuertatur,eius te
ſtamentum non conualeſcit: vt con
cludit Caſt.in.l.5.Tauri:in parte &ad
legitima.in prin.& probatur per tex.
in prin.inſti.quibus non eſt permi.fa
ce. teſta.& regula non firmatur de
reg.iuris.lib. 6.ratio poterit ad ſupra
dicta eſſe, quia hæretico eſt interdi-
cta bonorum alienatio.c. cum ſecun
dum leges.de hære. lib. 6. & interdi-
ctio bonorum impedit teſtamenti fa
ctionem actiuam.l.is cui bonis.ff.de
teſta.l.fi. C.ad.l. Iulia. maieſt. & in.§.
itẽ prodigus inſti. quibus non eſt per
miſſum facere teſta.l.13.tit.1.pa.6.&
quia hęreticus bona non cenſetur ha
bere,& qui non habet bona non po-
teſt teſtari,neque hæredem facere.l.
lex Cornelia.ff.đ vulg.& pup.l. ſi vni
uerſæ.C.de lega.auten.ingreſsi.C.de
ſacroſanct. eccleſ. omnes perſonas
prohibitas teſtari refert.gl.ſin.in. d.l.
ſi quæramus.gl.in.l.2.ff.de leg.1.glo.
in.§.fi.inſt.quibus non eſt permiſ. fa-
ce.teſta.&.18.perſonas teſtari à iure
prohibitas refert Abb.in rub. de teſt.
nu.3.&.l.13.cum.ll.ſequentibus. tit.
1.p.6.& qui non poteſt teſtari, non
poteſt ſimiliter codicillari: prout eſt
minor.14.annorum. gl. eſt ſing. in.l.
2.ff.de lega.3.glo.in.c.Ioannes de te-
ſta. Ioan. Faber.in prin. inſti. quibus
non eſt permi.face. teſta. Pala. Rub.
in.l.5. Tauri. in fine. contrarium te-
nuit Bald.in.l fi.verſi.quòd ſi ſtatutũ.
C.de teſt. nititur concordare. Alex.
in.d.l.2.ff.de leg.1.& Caſti. in.l.4.in
verbo codicillos:in.ll.Tauri.

## SINGVLARE CLXXXVII.

TEſtis in cauſa hære. poteſt ex in-
teruallo dictum ſuum corrige-
re:tali.quod ſi aliquis coram Inquiſi-
toribus iurans dicere veritatem, fal-
ſum contra ſe vel alios dixerit, ſi po-
ſtea ex interuallo vult dictũ ſuũ cor-
rigere,& contrariũ teſtificari, valet
tale dictũ: dummodo ex manifeſtis
indicijs conſtet dictũ non corruptio
nẽ,ſed veritatem continere.c. accu-
ſatus.§.licet:vbi.gl.in verbo poſtmo
dũ,& Ioa.Andr.& Archi.& alij de hæ
re.li.6.Ioa. Nicola. de hære. nota.13.
incip. volo. Frã. Squill. de fide cath.
c.36.& Alphõ.Guerrero in theſauro
religionis Chriſtianæ.n.21.tit.de hæ
re.q.quippe in fauorẽ fidei ſtatutum
fuit:



fuit:in alijs verò delictis, teſtis ſtatim
& incontinenti,& non ex interuallo
poteſt ſeipſum corrigere : vel ante-
quàm loquatur patribus, vel ſe ſubſ-
cripſerit,vel antequam recedat à prę
ſentia iudicis, in his enim caſibus nõ
præſumitur ſubornatio.ca.præterea,
de teſti.cogen.glo.in verbo,iuſta cau
ſa.in cap.fi.de iureiuran.lib.6.gloſ.in
verbo non habebit.in authen. de te-
ſti.§.qui verò.coll.7.l.26.&.l.30.tit.
16.p.3.Inno.in.c.cum dilecti, in fine
de accuſa.Bald.in.l.presbyteri.num.
4.C. de Epiſcop. & clericis. Bart. in
l.eos.C.de falſ.& in.l.repeti.in princ.
ff. de quæſtio. Iaſo. in. d. l. quidquid
aſtringendæ.num.10.ff.de verb. obli
ga.Ioan.Crotus.de teſti.num.340.Co
uarru.lib.2.reſolut.c.13.num.8.Latè
Hippoly.in.d.l.eos qui.col.1.&.2. cir
ca quod notãdum eſt, quòd quando
pars aduerſa incontinenti acceptat
confeſſionem, vel dictum alicuius,
non poterit etiam ſtatim teſtis dictũ
ſuum corrigere vel mutare.Bald.ſin-
gul.in.l.Gallus.§.1.ff.de lib. & Poſth.
Alex.in.d.l.quidquid. vbi Iaſ. nu. 10.
Roma. in.l.1. §. ſi quis ſimpliciter.ff.
de verb.obli.Hippo. qui alios refert.
ſing.315.incip.acceptatio.

## SINGVLARE CLXXXVIII.

TEſtes examinandi ſunt in ſecre-
to,& ſigillatim.c.venerabili, de
teſti.c.inquiſitionis.§. 1.de accuſa.l.
nullum.C.de teſti.vt facilius falſitas
teſtium deprehendatur: nam ſi pu-
blicè vel coram aliquibus examina-
rentur,dictum vnius ad notitiam al-
terius poterit venire:& ita teſtes po-
terant tegere vel celare falſitatem:
vnde dicit.gloſſ.2.in.c. cum cauſam,
in primo de teſti allegando. d.ca.in-
quiſitionis.§.1.&. ca. quapropter de
electio. quod ſi ſimul & non ſigilla-
tim teſtes examinantur, non valet
examinatio.ſequitur Lanfran. de te-
ſti.numer. 12. dicens hoc procedere
præſertim ſi fiat in præſentia partiũ,
& dicit.glo.1.in l.curent. ff. de teſti.
glo.in.l.ſolam.C.eod.tit. quas refert
Feli.in. d. c. venerabili, in fine, quòd
ſolus iudex cum notario debet teſtes
examinare: quod reuera non proce-
dit in crimine hæreſis, in quo inqui-
ſitor hæreticæ prauitatis non pote-
rit ſolus teſtes examinare,ſed in præ-
ſentia ad minus duorum religioſo-
rum, vel coram duobus literatis &
diſcretis perſonis, & tabellione. c. vt
officium.§.1.de hære.li.6.Feli.in.d.c.
venerabili.nu.3. Gundiſſal. de Villa.
de hære.q.13.nu.18.Alphonſus Guer
rero in theſauro religionis Chriſtia-
næ.tit.de hære.nu.20.poterit eſſe ra-
tio ne dubitari poſſit,an notarius di-
cta teſtium verè vel falſè ſcripſit: ita
Anton.in.c. cum cauſam. 1. de teſti.
Abb.in.cap.quia propter de electio.
Bald.ſing.in.l.nullum.nu.5. C. de te-
ſti. vbi hoc præbet conſilium, quòd
in cauſis arduis& ponderoſis,exami-
nentur teſtes coram aliquibus fide
dignis perſonis:& Alexan.in addi.ad
Bart.in.l.1.§.ſi quis neget.ff.quemad
modum teſt.aperi.&Nicola.Boerius
deciſione.1.num.51. quòd tales per-
ſonæ præſentes iurare debent,nemi-
ni reuelare:aliàs ſunt puniendi. alle-
gat Bald.l. ſi quis aliquid. §.inſtru-
menta.ff.de pœnis: & in propria no-
ſtra materia eſt ca.fi.verſi. vt eorum.
de hære.lib.6.

## SINGVLARE CLXXXIX.

### *SVMMARIVM.*

1 *Septem notandi intellectus ad. c. in fidei fa-
uorem.*
2 *Duo teſtes excommunicati, vel periuri, vel*

*ſocij criminis, etiam in crimine hæreſis non
plenè probant.*

3 *Numerus teſtium in criminalibus, eorum de
fectus non ſupplet.*

4 *Integra fides vnius teſtis, ſupplet defectum
alterius.*

5 *Socius criminis aliàs de alijs delictis infama-
tus, in crimine etiam hæreſis repellendus eſt.*

6 *Quod operatur propoſitum in propoſito, idem
operatur oppoſitum in oppoſito.*

7 *Cauſa expreſſa in lege, eſt cauſa finalis: &
non impulſiua, illius legis.*

8 *Si lex vel conſtitutio aliqua, ex vna parte
continet odium, & ex altera fauorem, atten-
ditur id propter quod principaliter facta fuit.*

9 *Teſtes minus idonei ad defenſionem alicuius
admittuntur.*

10 *Ad defenſionem hæreticorum, teſtes minus
idonei non admittuntur.*

11 *Teſtes de quibus in.c. in fidei fauorem, non
ad plenam probationem admittuntur.*

12 *Coniecturæ ſæpe ſunt fallaces.*

13 *Coniectura eſt quædam præſumptio, ex pro-
babilibus & nõ neceſſarijs adminiculis orta.*

14 *Probationis materia in arbitrio iudicis prin-
cipaliter conſiſtit.*

15 *Secundum diuerſas negociorum qualitates,
diuerſas formas ac varios probandi modos iu
ra ſtatuerunt.*

16 *Duæ ſemiplenæ probationes diuerſi generis,
ad eundem finem tendentes, in criminalibus
non plenè probant.*

TEſtis criminoſus, vel
ille qui de aliquo cri
mine accuſatus eſt,
ad teſtimonium ad-
mittitur contra hæ-
re. c.fi. vbi Abb. nu.
4. de teſti. c. in fidei fauorem. de hær.
lib. 6. c. per tuas de ſimo. Fran. Squil-
la. de fide catho. c. 34. in prin. Iac. Sep
ti. in inſti. catho. c. 34. numer. 17. Al-
phonſus Guerrero in theſauro reli-
gionis chriſtianæ. tit. de hære. nume.
21. regulariter contrarium eſt in alijs
criminibus, vt in. d. c. fin. de teſt. c. te
ſtimoniũ. eod. tit. ca. 1. de exceptio. c.
teſtes. 2. q. 7. l. 8. &. 10. tit. 16. pa. 3.

1 Sed non abſolutè & generaliter tex.
in. d. c. accuſatus. §. licet: &. ca. in fidei
fauorem de hæret. lib. 6. eſt intelligẽ-
dus: ſed cum limitationibus & decla
rationibus inferius dicendis. Ideo ad
prædicta iura, ſeptem notandos in-
tellectus in hoc loco à doctoribus
nullibi relatos, referam: quorum pri-
mus eſt, quòd licet regulariter duo
teſtes integri & omni exceptione
maiores, ad probandum crimen hæ-
reſis, vel aliquod aliud crimen ſuffi-
ciant. c. in omni negocio. c. licet vni-
uerſis. de teſtibus. c. cum eſſes. de te-
ſta. in ſpecie notant Ioan. And. Peru.
2 & alij in ca. vt officium. §. verum. nu.
3. de hæreti. lib. 6. Gundiſſal. de Villa.
de hæreti. quæſt. 13. nume. 9. & hanc
fatetur eſſe communem opinionem
Iacob. Septima. in inſtitu. catho. cap.
50. num. 3. duo tamen teſtes, ex hiſte
ſtibus excommunicatis, vel periuris,
vel ſocijs criminis, non ſufficiunt ad
probandum hoc crimen hæreſis. Ita
Aretinus in. c. fin. de teſti. & Ægidius
Boſsius in practica crimi. titu. de hæ-
re. num. 4.
3 ¶ Secundus intellectus, quod licet
verum ſit, quod in alijs cauſis crimi-
minalibus, citra hoc crimen hæreſis,
numerus teſtium eorum defectus nõ
ſuppleat, etiam ſi ſint quatuor vel
quinque, vel plures: vt ſingulariter
affirmat Bald. in. cap. licet cauſam. §.
quidam verò. de proba. quem ſequi-
tur Feli. in cap. teſtimonium. num. 5.
de teſtibus. Decius in. d. ca. licet cau-
ſam. nume. 8. & in conſilio. 133. inci-
pien. viſo proceſſu. num. 3. Hippo. in
repe. Rub. C. de proba. nume. 312. &
in conſilio. 109. incipien. audito &
intellecto. numero. 5. & in practica
crimi. §. expedita. numero. 82. & in
ſing.



ſing. 437. incipiẽ. in cauſis: & in ſing.
477. incipien. in teſtibus. Quod ali-
ter eſt in crimine hæreſis, in quo in fi-
dei fauorem hoc eſt ſpeciale, vt nu-
merus teſtium ſuppleat eorum defe
ctus: qui ſanè intellectus rectè ex te-
nore literæ in. d. cap. in fidei fauorem
colligitur: ibi ex numero teſtium &
perſonarum qualitate. &c. Et tenuit
optimè Ægidius Boſsius in practica
criminali. titul. de hæreti. numero
quarto. Idem etiam eſt in cauſis. ciui
libus, in quibus numerus teſtium
ſupplet eorum defectus gloſſ. eſt ſin
gularis communiter recepta in. l. 3.
in verbo, numerus. ff. de teſtibus: quã
affirmat eſſe notabilem Bart. in. l. ex-
cuſantur. nume. 7. ff. de excuſa. tuto.
Ioa. de Imola in. l. qui teſtamento, in
principio. ff. de teſta. Alex. de Imola,
in conſilio. 149. incip. viſo proceſſu.
nume. 5. volu. 5. & in conſilio. 5. inci-
pien. in cauſa inquiſitionis. nume. 6.
vol. 1. & Thomas Gram. conſi. 26. in
cipiẽ. in cauſa matrimonij. num. 5. &
Decius, & Hippo. in locis ſuperius ci-
tatis: ſicut vnus teſtis valde idoneus,
& alius teſtis infamis vel minus ido-
neus, in cauſis ciuilibus plenè probãt
4 quia integra fides vnius, ſupplet de-
fectũ alterius: & ratione adiuncti pur
gatur ſuſpicio: hoc eſt dictum ſing.
Bald. in. l. ſi quis ex argentarijs. §. pri-
mo. in principio. ff. de edendo: quod
ſequitur Iaſ. in. l. cunctos populos. in.
2. lectura. numero. 53. C. de ſumma
Trini. & fide catho. Idem Iaſ. in au-
ten. ſi verò contigerit. numero. 3.
C. de Iudi. Feli. in cap. tertio loco. nu
mer. 3. de proba. Decius in conſilio.
133. incipien. viſo proceſſu. nume. 4.
Hippo. in. l. de minore. §. tormenta.
nu. 9. cum ſequentibus. ff. de queſtio.
& in conſilio. 84. incipien. vias tuas
Domine. nume. 28. volu. 2. & in ſing.
554. incip. memini alias plura dixiſſe.
¶ Tertius erit intellectus ad. d. c. in fi
dei fauorem: q. licet in crimine hære
ſis, & in alijs criminibus & delictis ex
ceptis, ſocius criminis in teſtem ad-
mittatur: quòd id locum habeat in
5 ſocio criminis alias non infamato ex
alijs delictis: ita affirmat Ange. in. l. in
iudicio. ff. de accuſa. dicens in facti
contingentia pluries conſuluiſſe. ſe-
quitur Socinus in conſi. 118. incip. vi
ſa narratione, in fine volu. pri. & Bar-
ba. conſi. 65. incip. ſapienter, volu. 4.
Anton. Corſetus in ſingulari incip.
integer teſtis. Hippo. conſi. 102. nu-
mero. 12. volu. 2. & conſilio. 74. pri-
mo volum. concludens, quòd licet
aliàs in aliquibus caſibus ſtandum ſit
dicto ſocij criminis, intelligendum
eſt de ſocio criminis aliàs non infa-
mi ex alio delicto: de qua concluſio-
ne optimè Thomas Gramma. in con
ſilio primo. numero. 61. cum ſequen-
tibus. Huius concluſionis ratio eſt,
nam quemadmodum plura admini-
cula ampliant & adiuuant probatio-
nem. l. admonendi. ff. de iureiuran. l.
tertia. §. eiuſdem. ff. de teſti. l. inſtru-
menta, &. l. rationes. C. de teſtibus: ita
plures defectus annihilant & de-
ſtruunt probationem: quod operа-
tur propoſitum in propoſito, idem
operatur oppoſitum in oppoſito. l. fi.
ff. de lega. 3. l. ſi vt proponis. C. de nup
tijs. ¶ Quartus intellectus ſit, quod
6 tex. in. d. c. in fidei fauorem procedat
& intelligatur, quando in cri. hære.
per viam inquiſitionis proceditur:
quo caſu ſocij & participes criminis,
& aliæ perſonæ inhabiles in teſtes ad
mittantur: & quod aliter ſit, quando
per viam & modum accuſationis:
qui ſanè intellectus ex tenore dicti
ca. in fidei fauorem, ſatis colligitur:
ibi: in negotio inquiſitionis hæreticæ
prauitatis, hunc intellectum ad di-
ctum tex. tenuit gloſſ. ibi: & Ioã. An-
dre.

dre. Domini. & Phi. Franc. nam ille
tex. eſt exorbitans, & ius commune
corrigens: & in exorbitantibus & cor
rectorijs non permittitur de iure ex-
tenſio. l. cũ quidam ff. de lib. & Poſth.
cap. tua. §. fin. de decimis. Contrariã
tamen ſententiam tenuit ibi Archi.
& Gundiſſal. de Villa. de hæreti. q. 13.
& Ludo. Carre. de hære. §. circa igitur
num. 50. & Iacob. Septi. in inſtit. ca-
thol. c. 62. num. 3. quod vtroque caſu,
ſiue per viam accuſationis, ſiue denũ
ciationis, ſeu inquiſitionis proceda-
tur: tales perſonæ alias inhabiles in
7 teſtes admittantur, quia eſt ratio ex-
preſſa in textu, videlicet in fidei fauo
rem: & cauſa & ratio in canone, vel
lege expreſſa illa eſt cauſa finalis, &
non impulſiua illius canonis & legis:
gloſſ. eſt ſing. in parte non cohæret,
in. l. cum tale. §. falſam. ff. de condi. &
demonſtra. quam ibi notabilem eſſe
affirmat Bal. & Ange. in. l. ſciendum,
in. 2 ff. de ædili. edicto. Iaſ. in. l. ſi pecu
niam, num. 18. ff. de condi. cau. data
cau. non ſecu. Cardi. & Ioan. de Imo
la in. c. ex parte, col. fi. de cleri. coniu-
gatis: & Præpo. in. c. verum, nume. 3.
de condi. appo. Optimè Andre. Tira-
quel. in tracta. de ceſſante cauſa, fal-
lentia prima, num. 21. neq; prædictis
obſtat quòd deciſio illius text. eſt ex
orbitant. & iuris communis correcto
ria: nam quotiens lex vel conſtitutio
8 aliqua ex vna parte continet fauorẽ,
ac reſpectu alterius odium, attendi-
tur id propter quod principaliter fa-
cta fuit: videlicet in fidei fauorem, &
in odium hæreſis: & ita meritò potius
conſideratur fauor, quàm odium. gl.
eſt ſing. in parte liberis, in. l. 2. C. de in
ius vocan. vbi optimè Bal. & Iaſ. nu.
3. & 4. idem Bald. in. l. illud. C. de ſa-
croſanct. eccleſi. col. 2. & Bart. & Pau.
Caſtren. in. l. bona fides, in principio.
ff. depoſiti: & in. l. ſi quis neq; cauſam.
ff. ſi cert. peta. Abb. in. c. non dubium
num. 3. de ſenten. excommu. glo. eſt
ſimilis in parte ius vocaſſet, in. §. pe-
nales: inſti. de actio. glo. fi. in. l. apud
Celſum. §. aduerſus. ff. de doli excep.
glo. in verbo interueniat, in. l. ſed ſi
hac lege. §. fi. ff. de in ius vocan. glo. in
verbo iurare, in. l. qui bona fide. §. qui
alieno nomine. ff. de damno infecto:
ideo opinio Archi. & ſequacium eſt
tenenda.

9 ¶ Quintus eſt intellectus, quòd dato,
quod ad probandam defenſionem
alicuius admittantur teſtes inhabi-
les, domeſtici & familiares, & conſan
guinei, & alij minus idonei, vt opti-
mè ſcripſit Iaſ. in. l. vt vim. col. 2. nu. 5.
ff. de Iuſtit. & iure: idem tenuit ipſe
met Iaſ. in. l. non hoc. nu. 5. in fine. C.
vnde legi. & in. l. non ſolùm. §. ſcien-
dũ. ff. de noui operis nunciatio. Hip-
pol. in. l. 1. §. ad quæſtionem, nu. 12. ff.
de quæſtio. & in ſing. 59. Tho. Gram-
ma. deciſione 56. incipien. Andreas,
numer. 16. & in conſilio. 69. incip. in
cauſa Benedicti. num. 11. Ludo. Car-
re. in practica crimi. §. circa ſextum,
fol. 183. num. 3. & in. §. & nota docto-
res, fol. 237. num. 5. & fol. 74. num. 50.
vbi hanc regulam limitat. Idem affir
mat Ægid. Boſsius in practi. cri. tit. de
fauoribus defenſionis. nu. 3. in quo lo
co, num. 5. affirmat, quòd etiam poſt
publicationem teſtium & concluſio
nem in cauſa, vſq; ad ſententiam, te-
ſtes ad defenſionem recipi poſſunt:
& iudex non recipiens, tenetur in ſin
dicatu. Bart. in. l. diui fratres. ff. de pœ
nis. Feli. in. c. cum clamor, de teſtibus
& Hippol. in practi. crimi. §. ſequens,
nu. 1. & in ſing. 90. incipie. fauorabi-
10 les, & Ludouicus Carre. in dicta pra-
ctica, fol. 183. nu. 5. Ad defenſionem
tamen hæreticorum, tales teſtes inha
biles, & minus idonei, non admittũ-
tur: & id annuere videtur tex. in. d. c.
in fidei



in fidei fauorem: ibi, cõtra hæreticos
credentes: & . d. §. licet verò ibi, reue-
lare in fauorem fidei. De qua conclu
ſione eſt caſus expreſſus in. c. filij vel
hæredes, in fine. de hære. lib. 6. ibi, nõ
tamen per vxores, filios, familiares,
vel de ſuis aliquos, ſed per teſtes alios
fidedignos: & expreſſè habetur in di
rectorio inquiſitorum. 3. parte. c. 70.
& hunc intellectum ad prædicta iura
tenuit Ægidius Boſſius in practica cri
minali, tit. de hæreti. num. 3. & in tit.
de defenſionibus reorum, nu. 46. ita
hic alius datur caſus ſpecialis in hoc
crimine hæreſis.

¶ Sextus intellectus, à iuris profeſſori
bus ad prædicta iura communiter re
ceptus eſt, quòd prædicti teſtes periu
ri, vel excommunicati, vel ſocij crimi
nis, vel aliàs minus idonei, in crimine
hæreſis admittantur, non ad plenam
probationem faciẽdam, vel pœnam
delicti ordinariam ponendam, ſed ad
præſumptionem, vel aliquam proba
11 tionem faciendam, vel ad torturam,
vel pœnam extraordinariam impo-
nendam: quòd ſatis colligitur ex te-
nore tex. in. d. c. in fidei fauorem; ibi,
ex numero teſtium, & perſonarum
qualitate, & alijs circunſtantijs: & ex
verbis tex. in. d. §. licet verò, ibi. ſi ex
manifeſtis indicijs apparuerit talis,
& vltra iuris interpretes in prædictis
iuribus, ita prædicta iura interpreta-
tur Abb. in. c. per tuas. nu. 4. de ſimo-
nia: & idem Abb. c. 1. num. 7. de con-
feſſis. Feli. in. c. teſtimonium. nu. 22.
de teſtibus. Iaſ. in. l. 4. §. ſi tibi ob indi-
cium. num. 4. ff. de condi. ob turpem
cauſam. Alexan. conſil. 313. viſo the-
mate, volum. 7. Hippol. in. l. 1. §. diuus
Antoninus, num. 3. ff. de quæſtio. &
in practi. crimi. §. diligenter, num. 59.
& in conſilio. 109. incipien. audito &
intellecto caſu. nume. 11. Gundiſſal.
de Villa. de hæreti. q. 13. num. 12. Lu-
do. Carre. de hæreti. §. circa igitur, nu.
52. Palat. Rub. in allegatio. hæreſis. §.
fi. Ægidius Boſsius in practi. crimina.
tit. de hære. numer. 3. Iacobus Septi-
ma. in inſtitu. catho. c. 62. nume. 5. &
habetur in directorio inquiſitorum.
3. parte. c. 66. & . c. 68. niſi ſimul cum
prædictis teſtibus aliàs minus idoneis
ſint aliquæ veriſimiles coniecturæ,
& aliæ circunſtantiæ vel adminicula
quo caſu pœna ordinaria delicti hæ-
retico iniungenda eſt: quod aliter eſt
in alijs criminibus, iuxta. glo. ſing. in
l. ſi filiũ. C. de lib. cauſ. & Iaſ. in. d. §. ſi
tibi ob indicium, nume. 4. & Hippol.
in locis modo citatis: & ſit cautus iu-
dex circa præſumptiones & conie-
cturas, nam ſæpe coniecturæ ſunt fal
12 laces, vt dicit Bald. in. l. precibus, col.
7. C. de impu. & alijs ſubſti, Iaſ. in. l. li-
cet imperator, col. 3. ff. de lega. 1. nam
præſumptio eſt alicuius facti dubia
probatio: vt declarant Abb. & doct.
in rub. de præſumptio. & indiciũ eſt
coniectura quædam ex probabilibus
& non neceſſarijs adminiculis orta.
13 Ita, inquit Bald. in. l. ea quidem, col. 2.
C. de accuſa. & in. l. non hoc. C. vnde
legi. Decius in. c. tertio loco, num. 14
de probatio. Optimè Mart. Blancus
in rep. l. fina. nume. 34. ff. de quæſtio.
meritò igitur deciditur in. d. c. in fi-
dei fauorem, ibi, ex veriſimilibus cõ-
iecturis, & ex numero teſtium, aut
perſonarum qualitate, & alijs circun
ſtantijs delictum hæreſis probatur.
14 Ideo probationis materia in arbitrio
iudicis principaliter conſiſtit: & eius
iudicio relinquitur. l. 3. ibi, tu magis
ſcire potes, &c. ff. de teſtibus. Pau. Ca
ſtren. in. l. admonendi, prope finem:
vbi latiſsimè Iuniores. ff. de iureiurã.
Franciſ. de Curte iunior, conſilio. 52.
num. 8. Nicola. Boerius deciſio. 101.
incipien. & dic, difficile eſſe, num. 8.
& difficillimum eſſe arbitror in ma-

 teria

teria probationis certam conſtitue-
re regulam:quia iura ſecundum di-
15 uerſas negotiorum qualitates, diuer
ſas formas, ac varios probandi mo-
dos ſtatuerunt & induxerunt: vt in-
quit Feder. de Senis in conſilio.119.
incipien.nulli dubium eſt: quem re-
fert Feli.in.c.veniens,in.2.nume.21.
de teſti.

¶Septimus intellectus,& non reijciẽ
dus eſt,quòd in alijs delictis & crimi-
16 nibus duæ ſemiplenæ probationes
diuerſi generis, & ad eundem finem
tendentes,non coniunguntur ad ple
nam probationem.Bal.in.l.ſi quis ex
argentarijs.§.1 ff.de edendo.Bart. in
l.1. §. idem Cornelio. ff. de quæſtio.
Iaſ.in rep.l.admonendi.num. 253. ff.
de iureiuran.Hippolyt.in. d. §. idem
Cornelio,num.4. & in. l. de minore.
§.plurium,circa finem: & in. l. vnius
facinoris.§.teſtes. ff. eod. tit. de quæ-
ſtio.Optimè Ægidius Boſſius in pra-
cti.crimi.tit.de conuictis,numer.22.
cum ſequentibus: quod aliter in cri-
mine hæreſis: vt apparet ex tenore,
tex.in.d.c.in fidei fauorem.

## SINGVLARE. CXC.

TEſtis hæreticus ſeu infidelis ad
teſtimonium non admittitur,
authen.credentes.C.de hære.c.1. de
teſti. cap. ſi hæreticus. cap. non po-
teſt.2.quæſt.7.c.ipſa pietas.23.quęſt.
4.nam vt inquit.d.c.non poteſt erga
homines eſſe fidelis, qui Deo extitit
infidelis.l.8.titulo.16.p. 3. ſed in cri-
mine hæreſis infideles, ſeu Iudæi, ad
teſtimonium contra hæreticos ad-
mittuntur.c.contra Chriſtianos. vbi
gloſſ.& docto.de hære.lib. 6. gloſſ. in
verbo,infidelis,vbi docentes, in.c.1.
de teſti.Palat.Rub.in allega. hæreſis.
§.fi.Gundiſſal.de Villad.de hæret.q.
13.num.10.ne pro defectu probatio
nis tam graue crimen impunitum re
maneat.l.quia in fine.C.de hære.c. di
lecto.c.ſignificauit de teſti.

## SINGVLARE CXCI.

TEſtes infames tam in cauſa ciui-
li quàm criminali,non admittũ-
tur.c.1.de exceptio.c.licet,verſi. qui
dam verò de proba. c. teſtimonium
de teſti.c.teſtes.2.q.7.l.3.§.de lege Iu
lia.ff.de teſti.l.8.&. 10.in fine. tit. 16.
p.3.quia teſtimonium ferre eſt digni
tas.l.Caſſius.ff.de ſenato.c.præceptũ
32.q.5.glo.in verb.emendatus, in fi-
ne,in.c.teſtimonium de teſti.& infa-
mes repelluntur à dignitatibus.l.vni
ca.C.de infamibus,lib.10.l.nec infa-
mes.C.de decurio.li.10.ſed in crimi-
ne hæreſis,infames ſiue ſint iuris,ſiue
facti, teſtimonium ferre non prohi-
bentur.c.accuſatus.§.licet de hæret.
lib.6.Ioan.Andre.in.c.fi.de teſti. Frã
ciſ.Squillacen.de fide cathol.c.34. in
cip.inſuper.Iaco.Septi.in inſtitu. ca-
tholi.c.62.num.31.facit.l.3.&.l.Iulia
nus:& ibi gloſſ.ff. ad. l. Iulia maieſta.
bene.Iaſ.in.l.cunctos populos,lectu-
ra prima,nu.65.C.de ſumma Trinit.
& fide catho.vbi hanc,&.4.fallen. ad
dictam regulam ſcripſit,& Bartho.So
ci.regu.504.incip.teſtes infames: &
ad probandam innocentiam alicu-
ius,ſimiliter teſtes infames admittun
tur.Spe.tit.de inquiſitione.§.1. verſi.
ſed nunc quid.Alex.conſi.24.animad
uerſis,in fine,vol.2.Decius in.l.& ſi ni
nil,num.3.ff.de regu.iuris.

## SINGVLARE CXCII.

TEſtes ſocij & participes criminis
regulariter ad teſtimonium nõ
admittuntur.c.veniens.2.de teſti. &
1.de confeſſis.c.ſi teſtes.§.item liberi
4.q.3.cap.neganda.3.q.11.cap.fi. 14.





q.3.l.quia liberi.C.de teſti.l.fin. C. de
accuſa. l. 1. §. diuus Antonius. ff. de
quæſtio.l.21.tit.19.p.3.l.fi.tit.7.lib.2.
fori.ll.Alexan.conſi. 120. viſo proceſ
ſu.in prin.vol.7. Corneus, conſil.58.
vol.1.Boërius,deciſione.319.Hippo.
cõſi.2.opportuna.nu.38.ſed ſpeciale
eſt in crimine hæreſis, in quo teſtes
ſocij & participes criminis contra hę
reticos admittuntur. c. in fidei fauo-
rem,de hæret.lib.6.c. 1. de confeſſis.
glo.fi.in.c.1.de teſti.lib.6. Abb. in.c.
quoniam de teſti.Gundiſſal.de Villa.
de hære.q.13.num.10. Franciſ. Squil
lacen.de fide catho.c.34. Alphonſus
Guerrero in theſauro religionis Chri
ſtianæ,tit.de hære.nu.21. Sali.in. d. l.
quia liberi.vbi alios caſus refert:& in
l.ſi magnum.C.qui accuſa. non poſſ.
Soci.reg. 517. incip. teſtis ſocius cri-
minis,vbi regulam,&.4. fallen.ſcrip-
ſit latè Hippoly.in.l.1.§.diuus Anto-
nius,num.2.cum ſequent.ff.de quæ-
ſtio. & in.l. de minore. §. tormenta,
num.20.ff.eod.tit.& in.l. ſi quis cum
telo,nu.74.C.de ſica.& in practi. cri-
mi.§.diligenter.nume.59.&.68.& in
conſi.109.incip.audito.num. 11. vbi
allegando.d.c.in fidei fauorem: præ-
bet rationẽ huius ſpecialitatis: quod
adeo verum eſt,quòd etiam ſi per viã
accuſationis procedatur in cauſa hæ
reſis,à teſtimonio particeps criminis
non repellitur.Archi. in. d. c. in fidei
fauorem.Gundiſſal.de Villad.de hæ-
ret.q.13.Iaco.Sept.in inſtitu. cathol.
c.62.num.3.quia in vtroque caſu eſt
eadem ratio fauoris fidei: & hæc eſt
ratio finalis dicti.c. in fidei fauorem:
quæ opinio mihi videtur verior con-
tra gloſſ.Ioan.Andre.Domi.& Fran-
cum in.d.c. in fidei fauorem, dicen-
tes:quòd ſi via accuſationis in hoc cri
mine hæreſis proceditur,ſocij & par-
ticipes criminis non admittuntur:
quia accuſans debet habere idoneos
teſtes:neque eſt neceſſe,vt fidem fa-
ciant participes criminis in hoc cri-
mine,vt torqueatur,vt concludit Ia-
cob.Septi.in inſtitu. catho. c. 62. nu.
6.hoc ſanè notatu dignum omitten
dum non eſt,quòd huiuſmodi teſtes
participes, & ſocij criminis plenam
probationem non faciunt ſine alijs
adminiculis, etiam in hoc crimine:
ſed ad pœnam extraordinariam, vel
ad torturam:ita dicit Abb.in.c.1.nu.
7.de confeſſis,& in.c. per tuas. nu. 4.
de ſimo.eſt glo.magna, in fine. C. de
lib.cauſa.Expreſſè Feli.in.c. teſtimo-
nium.nu.22.de teſti.Iaſ.in.l.4. §. ſi ti-
bi iudicium, num. 4. ff.de condi. ob-
turp.cauſ.Alex.conſi.313.viſo tema-
te,circa finem vol.7.Hippoly.in.d.§.
diuus Antonius,nume.3.& in practi.
crimi.§.diligenter.nu.59.bene Gun-
diſſal.de Villa.de hęre.q.13.nu.12.&
Iaco.Septi.in inſtitu.catho.c.62. nu.
5.& Palat.Rub.in allega. hæreſis.§. fi.
& optimè Hippol.ſingu.209. & in.d.
conſil.109.audito,nume.11.qui om-
nes ita intelligunt. d. c. in fidei fauo-
rem:& ex tenore illius colligitur ibi,
ex numero teſtium aut perſonarum
qualitate,& alijs circunſtantijs: ideo
inquiſitores in examinandis teſtibus
ſint nimis cauti & circunſpecti. Pri-
mò interrogandus an cognoſcit ta-
lem:item quo tempore, & quo loco:
item de cauſa cognitionis: item ſi eſt
fama in illo loco de illa re: item vn-
de fuit orta fama:item quid ſcit de il-
lo crimine: item de cauſa credulita-
tis: item quo tempore & quo loco il-
lud vidit: item quæ perſonæ erant
præſentes: item cum quibus verſa-
tur ille committitur: & de alijs teſtis
interrogandus eſt, iuxta materiam
ſubiectam: & in tam graui crimine
cum magna cautela procedere,vt in
quit text.in. c. ne aliqui. §. verum de
hære.lib.6.vt notant Bald. & Sali.in

l.ſolam.C.de teſtibus.Bart.in.l. de minore.§.plurium.ff.de quæſtio.

## SINGVLARE. CXCIII.

TEſtis reputatur ſuſpectus & eſt repellendus, quando ſpontè ſe offert,& ad teſtificandum ſe ingerit. l.quæ omnia:& ibi Bart. ff. de procu. l. poſt legatum . §. hic verò . ff. de his quibus,vt indig.authen. de teſti. §. ſi verò ignoti,ibi feſtinantes,col.7.Bal. in authen.ſed nouo iure, col. 1. C. ſi cert.peta.& in . l. quoniam liberi, in prin.C.de teſti.Lanfra.in.c.quoniam contra,in verb.teſtium depoſitiones num.11.de proba. Feli.in.c.2.nume. 23.de teſtibus.Hippoly.in.l.vnius.§. ſeruo.num.6.ff.de quæſtio.&in ſing. 140.incip.teſtis qui offert ſe ad teſtificandum,quod adeo verum eſt,quod teſtis qui in vna cauſa criminali ſe offert,propter hoc poteſt repelli in alia cauſa à teſtimonio tanquàm inimicus:ita dixit ſingu. Abb.per text. ibi. poſt Inno.in.ca.cum.p. manconella. in fine,de accuſatio.ſequitur Feli. in c.2.num.23.de teſti. Ideo dixit Bart. in.l.libertorum.C.de teſti.Bal.in.l.3. ff.eod. tit. ſequitur Hippol. qui alios allegat,in.l.1.§.ſi quis vltro,nu. 12.ff. de quæſt.quòd qui non citatus ſpontè venit ad deponendum, non probat,neq; dictum eius valet:ſed ſpeciale in cauſis fidei reperitur, quòd teſti ſe offerenti integra fides adhibetur. c.accuſatus.§.licet de hęre.lib.6.Ioã. de Imol.in.c.iurauit.in princ.de proba,Feli.in.c.2.num.23.de teſti.vbi regulam & fallen.ſcripſit Iacob. Septima . in inſtitu . cathol.c.62.num.36. eſt in argumentum, tex.in.c.cum in tua.&.c.præterea,in. 2. de ſponſa . & quando teſtis ab vtraq; parte eſt rogatus vt deponat, licet ſit inhabilis, fidem facit, gloſſ. in authen. de teſti. §.ſi quis ſupplicijs.col.7.Bald.in.l. parentes.C.de teſti. & in. c. in nomine Domini eod. tit. idq; intelligendum eſt,quando inhabilitas eſt per partes remiſſibiles, aliàs ſecus: vt puta excommunicationis exceptio, quæ nõ eſt remiſſibilis.Bald.in.l. ſi quis teſtibus.nu.7.C.de teſti.Hippol. ſing. 92. incip.licet teſtis.

## SINGVLARE. CXCIIII.

TEſtis qui in iudicio dixit vnum, & in alio vel eodem iudicio poſtea dixit contrarium, dicens quòd prece vel pretio corruptus primo depoſuit , primum dictum eſt validum,& non ſecundum.Inno. in cap. præterea.de teſti.cogen. Cardin. & Abb.in.c.veniens,in.2.de teſti.idem Abb.&Ioan.de Imo.in.c.cum in tua. vbi Feli.nu.4.de teſti.Aret.in.c.ſicut nobis.col.2.de teſti.l.30.tit.16.par.3. hanc dixit communem Corneus, conſi.27.col.pe.vol.3. Decius conſil. 175.in cauſa falſitatis,num.7. & cõſi. 189.in caſu propoſito.num.10.Alcia. tracta.de præſumptio.reg.2. præſumptione.29.Couarru.lib.2.reſolu.cap. 13.num.8.quia quiſquis ſua voce dilucidè proteſtatus eſt,in eundem caſum non valet proprio teſtimonio infirmare.l.generaliter. C. de non numera.pecuni.c.per tuas de proba . & ſupradicta intelligit Bart.in.l.eos.nu. 4.ff.de falſis,& in.l.ſi.C.de re iudi. niſi ſecundo deponat eum tormentis: quo caſu, ſecundo , & non primo dicto ſtandum eſt : in quo Bart. magis communiter reprehenditur: vt patet ex traditis per Feli.in.d.c.cum in tua.num.4.& Couarru.in loco retro citato: in quo laborat ſuſtinere opinionem Bart .& optimè ſcripſit Boerius,deciſione.108.incip. & videtur. Sed ſpeciale eſt in crimine hæreſis, quòd



quòd poſteriori & non priori dicto fides adhibetur.cap.accuſatus. §. licet de hære.lib.6.repertorium inquiſitorum in verbo teſtes, & directorium p.3.q.65.Ioan.Nicola.de hære. nota. 13.incip. volo. Alberti. in.c.1.q.16. num.79.de hære.lib.6.quam concluſionem dicit eſſe communẽ Couar. vbi ſupra,num.9.declarando d. §.licet:quando ex manifeſtis indicijs apparet tales teſtes qui de ſe vel de alijs ita teſtificantur, non animi leuitate aut odij fomite,ſed zelo fidei catholicæ dictum ſuum corrigunt,&contraria deponunt: & quando aliquis teſtis dicto ſuo eſt varius, taliter, quòd ſibijpſi manifeſtè contradicit, nullo modo fit reductio ad cõcordiam: ſin autem non manifeſtè ſibijpſi contradicit,ad euitandam falſitatem & periurium reducitur ad cõcordiam : ſed quoad hoc,vt eius dictum probet, nihil penitus operatur,de qua re eſt gl. notab.& ibi,Anto.in.c. in noſtra, de teſti.Bart.in.l.adeo, in fine per illum text.ff.de falſis. Hanc theoricam tradit Ioan.de Imol.in.l. inter ſtipulantem.§.1.ff.de verb.obliga. Alexand. conſil.20.in cauſa appellationis, numer.4.vol.4.

## SINGVLARE CXCV.

### SVMMARIVM.

1 *Teſtis periurus admittitur in crimine hæreſis*
2 *Papa teſtem non idoneum poteſt facere idoneum.*
3 *Periurus in cauſis ſiue ciuilibus ſeu criminalibus,repellitur à teſtimonio.*
4 *Semel periurus,præſumitur falſum iurare.*
5 *Solitus furari,præſumitur fur.*
6 *Solitus fœnerari,præſumitur fœnerator.*
7 *Periurus in vno articulo, non probat in alijs.*
8 *Periurus perdit beneficium aliquid probandi per iuramentum.*
9 *Semel malus,ſemper præſumitur malus,in eodem genere mali.*
10 *Niſi per triennium emendetur.*
11 *Vna præſumptio aliam tollit.*

1 TEſtis periurus,in cauſa hereſis admittitur ad teſtimonium .c. accuſatus.§.licet de hære. lib. 6. gloſſ. & docto.in.d.c.in fidei fauorem,de hære.lib.6.Franciſ.Squillacen.de fide catholica.ca.34.Feli.in c.teſtimonium,num.22.de teſti. dũmodo ex indicijs & alijs adminiculis conſtet,quòd tale delictum non corruptionem, ſed veritatem continet: ita colligitur ex.d.§.licet & ex.d.cap. in fidei fauorem,tenet Feli. vbi ſupra Abb.in cap.per tuas,num.4.de ſimo. Gundiſſal.de Villa.de hære.quæſt.13 num.12.Palat.Rub.in allega.hęreſis. §.fin.ex quibus iuribus clarè deduci-
2 tur,quòd Romanus Pontifex poteſt facere vt periurus vel inhabilis à teſtimonio non repellatur: Spe. tit. de teſt. §. 1. verſi . ſed quæritur vtrũ Papa.Ioan.Andre.& Anto.in.d.c. teſtimonium.vbi Feli. nu . 22. hanc dicit eſſe communem & Ant.Corſe.ſing. ſuis, in verbo. teſtis, in. 5. dummodo
3 non ſit defectus naturæ, vt mente captus,& furioſus.Archi.& Peru. in. d. c.in fidei fauorem. Ad rem igitur, regulariter,neq; in cauſa ciuili , neq; in criminali,periurus etiam emẽdatus, non admittitur in teſtẽ.c.cum oporteat de accuſa.c.ſicut nobis.ca. teſtimonium de teſti. c. quicunq;. 6. q.1. cap.ſi quis conuictus.c.paruuli.22.q. 5.l.8.& melius.l.fin.tit. 16.p. 3.l. 9. & l.13.ti.8.lib.2.fori.ll. etiam ſi de facto periurus ſit examinatus, nullum facit indicium,text.eſt ſingularis.in.d.c.ſicut nobis,in fine:quem ibi, Feli. notat,num.3. quæ eſt optima declaratio

tio ad Theoricam Bart.in.l. maritus.
ff.de quæſtio. & Bald. in.l. ſeruos, in
prin.C.de teſti.quando teſtis repelli-
tur ratione infamiæ, examinatus fa-
cit indicium:ob id igitur periurus à te
4 ſtimonio repellitur: ſemel enim per-
iurus, præſumitur iterum falſum iura
re.l.ſi cui crimen.§.ijſdem:ibi, qui ſe-
mel calumniatus eſt.ff.de accuſa. gl.
quæ dat hanc rationem in.l.qui cum
vno.§.ignominia.ff.de re mili.glo. in
l.Lucius.ff.de his qui nota.infami.&
in.l.3.§.lege.ff.de teſti.& in.l.Caſſius
ff.de ſena.glo.in.d.c.paruuli.gloſſ.in
verbo adulterij in.c.per tuas, de ſim.
& dicit.gloſ.in.l. lege Cornelia. ff. ad
ſena.cõſul. Syllania.quòd ſi ſemel de
linquit, præſumitur in futurũ delin-
quere:& ſolitus furari,in dubio præ-
6 ſumitur fur. glo. & doct. in. l. inciui-
lem.C.de furtis: & ſolitus fœnerari;
præſumitur fenerator.gloſ.in.l. cum
allegas.C.de vſuris: & teſtis periurus
7 in vno articulo ſui dicti, non probat
in alijs articulis.Inno.in.c. fraternita
tis.de hære.& dicit communem opi-
nionem Alex.conſi.133.viſo proceſ-
ſu.num.5.vol.1.& Bernar. Diaz in re
gu.348.incip.inſtrumenti falſitas: &
Hippo.dicit communem:ſing.76. in
cip.communis conclu. vbi hoc limi-
tat,& dicit ſingu.Bald.in authent. &
qui iurat.num.4.in fine. C. de bonis.
autori.iudi. poſſiden. & in.l. 2. nota.
2.C.de bonis autho. iudi. poſsi. Ro-
ma.in l.admonendi:vbi latius Iaſ. in
rep.num.60.ff.de iureiuran. Abb. &
8 Decius in.c.quæſtioni in fine, de ap-
pella.Feli.in.c.ex parte de teſti. Hip-
pol.in.l.maritus.nu. 36. cum ſequẽti.
ff. de quæſtio. quòd periurus perdit
beneficium aliquid probandi per ſuũ
iuramentum, quod ad hoc videtur
text.expreſſus in.cap.paruuli. 22. q.
5. ibi neque ad ſacramentum acce-
dat,& ibi, neq; in ſua cauſa nec alte-
rius iurator exiſtat, allegat ad id Bald.
in authen.& qui.in princip.C. de bo
nis autori.iudi.poſſi.& Roma. in rep.
l.admonendi,in prin.ff.de iureiuran.
& Feli.in.c.ex parte. num.4. de teſti.
quod optimè exemplificari poteſt in
caſu.l.ſi quando.C.vnde vi.& in cap.
fin.quòd met.cauſ.& in.l.9. titul. 10.
part.7.& in caſu.l.11.tit.5.lib.4.fori
ll.& in caſu.l.ſancimus. C. de iudi. &
in.l.vnica.titul.18.lib.3.fori.& datur
declaratio ad text.& gloſſ.in. l. in bo
næ fidei.C.de iureiurand.& ad.c. fin.
§.fin.eod.tit.& ad.c.vltra tertiam, de
teſti.& ad. c. quia propter de electio.
& ad plures alios caſus relatos per
Hippoly.in rub.C.de proba. nu. 119.
cum ſequenti.& in practi.crimi.§. di
ligenter.num.103.& ratio eſt, quòd
9 periurus non eſt idoneus teſtis, quia
ſemel malus ſemper præſumitur ma-
lus.l.non omnes.§.à barbarijs.ff.de re
mili.l.4.ff.de accuſ.l.eos. ff. de decu-
rio.reg.ſemel malus.de reg. iu. lib. 6.
quæ regula intelligi ſolet in eodem
genere delicti tantum: vtputa qui
eſt homicida, & accuſatur de furto
vel de vſura, non propter id præſumi
tur fur vel vſurarius. Bart. in.l. 2. ff.
de ſena. Bald. & Ioannes de Imol.in
l.fin.ff.de hæret.inſtit.gloſſ.& ibi. An
carra.in.dict.regula, ſemel malus.Fe-
li.in.cap.cum in iure.num.2. de offi.
deleg. Alcia. tracta. de præſumptio.
regu.2.præſumptione.7.Hippo. con
ſil.77.in cauſa.numer. 11. & latius in
ſing.74.incip. tu habes. Solet etiam
10 limitari & intelligi dicta regula, niſi
per triennium continuum malus
emendetur, benefaciendo. authen.
de monachis.§.ſi verò intra trienniũ
ibi, ſufficit ad meliorem purgatio-
nem peccatorum,& ad virtutis aug-
mentum triennalis temporis teſti-
monium.colum.1.quem tex. ad hoc
dixit eſſe ſolennem. Angel. ibi. &
Sali.



Sali.in.l. ſi fideiuſſor. §. fi. ff. qui ſatiſ.
cogan. & in. l. ſi minorem. C. de in
11 integrum.reſti.mino.Iaſ.in.l.ſi prius.
num.42.ff.de noui operi.nuncia. Al-
cia.de præſumptio. reg. 2. præſump-
tione.7.num.3.quia vna præſumptio
tollitur per aliã. l.eum qui.C.de epiſ.
& cleri. l. diuus. ff. de in integ. reſti.
cap.abſit. 11. q.3. cap. cum in iuuen-
tute:de præſumptio.vbi latiſsimè Fe
li.ſcripſit.5.fallen. ad.d.regulam, ſe-
mel malus.

## SINGVLARE CXCVI.

### SVMMARIVM.

1 *Teſtis ad teſtimonium recipiendus non eſt, al tera parte abſente.*
2 *Omnia quæ aduerſus abſentes non contumaces fiunt, valida non ſunt.*
3 *Papa non poteſt in cauſa procedere, parte non citata.*
4 *In præſentatione inſtrumenti, pars aduerſa debet citari.*
5 *Qua cautela periti aduocati vti debent, circa productionem inſtrumentorum.*
6 *In crimine hæreſis parte abſente, & non citata, teſtes recipiuntur.*
7 *In alijs delictis, maximè grauibus, non citatur pars in receptione teſtium.*
8 *LX. caſus in quib⁹ proceditur parte nõ citata*
9 *Ponitur caſus notandus in quo proceditur parte non citata.*
10 *Quando agitur de nullitate, ſententia poteſt reuocari, parte non citata.*
11 *Quando ſententia prolata fuit parte non citata, poteſt reuocari, ea non citata.*

1 TEſtes ad teſtimoniũ
non ſunt recipiẽdi,
altera parte abſen-
te,& non citata.c.2.
c.ſignificauit, de te-
ſti.l.ſi quando, in fi-
ne.C.de teſti.l. iudices. C. de fide in-
ſtru.aut.de teſtibus.§.hic verò.col.7.
ca.in primis.2.q.1.c.1.q.9.l.23.tit.16.
p.3.generaliter enim omnia quæ ad-
uerſus abſentes & non contumaces
2 ſtatuuntur, non ſunt valida.l.de vno-
quoque.ff.de re iudi. vbi pleniſſimè
Hippol.12.ampliationes,&.60.fallẽ.
ſcripſit. l. nã ita diuus.ff. de adoptio.
l.tres denunciationes. C. quomodo
& quando iudex. Hæc citatio ob id
fit, vt pars contra quam teſtis produ-
citur, videat an aliqua legitima exce
ptione talis teſtis à teſtimonio poſſit
repelli.c.præſentiũ.de teſti.etiã Papa
non poteſt in cauſa producere, parte
non citata.Hoſti.& Ioan. And. in. c.
3 veſtra.de procu.Hippoly.ſing.77.in-
cip.citatio.cum de iure naturali ſit ci
tatio.Cle. paſtoralis. de re iudi. & in
productione cuiuſlibet inſtrumenti
debet pars aduerſa citari: aliàs tale
inſtrumentum non probat.c.chartę.
4 3. q. 9. Bald. expreſſè in l. ſi quando.
num.14.C.de teſti.& in.l.iudices.nu.
4.C.de fide.inſtru.& in.l.1.in fine. C.
quando.libe.prin.dat. faciat lit. con-
teſta.& ibi Iaſ.num.11.& in.l.fi.ff. de
ferijs.Bart.in.l. item illa. ff. de conſti.
pecu.Feli.in.c.2.num.31.de teſti.pro
qua communi ſenten.eſt.l.properan
5 dum.§.ſin autem reus.C.de iudi. & iu
ris regula:de qua in. l. in exercendis.
C.de fide inſtru.ideo periti aduocati
& procuratores in productione in-
ſtrumentorum in actis, faciunt ſcribi
quòd erat pars præſens, vel legitimè
citata.His addendum eſt vnum ſatis
ſtupendum, quod affirmat Bart.in ex
tra.ad reprimendum, in verbo.de pla
6 no.quomodo in crimine læſæ maie.
proce.quod ad hoc quod inſtrumen
tum productum probet, neceſſe eſt
quòd detur copia parti aduerſæ, ad
opponendum contra illud. Quod ſe-
quitur Roma.in.l.qui ante calendas.
ff.de verbo oblig. Ange.in. §. appellã
tur,

tur,in fine, inſti. de exceptio. & plu-
res alij relati.per Hippol.in ſingu.81.
incip.aduertas ad vnum,vſq; adeo te
ſtis productus,parte non citata, non
probat quòd eius dictum aliquod nõ
facit indicium,probatur in d.c.2.de
teſti.ibi,nullius momenti:quem tex.
Abb.ibi.nu.14. & Feli.nu.3.notant:
& Decius ibi.num.27. dicit eſſe com
munem opinionem:tenuit Bar.in.l.
maritus. nu.3.in fine.ff.de quæſtio.
Hippo.in.l.1.num.4.ff.de quæſtio.&
melius conſi. 59. in cauſa inquiſitio-
nis,in fine.

¶ Sed ſpeciale eſt in cauſis hæreticæ
prauitatis,quòd parte abſente & non
citata,teſtes admittuntur.c.fi.de hæ
re.lib.6.quem ibi ad hoc Domi. & Pe
ru.notant in prin.& dixit eſſe ad hoc
notabile Abb.in.d.c.2.num.8. & ibi.
Feli.num.17.Roma. ſing.364. incip.
fuit vnus: & Soci.regu.523.incip.te-
ſtium depoſitiones.falle.4.Carrerius
de hære.num.121. Hippol.in.d.l. de
vnoquoq;.num.61.ff.de re iudi. Lu-
do.Carre.de hære.§.verſa autem vice.
nu.10.Iaco.Septi.in inſtitu.catho. c.
62.nu.17. vt abſq; aliquo timore libe
rè & ſpontè teſtes aduerſus hæreti-
cos inquiſitos deponant: ſæpe enim
ille,aduerſus quem teſtificantur, ſi eſ
ſet perſona potens ſeu terribilis,& te
ſtium perſonas cognouiſſet, teſtibus
morte,vel minas,vel timorem infer-
ret:vt dicitur in.d.c.fin.de hæret.lib.
6.vnde dicit ſing.Hoſt.& Ioan.And.
in.c.quoniam frequenter, in prin. vt
lite non conteſta.quos ibi Abb.num.
14.ſequitur: & in.d.c.2.nu.9. & Feli.
nu,13.& Roma.vbi ſupra,quòd quã-
7 do propter nimiam potẽtiam aduer-
ſarij eſt timor de morte,vel de oppreſ
ſione teſtium, omittenda eſt citatio
partis aduerſæ in examinatione te-
ſtium:& in delictis enormibus poteſt
iudex procedere lite non conteſtata,
& parte non citata,in receptione te-
ſtium.Arch.in.c.1.de homi.li. 6.quẽ
refert Hippo.in pract.crim.§.diligen
ter.num.158.quod ſanè equitati con
ſonum non mihi videtur,cum de ma
iori præiudicio & pœna agatur. Sex
caſus, in quibus teſtes non citata par
te examinantur,refert Roma.ſingul.
364.incip.fuit vnus,&.14.caſus ſcrip
8 ſit Feli.in.cap.2.nume.7.de teſtibus:
&.60.caſus per Hippol.in.d.l.de vno
quoq;. Vltrà quos addam vnum nota
tu dignum:videlicet, quòd ſi aliquis
equum conduxit ad partes longin-
quas, & in illis partibus aliquo caſu
fortuito mortuus fuit equus,condu-
ctor faciat teſtes coram iudice com-
petenti examinari: neq; ad validita-
tem & fidem teſtium neceſſe eſt cita
tio domini equi.Ita dixit ſingu.Bart.
in.l.2.num.4.C.de naufra.lib.11.quẽ
9 ſequitur Anto.Corſ.in ſing.incip.te-
ſtis in loco: & Rauen. in alphab.au-
reo.fol.143.col.4.Hippo.ſing. 24. in-
cip.clarum eſt. Decius in.c.2.nu.26.
de teſti.quod intelligendum eſt, dũ-
modo dicta teſtium de neceſſitate
concludant ad eorum validitatem:
nam ſi in genere probãt,quòd equus
cum quo itinerabat,qui erat talis co-
loris,fuit mortuus, non videtur ſuffi-
ciens probatio:ſed probetur quòd il-
le equus qui fuit locatus fuit mor-
tuus, qui erat Titij locatoris: nã pote
rat eſſe alius equus eiuſdem coloris:
cum omnes equi ſint ferè eiuſdem
coloris,vt dicit Ioan.Andre,in. c. au-
ditis.fi.col.de præſcrip.quem ibi An-
to.& Abb.ſequuntur:& Iaſ.in.l.fi.nu.
20.C.de bono.poſſ.ſecundum tab.&
Alexan.conſi.119.viſo proceſſu, hãc
dixit eſſe communem opinionem.
Decius conſil.91.incip.& diligenter,
in fine.Dicta enim teſtium & proba
tiones debent de neceſſitate conclu
dere. l. neque natales. C. de probat.
l.nam



l.nam hoc.C.vnde legi.ca.in præſen-
tia,de proba.Sed reuera mihi videtur
quòd ſi ita eſſet, difficilis daretur pro
batio: maximè propter locorum di-
ſtantiam. Deponant igitur teſtes de
alijs ſignis equi,& adminiculis,vt eo-
rum dicto magis concludant:quę eſt
optima & notãda declaratio,ad ſing.
10 theoricam Bart.in.l.1.C.de curſu pu-
blico,lib.12. id vnum circa prædicta
ſilentio ommittẽdum non eſt: quòd
quando agitur de nullitate alicuius
ſententiæ,quę coram eodem iudice,
qui eam protulit, debet agi, vt dicit
gl.fi.in.l. iudex poſteaquam. ff. de re
iudi.Bart.in.l.ſi expreſſim.ff.de appel
la.cardi.in cle.2.nu.8.de reſcrip. De-
cius in.c.in literis,de offi.delega.par-
te non citata poteſt ſententia pronũ
ciari nulla à iudice.Abb.ant.in.c.cau
ſamq;,de reſcrip.quod ibi Abb.& De
cius optimè declarant:& quando ſen
11 tentia vel poſſeſſio data fuit de facto,
parte non citata,poteſt reuocari: par
te etiam non citata.Bart.& Alex.in.l.
ſi pacto.quo pœnam.C.de pactis.De-
cius in.l.nihil tam naturale. nu.4. ff.
de reg.iuris.

SINGVLARE CXCVII.

TEſtificari in criminalibus nemo
priuilegiatus cõpellitur:vt puta
milites & ſenes,ſeu valetudinarij.l.in
uiti.ff.de teſti.c.dilectorum: vbi glo.
magna,& dd.de teſti.cogen.Inno.in
c.1.& in.c.ſuper. eod.tit.

¶ Sed in crimine hæreſis, omnes
etiam à iure priuilegiati teſtificari
compelluntur.Innoc.in.d.cap.1.nu-
mer.5.& Ioan.Andre.& Hoſtien. in
dict.cap.dilectorum.cap. literas vbi.
Abb. nume. 2. &. 8. de præſumptio.
Socin.reg.509.incip.teſtificari in cri
minalibus: vbi regulam &. 5. fallen.
ſcripſit.

SINGVLARE CXCVIII.

TEſtis domeſticus regulariter à te
ſtimonio repellitur.l.etiã. C. de
teſt.l.idonei.&.l.teſtes quos.ff.eo.tit.
l.1.§.ad quæſtionem.ff.de quæſtio.c.
in literis,de teſti.l.18.tit.16.p.3.& di
cuntur domeſtici quaſi domi ſtantes
l.pronunciatio.ff.de verb.ſigni.decla
rat Bald.in.d.l.etiam.

¶ Sed in crimine lęſæ maieſtatis,diui
næ & humanæ, teſtis domeſticus ad
teſtimonium admittitur.l.fin. C. ad
l.Iuliam.maieſta.Gundiſſ.de Villa.de
hære.q.13.nu.11.Bertachi.p.4.num.
91.vbi regulam in hoc, & plures fal-
len.ſcripſit.& Feli.in.d.cap.in literis.
Hippo.in.l.1.§. ad quæſtionẽ, per.4.
col.ff.de quæſtio.& in ſingu.5.incip.
regula eſt:&.32.fallẽ.ad dictam regu
lam refert Bernar. Diez de Luco, in
reg.746.incip.teſtis domeſticus. Ra-
tio ſpecialitatis eſt, quia hoc crimen
hæreſis ſolet clã & ſecretò fieri: ideo
melius per familiares quàm per alios
probari poteſt.l.conſenſu.C.de repu.
c.tertio loco,de proba.

SINGVLARE CXCIX.

TEſtes,quos quis pro ſe produxit,
ſi contra ſe in eadem vel alia cau
ſa producantur, non poteſt aliqua ex
ceptione repellere. l. ſi quis teſtibus
C.de teſti.c.ſi quis teſtibus. 4. quæſt.
3.l.31.tit. 16. part. 3. quos ſemel quis
approbauit,non poterit poſteà repro
bare.l.ſi vxor.§. fi. in fine. ff. de adul-
te.ca.publicato,de electio.c. dilectiſ-
ſimi.8.q.2.

¶ Sed in odiũ hæreticorũ,ſi Orthodo
xus cõtra hæreticũ litiget,pro ſe,hæ-
retici teſtimonio poteſt vti: ſin au-
tem contra ſe hęreticus producatur,
Orthodoxus hæreticum poteſt à te-
ſtimonio repellere. c. ſi hæreticus in

prin.2.q.7.glo.fi.in.c.poſſeſſor.de re-
gu.iu.lib.6.dicit hoc eſſe ſpeciale fa-
uore fidei.

## SINGVLARE CC.

### SVMMARIVM.

1 *Teſtis inimicus an à teſtimonio repellatur in crimine hæreſis.*
2 *Inimicus non eſt idoneus teſtis.*
3 *Amicus mei inimici, à teſtimonio repellitur.*
4 *Teſtis de proximo reconciliatus, à teſtimonio repellitur.*
5 *Qui ſolitus eſt ſalutare, ſi non ſalutat, præſumitur inimicus.*
6 *Inimicus dicitur qui minatur.*
7 *Detentus in vinculis, etiam iuſtè præſumitur inimicus & odioſus.*
8 *Omnes qui ſunt de aliqua familia alteri contraria, dicuntur inimici.*
9 *Qui ſponte vult teſtificari, inimicus præſumitur.*
10 *Fides adhibetur teſti aſſerenti ſe eſſe inimicū.*
11 *Arbitrio iudicis relinquitur quæ inimicitia ſit ſufficiens, vt quis à teſtimonio repellatur.*

1 TEſtis inimicus in cri
mine hæreſis, à te-
ſtimonio non repel
litur, ſecundum Ar
chi.in.c. accuſatus.
num.4.de hęre.lib.
6.allegando.ca.licet Heli.&.cap.per
tuas,de ſimo.idem tenuit Ioan.Nico
la.de hære.nota.10.incip.non igno-
ras. Sed contra prædictos tenuit ex-
preſsè Gundiſſal.de Villa.q.13. num.
13.ſui tracta.de hęre.& latè Iaco.Sep
ti.in inſtitu.catho.c.25.nu.18. &.ca.
62.nu.31.quæ opinio magis mihi pla
2 cet:nam iura quæ Archid.allegat, id
non probant:& eſt contra eos reg.iu
ris,quòd inimicus non eſt idoneus te
ſtis.c.repellantur. c.meminimus. ca.
cum oporteat,de accuſ.ca.ſi teſtes.4.
q.3.l.3.in prin. ff. de teſti. l.1.§.quæ-
ſtionum.ff.de quæſtio.l. ſi quis teſti-
3 bus.C.de teſti.l.liberi. C.de inoffi. te-
ſta.l.22.ti.16.p.3.quæ lex regia refert
omnes iuſtas cauſas inimicitiæ:&.d.
l.3.ff.de teſti.& etiam amicus mei ini
mici, contra me à teſtimonio repelli
tur.c.repellantur.ca.cum.p. Manco-
nella,de accuſa.Bar.in.l.ſciendum.ff.
de leg.1.Bald.in.d.l.ſi quis teſtibus.
4 Alex.conſi.99.in cauſa inquiſitionis.
nu.6.vol.1. quod bene declarat Feli.
in. c.1.in fine de teſti. etiā ſi teſtis de
proximo ſit recōciliatus,& olim erat
inimicus, à teſtimonio repellitur:
quia ſemper remanent veſtigia ini-
micitiæ.c.accuſatores.1.& ibi.glo.3.
q.5.gl.in verbo inimicitias.in.ca.per
tuas.vbi Feli.& Ana. de ſimo. Inno.
Abb.Ana.& Feli.in.c.cum oporteat,
de accuſat. Iaſ.in.l. apertiſsimi. C.de
iudi.Roma.ſing.315. Hippo.in.l.1.§.
præterea.nu.4.ff.de quæſtio. Latè Ti
raque.de ceſſante cauſa,parte.2.limi
ta.16.n.7.Hanc fatetur eſſe commu-
nem opinionem Couar. in quæſtio.
practi.c.18.n.3.aduerſus quam eſt.l.
Athletæ.§. dat remiſsionem. ff. de
excuſa.tuto.vbi nuper reconciliatus
5 inimicus non excuſatur à tutela. Et
dicit gl.ſing.in.c.cum Adrianus.63.
diſ. quòd præſumitur inimicus ille,
qui non ſalutat, ſi ſolitus eſt ſalutare:
quam dixit ſing.Abb.in.ca.ad hæc.1.
n.3.de appella.& in.c.cū ceſſante.n.
8.eo.tit.& in.d.ca.repellantut.n.2.&
in.c.olim.n.6.de iniurijs.Stepha.Au-
fre.in capel.Tholo.deciſione.222.in
cip.itē fuit.& Feli.in. c.cū ſuper.n.5.
de offi. delega. & in rub.procemij de
creta.n.19. Marti.Blan.in rep.l.fi.nu.
109.ff.de quęſtio.gl.eſt ſimi.in parte,
6 nō loquitur,in.c.ſi inimicus.93. diſt.
& qui minatur,dicitur inimicus.Bal.
in.l.vnica.nu.8.C.ſi quacunque præ
di.poteſta.qui allegat.glo.in.d.§.dat
remiſ-



remiſsionem. Idem tenuit Felin. in.
d.c.cum ſuper.num.4.& minæ ſuffi-
ciunt,vt qui minatur,ponatur ad tor
turam.Spe.tit.de præſumptio.§.ſpe-
cies.verſi.penè petens: quam doctri-
nam aliquibus rationibus nititur re-
prehendere Hippo.conſil.72. incip.
tria, in prin. & qui aliquem facit de-
7 tineri in vinculis, etiam iuſtè iudicis
authoritate, talis præſumitur odio-
ſus & inimicus.tex.eſt ſing.in.l.in ip-
ſius mariti. C. fami. herciſ. quem ad
hoc dicit eſſe notabilem. Abb.in.ca.
cū dilectus,in fine de accuſa. & Mar-
ti.Blan.in rep.l.fin.num.99.ff.de quę
ſtio.Idem tenuit Bald.in.l.non igno-
8 rat,in fine.ff.ad exhiben. Feli. in.d.c.
repellantur.num.3.& eſt tex.ſimilis;
in.c.2. de procu.lib. 6.& omnes qui
ſunt de aliqua familia vel ſeditione,
alteri familiæ contraria,dicuntur ini
mici,& à teſtimonio repellūtur. Bal.
in.l.vnica.C.de rap.virg.& in.c. ſi vaſ
ſallus.in prin. ſi de feudo fuerit con-
tro.Abb.in.d.c.cum.p. Manconella.
nume.2.Eeli.in.d.cap.repellantur.n.
4.vt in Italia ſunt Guelphi, & Gebel-
lini:& in ciuitate Genuenſi Orrui, &
Fregoſi: & in Neapolitana ciuitate
Gaſconi,& Vaſcolleti:& in Florentia
Altouiſes,& Alemaniſes: & in Nauar
ra Viamonteſi,& Agramonteſi:& in
Turre Iulia,& Caſtrocæſarijs in Hiſpa
nia, inter familiam Chauenſem, &
Vargenſem: & in Vbeda & Baetia,in
ter Carauajalonſes, & Couenſes, &
9 qui ſponte abſque iudicis mandato
vult teſtificari in cauſa criminali con
tra aliquem illius, præſumitur inimi-
cus.c.meminimus: & ibi gloſſ.fin. &
Abb.notat,nu.8.de accuſa.& in. d.c.
cum.p.Manconella: & in.ca.nota.2.
vbi latè Decius de iudi. Et generali-
ter in qualibet cauſa, teſtis qui ſpon-
tè ſe ingerit, & ſponte vult teſtifica-
ri; eſt ſuſpectus: auten. rogati. C. de
teſti.Bart.in.l.quæ omnia.§.1.nume.
2.ff.de procura.& in.l. poſt legatum.
§ his verò.ff. de his quibus, vt indig.
10 Feli.in.c.2.num.23.de teſti. & credi-
tur teſti aſſerenti ſe eſſe inimicum
alicuius, vt à teſtimonio contra illū
repellatur.ca.inquiſitionis. §. tertiæ.
vbi Abb.notat,nume.7.de accuſa. &
ſufficit vt à teſtimonio repellatur, vt
ſubſit aliqua legitima cauſa inimici-
tiæ:etiam ſi teſtis iuramento exami-
natus dicat nullum habere odium
vel inimicitiam cum illo contra quē
teſtificatur. Salic. in.l.1.in princi.ff.
de teſtib. & in auten. ſi teſtis produ-
ctus dicatur.C.eodem titul. Alex.cō-
ſil.99.in cauſa inquiſitionis,numero.
11 3.vol.1.Hippo. ſing.17. incip. inimi-
cus:quod certè eſt ſingulare, & quo-
tidianū. Finaliter arbitrio iudicis re-
linquitur,quę inimicitia ſit ſufficiēs,
propter quam teſtis à teſtimonio re-
pellatur.gloſſ.in verbo. inimicos, in
cap.cum oporteat: vbi Abb.numer.
4.de accuſa.gloſſ.ſimilis in verbo, ini
micum,in.cap.2.de procura.libro.6.
gloſſ.magna in fine. in. ca. accuſato-
res.3.q.5.pro quibus eſt.l.3.§.1.ff.de
teſti.& auten.de teſti.§. ſi verò dica-
tur.coll.7.

## SINGVLARE CCI.

TEſtes ſi ſunt plures & minus ido
nei, vt fidem faciant, eorum de-
fectus ſupplet numerus.glo. eſt ſing.
in verbo.numerus,in.l.3.§.1.ff.de te-
ſti.quam dixit ſing. & non eſſe alibi
Bart.in.l.excuſantur.numero.7.ff.de
excuſa.tuto. Ioa. de Imo.in. l.qui te-
ſtamēto,in prin.ff.de teſta Alex.cōſi.
149.viſo proceſſu.n.5.vo.5.& cōſi.21
incip.repetitio in cauſa, in prin. vol.
4.& cōſi.5.in cauſa inquiſitionis.n.6.
vo.1.Decius in.c.licet cauſam.n.8.de
ꝓba.Hip.in rub.C.de ꝓba.n.312.& in

 conſi.

conſi.109.audito,& intellecto.num. 5. & in practi. crimi. §. expedita.nu. 82.quæ communis opinio,& glo.intelligenda eſt in cauſa ciuili:ſecus tamen in cauſa criminali vel ciuili ardua, in quibus illud quod in fide teſtium deficit, eorum numerus non ſupplet:ita notanter dixit Bald. in.c. ad noſtram,de proba.allegando.cap. licet.§.quidam verò de proba. quod ſequitur Feli.in.c. teſtimonium. nu. 5.de teſti.Decius in.d.c.licet cauſam num.8.& in conſi.133.viſo proceſſu. num.3.& Hippo. in locis retro citatis: & in ſing.437.in cauſis:& ſingu. 477.incip.in teſtibus. Sed in crimine hæreſis,quanquàm cauſa ſit criminalis & ardua, numerus teſtium defectum eorum & qualitatem ſupplet. c.in fidei fauorem:ibi ex numero teſtium de hære.lib.6.ita dicit Franciſ. Squilla.de fide catho.cap.34.& Pala. Rub.in ſua allega.hæreſis.§. fi.

## SINGVLARE CCII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Teſtes qui non ſunt idonei in ſubſidium, an reputentur idonei.*

2 *In cauſa adulterij domeſtici admittuntur.*

3 *Ratione difficilis probationis, minus idonea probatio habetur pro plena.*

4 *Qualiter probetur contractus eſſe vſurarius.*

5 *Qualiter crimen repetundarum aduerſus iudicem probetur.*

6 *An.l.8.tit.15.lib.2.ordi.intelligenda ſit ſecundum dictum Ange.ibi relatum.*

1 TEſtes qui alias non ſunt idonei, in ſubſidium reputantur idonei:ſed non ſemper, neque omni tẽpore,neque in qualibet cauſa:ſed tantum quando ex natura illius actus qui venit probãdus, alij teſtes neq; actu neq; habitu poſſunt haberi:prout eſt in crimine hæreſis ſeu coniurationis, aliorũve delictorum,quorum mos eſt, quod ſemper ſolent clàm & occultè perpetrari:& non in alijs delictis, vt puta in homicidio,vel iniuria, vel violentia: in quibus delictis habitu multi teſtes poterant interuenire, ſed actu non interuenerũt,niſi teſtes infames, vel mulieres,vel alij minus idonei: tunc tales teſtes in ſubſidium non reputãtur idonei.Ita dixit ſing.Anto. de Butrio in.c. tertio loco de proba. quem ibi Feli.nota.4. ſequitur: & in cap.de cætero.num.5.de teſti.Abb.in.c.fin. nu.2.de teſti.cogen. Iaſ.in.l. cunctos populos.lectu. prima. in fine.& in.2. lect.nu.50.C.de ſumma Trini.& fide catho. Alex.conſi.64. viſo themate. vol.1.Decius conſi.310. viſis diligenter atteſtationibus.n.3.& conſi.342. in caſu partus ſuppoſiti,num.3.Hippo.ſing.73. incip. plures ſunt,& in.l. infans,nu.47. ff.de ſicarijs.Io. Berna.
2 Diaz. reg.759. incip. teſtes qui aliàs. pro qua concluſione eſt. ca.in literis de teſti.& cap.fi.de teſti.cogen.&.l. conſenſu.C.de repudijs: vbi in cauſa adulteri domeſtici admittũtur, quia clàm & occultè fieri ſolet:&.l. ob carnem.§. ſi ea rei conditio. ff. de teſti. vbi Arenarium teſtem vel ſimilem perſonam admittere cogimur: & ita intelligenda eſt iuris regula, quòd teſtes qui non ſunt idonei, in ſubſidium,quando alij teſtes non poſſunt haberi reputantur idonei:de qua.ca. veniens,in.2.de teſti.ca.fin. de teſti. cogen.c.tertio loco,de proba.c.cum dilecti. de electio.l. pen. C. de hære. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mili.Bald.in.l.quia liberi. C. de teſti. Iaſ.in.l.4.§.ſi tibi ob indicium.nume. 4.ff.de condi.ob turp.cau.Hippo.in

l.1.§.



l.1.§. diuus Antonius, in fine. ff. de quæſtio:& in conſi.61.poſt reditum, in fine.& conſi.102.incip: pauci ſunt dies.Feli.in cap.inſuper.num.7.de teſti.optimè Ioan. Igneus in rep.l.1.§. ſerui appellatione.ff.ad Sillani.Huic concluſioni proxima eſt alia iuris regula, quòd ratione difficilis probationis probatio minus idonea, habe-
3 tur pro legitima probatione.l. ſi vicinis.C.de nuptijs.l.filium,cum diffinimus. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iu.cap.maritis, de adulte.c. Michael, de filijs presbyterorum. Bart.in.l. de pupillo.§.ſi quis ipſi prętori.num.17. ff.de noui ope.nuncia.Bald.in.l. quicunque.num.24.C.de ſeruis fugi.& in authen. quas actiones, in fine. C. de ſacroſancta eccleſia.Iaſ.in.l. ſi quis ex argentarijs.§.prætor ait.num. 20. ff.de edendo:& in.l.cum ea.nume. 5. C. de tranſa. Petrus Gerar. ſingul.8. incip.nota quod in caſibus clandeſtinis.Hippoly.ſingul.primo, & in rub. C.de proba.num.8.ex quo deducitur decidendi ratio, ad. cap. cum in tua diœceſi,de vſuris: vbi probatur contractus eſſe vſurarius,ex præſumptionibus & argumentis, propter occultas fraudes quibus quotidie vtuntur vſurarij,ad exigendas vſuras, ſingul. l.regia prima.tit.2.lib.8.ordi.quę probat illos à quibus vſurarius habuit ad probandum contractum vſurarium, idoneos eſſe teſtes.dummodo ad eos nullum commodum pertineat:quod optimè declarat Feli.in cap.perſonas in fine de teſti.poſt Bald.in.l. dictantibus.C.de teſta.Roma. ſing.355. Didacus à Couaruu.lib.3.reſolu.cap.3. num.4.&.5.Hinc eſt quod dicit glo. ſingul. & expreſſius Angel.ibi,in authen.vt iudices ſine quoquo ſuffra.§. oportet.coll.2. quam allegat Hippo. in.l. lex Cornelia, nu.3.ff. de ſicarijs: & in conſi.61.poſt redditum. nu.33. quod adhibetur fides aliquibus, dicẽtibus pecuniam vel rem quampiam iudicibus dediſſe, vt venalem ſententiam proferant: quia iniqui iudices, non coram teſtibus vel tabellione, ſed clàm & occultè ſolent accipere: quam concluſionem veram eſſe opinatur Ange.ibi,quando ſunt alię prę ſumptiones contra iudicem:ſed.l.8. tit.15.lib.2.ordi. ſtatuit, quod ſi ſunt tres vel plures affirmantes aliquid iudici dediſſe, vt iniquam ſententiam proferat,huiuſmodi aduerſus iudicẽ eſt legitima probatio,vt iudex pœna ordinaria puniatur:de qua cõcluſione vide ſup.ſing.c.2.in.fi.vbi optimè.

## SINGVLARE CCIII.

TEſtibus ſeu atteſtationibus publicatis ſuper eiſdem articulis vel directo contrarijs, idem, vel alij teſtes non recipiuntur, vt euitetur ſubornatio.cap.fraternitatis.ca.cum veniſſet. cap. cauſamque in. 2. de teſti.Cle.fin.de teſti.l.37.&.39.titu.16. part.3.l.4.tit.11.lib.3.ordi. quod fallit in crimine hæreſis, in quo teſtes ſemper admittuntur, non obſtante publicatione, Arch.in.c.per hoc,in fine de hære.lib.6.Domini. in. c. vt officium.§.verum.eodem tit.& lib. Albert.in.c.1.q.16.nu.19. eo. tit. & lib. Ludo.Carrerius.de hære.nu.124. Villadiego.de hære.q.14.Feli.in.d.c.fraternitatis.num.10.Ponzimbius de lamijs,nume.73.Soci. in regul.498. incip.teſtibus publicatis.Falle.11. tum propter fauorem fidei,tum quia publicatio in crimine hæreſis ſecretè fieri ſolet: ideoque ſubornationis ſuſpicio ceſſat.Nonnullas fallen. ad regulam poſitam refert Feli.in cap.per tuas,de teſti.&in.d.c.fraternitatis,& Soci.in reg.503.incip.teſtes poſt publicationem,&.d.l.39.adde aliã in.c.

 cum

conſi.109.audito,& intellecto.num.
5. & in practi. crimi.§. expedita.nu.
82.quæ communis opinio,& glo.in-
telligenda eſt in cauſa ciuili:ſecus ta-
men in cauſa criminali vel ciuili ar-
dua, in quibus illud quod in fide te-
ſtium deficit, eorum numerus non
ſupplet:ita notanter dixit Bald. in.c.
ad noſtram,de proba.allegando.cap.
licet.§.quidam verò de proba. quod
ſequitur Feli.in.c. teſtimonium. nu.
5.de teſti.Decius in.d.c.licet cauſam
num.8.& in conſi.133.viſo proceſſu.
num.3.& Hippo. in locis retro cita-
tis: & in ſing.437.in cauſis:& ſingu.
477.incip.in teſtibus. Sed in crimine
hæreſis,quanquàm cauſa ſit crimina
li s & ardua, numerus teſtium defe-
ctum eorum & qualitatem ſupplet.
c.in fidei fauorem:ibi ex numero te-
ſtium de hære.lib.6.ita dicit Franciſ.
Squilla.de fide catho.cap.34. & Pala.
Rub.in ſua allega.hæreſis.§. fi.

## SINGVLARE CCII.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtes qui non ſunt idonei in ſubſidium, an reputentur idonei.*
2 *In cauſa adulterij domeſtici admittuntur.*
3 *Ratione difficilis probationis, minus idonea probatio habetur pro plena.*
4 *Qualiter probetur contractus eſſe vſurarius.*
5 *Qualiter crimen repetundarum aduerſus iudicem probetur.*
6 *An.l.8.tit.15.lib.2.ordi.intelligenda ſit ſecundum dictum Ange.ibi relatum.*

1 TEſtes qui alias non
ſunt idonei, in ſub-
ſidium reputantur
idonei:ſed non ſem
per, neque omni tē
pore,neque in qua-
libet cauſa:ſed tantum quando ex na
tura illius actus qui venit probãdus,
alij teſtes neq; actu neq; habitu poſ-
ſunt haberi:prout eſt in crimine hæ-
reſis ſeu coniurationis, aliorũve deli-
ctorum,quorum mos eſt, quod ſem-
per ſolent clàm & occultè perpetra-
ri:& non in alijs delictis, vt puta in
homicidio,vel iniuria, vel violentia:
in quibus delictis habitu multi teſtes
poterant interuenire, ſed actu non
interuenerũt,niſi teſtes infames, vel
mulieres,vel alij minus idonei: tunc
tales teſtes in ſubſidium non reputã-
tur idonei.Ita dixit ſing.Anto. de Bu
trio in.c. tertio loco de proba. quem
ibi Feli.nota.4. ſequitur: & in cap.de
cætero.num.5.de teſti.Abb.in.c.fin.
nu.2.de teſti.cogen. Iaſ.in.l. cunctos
populos.lectu. prima. in fine.& in.2.
lect.nu.50.C.de ſumma Trini.& fide
catho. Alex.conſi.64. viſo themate.
vol.1.Decius conſi.310. viſis diligen
ter atteſtationibus.n.3.& conſi.342.
in caſu partus ſuppoſiti,num.3.Hip-
po.ſing.73. incip. plures ſunt,& in.l.
infans,nu.47. ff.de ſicarijs.Io. Berna.
2 Diaz. reg.759. incip. teſtes qui aliàs.
pro qua concluſione eſt. ca.in literis
de teſti.& cap.fi.de teſti. cogen. &.l.
conſenſu.C.de repudijs: vbi in cauſa
adulteri domeſtici admittũtur, quia
clàm & occultè fieri ſolet:&.l. ob car
nem.§. ſi ea rei conditio. ff. de teſti.
vbi Arenarium teſtem vel ſimilem
perſonam admittere cogimur: & ita
intelligenda eſt iuris regula, quòd
teſtes qui non ſunt idonei, in ſubſi-
dium,quando alij teſtes non poſſunt
haberi reputantur idonei:de qua.ca.
veniens,in.2.de teſti.ca. fin. de teſti.
cogen.c.tertio loco,de proba.c.cum
dilecti. de electio.l. pen. C. de hære.
l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re
mili.Bald.in.l.quia liberi. C. de teſti.
Iaſ.in.l.4.§.ſi tibi ob indicium.nume.
4.ff.de condi.ob turp.cau.Hippo.in
l.1.§.



l.1.§. diuus Antonius, in fine. ff. de
quæſtio:& in conſi.61.poſt reditum,
in fine.& conſi.102.incip: pauci ſunt
dies.Feli.in cap.inſuper.num.7.de te-
ſti.optimè Ioan. Igneus in rep.l.1.§.
ſerui appellatione.ff.ad Sillani.Huic
concluſioni proxima eſt alia iuris re-
gula, quòd ratione difficilis proba-
tionis probatio minus idonea, habe-
3 tur pro legitima probatione.l. ſi vi-
cinis.C.de nuptijs.l.filium,cum diffi
nimus. ff. de his qui ſunt ſui vel alie.
iu.cap.maritis, de adulte.c. Michael,
de filijs presbyterorum. Bart.in.l. de
pupillo.§.ſi quis ipſi prętori.num.17.
ff.de noui ope.nuncia.Bald.in.l. qui-
cunque.num.24.C.de ſeruis fugi. &
in authen. quas actiones, in fine. C.
de ſacroſancta eccleſia.Iaſ.in.l. ſi quis
ex argentarijs.§.prætor ait.num. 20.
ff.de edendo:& in.l.cum ea.nume.5.
C. de tranſa. Petrus Gerar. ſingul.8.
incip.nota quod in caſibus clandeſti
nis.Hippoly.ſingul.primo, & in rub.
C.de proba.num.8.ex quo deducitur
decidendi ratio, ad. cap. cum in tua
diœceſi,de vſuris: vbi probatur con-
tractus eſſe vſurarius,ex præſumptio
nibus & argumentis, propter occul-
tas fraudes quibus quotidie vtuntur
vſurarij,ad exigendas vſuras, ſingul.
l.regia prima.tit.2.lib.8.ordi.quę pro
bat illos à quibus vſurarius habuit ad
probandum contractum vſurarium,
idoneos eſſe teſtes.dummodo ad eos
nullum commodum pertineat:quod
optimè declarat Feli.in cap.perſonas
in fine de teſti.poſt Bald.in.l. dictan-
tibus.C.de teſta.Roma. ſing.355.Di
dacus à Couaruu.lib.3.reſolu.cap. 3.
num.4.&.5.Hinc eſt quod dicit glo.
ſingul. & expreſſius Angel.ibi,in au-
then.vt iudices ſine quoquo ſuffra.§.
oportet.coll.2.quam allegat Hippo.
in.l. lex Cornelia, nu.3.ff. de ſicarijs:
& in conſi.61.poſt redditum. nu.33.
quod adhibetur fides aliquibus, dicē-
tibus pecuniam vel rem quampiam
iudicibus dediſſe, vt venalem ſenten
tiam proferant: quia iniqui iudices,
non coram teſtibus vel tabellione,
ſed clàm & occultè ſolent accipere:
quam concluſionem veram eſſe opi
natur Ange.ibi,quando ſunt alię prę
ſumptiones contra iudicem:ſed.l.8.
tit.15.lib.2.ordi. ſtatuit, quod ſi ſunt
tres vel plures affirmantes aliquid iu
dici dediſſe, vt iniquam ſententiam
proferat, huiuſmodi aduerſus iudicē
eſt legitima probatio, vt iudex pœna
ordinaria puniatur:de qua cõcluſio-
ne vide ſup.ſing.c.2.in.fi.vbi optimè.

## SINGVLARE CCIII.

TEſtibus ſeu atteſtationibus pu-
blicatis ſuper eiſdem articulis
vel directo contrarijs, idem, vel alij
teſtes non recipiuntur, vt euitetur
ſubornatio.cap.fraternitatis.ca.cum
veniſſet. cap. cauſamque in. 2. de te-
ſti.Cle.fin.de teſti.l.37.&.39.titu. 16.
part.3.l.4.tit.11.lib.3.ordi. quod fal-
lit in crimine hæreſis, in quo teſtes
ſemper admittuntur, non obſtante
publicatione, Arch.in.c.per hoc,in fi
ne de hære.lib.6.Domini.in.c. vt of-
ficium.§.verum.eodem tit.& lib.Al-
bert.in.c.1.q.16.nu.19. eo. tit. & lib.
Ludo.Carrerius.de hære.nu.124.Vil
ladiego.de hære.q.14.Feli.in.d.c.fra-
ternitatis.num.10.Ponzimbius de la
mijs,nume.73.Soci. in regul.498.in-
cip.teſtibus publicatis.Falle.11.tum
propter fauorem fidei,tum quia pu-
blicatio in crimine hæreſis ſecretè
fieri ſolet: ideoque ſubornationis ſu-
ſpicio ceſſat.Nonnullas fallen.ad re-
gulam poſitam refert Feli.in cap.per
tuas,de teſti.&in.d.c.fraternitatis,&
Soci.in reg.503.incip.teſtes poſt pu-
blicationem,&.d.l.39.adde aliã in.c.

cum clamor de teſti. quando teſtis primo obſcurè depoſuit alium ſing. caſum, in cap. ex tenore. eodem. titu. quando in continenti teſtes producuntur, vel quando de ſua defenſione ante publicationem inſtrui non potuit alium in cap. cum in tua diœceſi. eodem. ritu. quando prius teſtes fuerunt recepti in iudicio ſummario vel in cauſa criminali vel extra iudicium: alium caſum in ca. per tuas. eo. titu. quando non fuit recte facta publicatio, quē tex. bene declarat Hippo. in. l. 1. nu. 19. ff. de ſicarijs, alium in ca. cauſamque in. 2. de teſti. quando publicatio in certis capitulis tantum fuit facta: alium caſum, in. l. vnius. §. reus ſecundum vnam lecturam. ff. de quæſtio. in caſum, in cauſis criminalibus teſtes poſſunt recipi poſt concluſionem & publicationem teſtium, expreſsè Bart. in. l. diui. ff. de pœnis, & in. l. vnius. §. cogniturum. ff. de queſt. Hippo. in. l. 1. §. ſi quis vltro. nume. 4. ff. eod. tit, eſt tex. in. d. ca. cum in tua. Vbi gloſſ. & docto. nam in cauſis criminalibus ſuis defenſionibus quisnō poteſt renunciare, neque datur deſertio appellationis, neque vnquàm ſententia condemnatoria tranſit in rem iudicatam. Ana. in cap. de his in fine. de accuſa. tex. in. d. §. cogniturū. gloſſ. in. l. pactum inter hæredem. ff. de pactis. Hippo. in. l. vnica. numero. 144. C. de rap. virg. præterea alium caſum ad ſupra dictos ſcripſit. Spe. titul. de inſtru. edictio. §. fin. verſi. ſed pone, quem refert Alex. in auten. iubemus. col. 3. C. de iudi. Hippo. in. d. §. ſi quis vltro. num. 11. & in conſil. 1. nu. 75. videlicet quando teſtes ſunt legaliſsimi, omnique exceptione maiores, quia in eis ceſſat omnis ſuſpicio ſubornationis, adde alium, quando poſt publicationem teſtium, per facti euidentiam poſsit cōtrarium probari. Bald. in. l. ſi quis teſtibus, in fine. C. de proba. numero. 161. cum ſequētibus: alium quando atteſtationes ſunt perditæ, quòd iterum poſt publicationem teſtes ſunt examinandi. cap. fin. de proba. Spe. titu. de probatio. §. ſatis vtiliter. Hippo. in. d. rub. de proba. numero. 339. addendus eſt alius caſus, quòd iudex ex offi. ſuo poteſt teſtes in cauſa producere poſt publicationem. Bald. in. l. ampliorem. C. de appella. ſequitur. Alex. in. l. quarta. §. hoc autem iudicium. colūna tertia. ff. de damno. infecto. Barba. in cap. ad petitionem, nota. ſi. de accuſa. Hippo. plurima referendo in. l. prima. §. ſi quis vltro. numero octauo. ff. de quæſtio. & in conſi. 60. incip. ſermonem rectum. numer. 19. ac ita ex prædictis iuris profeſſores modo relati colligunt cautelam, quòd pars quæ vult teſtes producere poſt publicationem det nomina teſtium iudici, & ſe abſente & iudex ex ſuo officio illos producat, cum iudici nunquam ſit concluſum in cauſa. l. vbicunque. ff. de interro. actio. cap. iudicantem. 30. quæſt. 5. gloſſ. 1. in cap. fi. de confeſsis. glo. in cap. 1. vbi Francus. num. 4. eod. titu. lib. 6. c. per tuas. vbi glo. de teſti.

## SINGVLARE CCIIII.

### SVMMARIVM.

1 *Teſtes ſingulares in crimine hæreſis an probent.*

2 *Teſtes ſingulares regulariter non probant.*

3 *Quando ſunt teſtes ſingulares, dictum vnius debilitat dictum alterius.*

4 *Minus probant mille teſtes ſingulares quàm vnus.*

5 *Non defertur iuramentum habenti plures teſtes ſingulares.*

6 *Quando dicantur teſtes ſingulares.*

7 *Quando*



prædicatores, vel milites diui Iacobi. c. excommunicamus. 1. §. credentes. c. ad abolendā. §. fi. de hære. Anchar. in. c. vt officium. nu. 4. de hære. lib. 6. Gundiſſal. de Villa. de hære. q. 7. nu. 14. Iaco. Septi. in inſtitu. catho. c. 34. nu. 16. dicens: ita in practica fuiſſe iudicatum. Optimè Ludo. Carre. de hęre. §. verſa autem vice, num. 2.

## SINGVLARE CLXV.

### SVMMARIVM.

1 *Probationes ſint in criminalibus luce meridiana clariores.*

2 *Probationes quæ in ciuilibus ſufficiunt, in criminalibus non ſufficiunt.*

3 *Ex præſumptionibus indubitatis non poteſt poni pœna corporalis.*

4 *Ex præſumptionibus etiam violentis, non punitur pœna ordinaria delictum.*

5 *Ex pluribus præſumptionibus in ciuilibus fit integra probatio, ſed non in criminalibus.*

6 *An præſumptiones ſufficiant in crimine hæreſis ad condemnationem.*

7 *Ratione difficilis probationis, imperfecta probatio, pro plena habetur.*

8 *Declaratur dictum Innoc. in. c. ſicut de ſimonia.*

9 *In crimine hæreſis duo tantum teſtes ſufficiunt.*

10 *Teſtes eſſe oportet omni exceptione maiores.*

1 PRobationes in cauſis criminalib⁹ luce meridiana clariores eſſe debent. l. fi. C. de proba. l. ad dictos. C. de appella. cap. ſciant cuncti. 2. quæſt. 8. cap. Epiphanium. 5. q. vltima. l. 12. tit. 14. p. 3. l. ſing. 26. tit. 1. p. 7. & oportet probationes in criminalibus ita eſſe certas, quòd nō poſsit probabiliter aliud diſſuaderi. Ita Bald. & Sali. in. d. l. fin. eſt ſing. tex. in. l. qui ſentētiam. C. de pœnis: latè Ægidius Boſsius in pract. criminali. tit. de conuictis. num. 13. ideo præſumptiones quæ in cauſis ciuili-
2 bus ad condemnationem ſufficiunt, in criminalibus non admittūtur. Antoni. cap. quāto de pręſumptio. Abb. in cap. 2. eod. tit. Alex. conſil. 15. viſo proceſſu. vol. 1. Decius conſi. 175. in cauſa falſitatis, nu. 6. & in conſil. 189. incip. lætatus ſum nu. 3. quia pœna corporalis minima, maior eſt quacūque pecuniaria. l. in ſeruorum, in fine ff. de pœnis. Bart. in. l. 1. §. finali. ff. de pœnis. Hippol. in. l. 1. §. item diuus,
3 num. 6. ff. de ſicarijs. Hinc eſt, quòd ex præſumptionibus & indubitatis indicijs, non poterit iudex ponere pœnam corporalem, ſed pœnam pecuniariam pro delicto. Expreſsè Gandi. id tracta. malefi. rub. de præſumptionibus indubitatis, quæſtione prima, in fine dicens: quòd Bononiæ tēpore ſuo vidit per omnes doctores Bononiēſes practicari. Sequitur Ale. conſ. 115. in cauſa inquiſitionis, in fi. vol. 3. Cepo. in conſi. crimi. 6. veritas primi dubij. nu. 10. & cōſi. 32. Decius in. c. tertio loco. n. 12. de proba. hāc dixit eſſe communem opinionē Hipp. in certis delictis ibi exceptis in repe. rub. C. de proba. nu. 237. & reſpōdet ad. l. ſi qui adulterij. C. de adulte. & ad alia iura quæ videntur oppoſitū probare. Ideo dicit ſing. Inn. in. c. quia ve-
4 riſimile, in fine, de pręſumptio. quòd ex præſumptionibus etiam violentis & indubitatis nō eſt ponenda pœna ordinaria delicti, ſed alia minor. Allegat Inn. text. in. c. afferte de præſumptio. vbi Salomon ex præſumptione violētiſsima adiudicauit mulieri filiū ſuū: nō tamē voluit aliā ad mortē cōdēnare, ad quā iuſtè erat cōdēnanda ſi legitimè eſſet probatū contra eā, q



filium

filium alterius clàm ſurripuiſſet. l. fi.
C. ad. l. Flaui. de plagi. l. 1. & pe. ff. eod.
tit. Hoc dictum Inno. ſequitur Bald.
in. l. ſi fugitiui. num. 5. in fine. C. de ſer
uis fugi. & in. l. fi. C. de probatio. & in
l. 1. C. de his qui latro. occulta. Alex.
conſi. 15. viſo proceſſu. num. 10. vol.
1. Abb. in. ca. auditis, num. 32. de præ-
ſcrip. & in dict. cap. afferte, num. 6. &
in cap. quanto in princip. de præſum
ptio. Iaſ. in. l. vt vim, num. 13. ff. de iu-
ſtitia & iure. & in rep. l. admonendi,
num. 234. ff. de iureiuran. Decius in
c. tertio loco. num. 12. de proba. Idē
Decius in cap. cum venerabilis. nu.
20. de exceptio. & in. l. 1. lectura ſe-
cunda, nume. 60. ff. ſi cert. peta. & ibi
num. 63. hanc fatetur eſſe commu-
nem opinionem, ſequitur Hippoly.
in. l. 1. §. item diuus. num. 37. ff. de ſi-
carijs. Plenius in rub. C. de proba. nu
me. 241. & in. l. 1. num. 57. C. de ſica-
rijs: vbi aliqua ex prædicto dicto In-
no. infert. & Martinus Nauarrus in
c. ſacerdos. num. 163. de pœni. diſt. 6.
Boerius deciſione. 164. Lucas de Pe-
na. in. l. quicunq;. C. de apoch. publi.
lib. 10. & Franciſcus Brunus de indi-
cijs, quæſt. 4. primæ partis, colu. fin. &
Thomas Ferrarius cautè ſupra. num.
5. Thom. Gramma. in voto. 12. incip.
in cauſis accuſationis, num. 11. vbi id
ampliat habere locum in criminibus
quæ ſunt difficilis probationis: quod
contrarium tenuit Hippoly. in repe.
rub. C. de probatio. num. 237. & ſi in
cauſis ciuilibus ex aliquibus præſum
ptionibus & indicijs fiat vna integra
& perfecta probatio. gloſſ. ſingul. in
parte legitimis teſtibus, in. l. 2. ff. de
5 excuſa. tuto. gloſſ. in parte numerus,
in. l. 3. ff. de teſti. gloſſ. fin. in cap. cum
cauſam. de proba. gloſſ. in verbo, fa-
ma. in. cap. illud. de præſumptio. glo.
in parte dicta, in. c. literis, de præſum
ptio. glo. in verbo teſtis, in cap. cum
dilectus de ſucceſſ. ab inteſta. iuxta il
lud vulgare, ſingula quæ nō proſunt,
multa collecta iuuant. l. rationes. l. in
ſtrumenta. C. de proba. quòd magi-
ſtraliter declarat Bald. in. l. qui ſpado
nem. §. qui iura multa. ff. de excuſat.
tuto. Alex. conſi. 21. incip. repetitio-
ni in prin. & in conſi. 52. circa hanc.
num. 38. vol. 4. latè Hippoly. in repe.
rub. C. de proba. num. 309. cum ſe-
quen. in cauſis verò criminalibus, ex
pluribus indicijs & pręſumptionibus
non fit perfecta probatio. gloſſ. eſt
ſing. in verb. illorum. in cap. veniens
1. de teſti. Gandi. tracta. maleſi. rub.
de præſumptio. & indicijs. Hippoly.
in. d. rub. C. de proba. nu. 310. allegan
do. l. fi. C. eod. tit. & in conſi. 20. in hac
præſenti dubitatione nu. 48.
6 ¶ Sed ſpeciale videtur in crimine hæ
reſis, quòd indicia & præſumptiones
ſufficiunt ad condemnationem. l. 2.
in. fi. C. de hæret. ibi. qui leui argumē
to à fide catholica deuiat, hæreticus
eſt cenſendus. Ideo dicit ſing. Inno.
in cap. ſicut de ſimonia, quòd leuia ſi
gna ſufficiunt ad præſumendum ali-
quem hæreticum: ſed illa ſigna opor
tet plenè probari: ac ita intelligit In-
no. tex. in cap. literas de præſumptio.
idem probare videtur. cap. excom-
municamus. 1. §. fi. de hæret. ibi, cum
id certis indicijs apparuerit: & ibi gl.
inquit: nota, quòd per indicia proba-
tur crimen hæreſis. cap. cum contu-
macia de hære. lib. 6. vbi propter præ
ſumptionem quæ ex curſu anni cau
ſatur, verus hæreticus iudicatur. cap.
accuſatus, eod. tit. & lib. vbi quis ve-
rus relapſus dicitur, etiam ſi tempore
abiurationis delictum nō erat plenè
probatum. Ita per aliqua ex prędictis
iuribus tenuit Paulus Grillanus de
hæreticis, quæſt. 8. nu. 2. & quęſtione
7 decima teria in fine: quibus accedat
iuris regula: quòd ratione difficilis
proba-



probationis, minus legitima proba-
tio habetur pro plena probatione: vt
in delictis quæ clàm & occultè ſolent
perpetrari: prout eſt crimen hæreſis.
cap. maritis de adulte. l. ſi. vicinus. C.
de nuptijs. l. pe. C. de hære. Hanc re-
gulam tradit Bart. in. l. de pupillo. §. ſi
quis ipſi prætori. num. 17. ff. de noui.
ope. nuncia. Bald. in. l. quicunque. n.
24. C. de ſeruis fugi. & in auten. quas
actiones in fine. C. de ſacroſanct. ec-
cleſi. Iaſ. in. l. ſi quis ex argentarijs. §.
prætor ait. nume. 20. ff. de edendo: &
in. l. cum ea. num. 5. C. de tranſac. Pe-
trus Gerar. ſing. 8. incip. nota quòd in
caſibus. Hippo. in rub. de proba. C.
numer. 8.
¶ Cōtrariam verò ſententiam, quòd
non ſufficiunt ad probandum hoc
crimen indicia vel præſumptiones,
tenuit Ioan. de Imola. in Cle. 1. de hæ
re. Peru. in cap. accuſatus. num. 3. eo-
dem. titu. lib. 6. Oldra. conſil. 110. in-
cip. pro concordia in prin. gl. Abb. &
Feli. & magis communiter docen-
tes. in. d. cap. literas per tex. ibi. quòd
probationes in crimine hęreſis de-
bent eſſe luce clariores. Ioan. Nicola.
de hære. nota. 26. incip. & ſi in cri-
minalibus. Franciſ. Squillacen. de fi-
de catho. ca. 26. & melius. cap. 31. Pa-
la. rub. in allega. hæreſis. §. 12. in fine:
& Iacobus Septiman. in inſtitu. ca-
tho. cap. 49. nume. 14. & ca. 50. num.
6. qui omnes intelligunt & declarant
dictum Inno. quòd ſigna vel præ-
8 ſumptiones ſufficiunt: videlicet vt
procedatur contra hæreticum, ad
capturam vel purgationem inducē-
dam. Ita hodie decretum eſt in pri-
ma inſtructione Hiſpalēſi. c. 15. Ideo
dicitur in dict, cap. literas. de præſum
ptio. ex præſumptione quamuis ve-
hementi non debet quis de tanto cri
mine condemnari: & ad probandum
hoc crimen hæreſis, duo tantum te-
ſtes ſufficiunt. Ioan. Andr. & Domi.
in cap. vt officium. §. verum. Vbi Pe-
ru. num. 3. de hære. li. 6. Cardi. in Cle.
1. eodem. titu. Gundiſſal. de Villa. de
hære. quæſt. 13. nume. 9. Syluester. in
ſua ſumma, in verbo hæreſis. 2. quar-
ta quæſt. Carrerius in practi. numer.
126. & Alphonſus Guerrero in the-
ſauro religionis Chriſtianæ. titul. de
hæreticis. nume. 20. Hanc dixit com
munem, Iacobus Septiman. in inſti-
tu. catho. ca. 50. nume. 3. & Nicolaus
Boerius deciſione. 342. incip. & vide-
tur, vbi magiſtraliter: & Ægidius Boſ
ſius, in practi. titu. de hære. numer. 4.
contra Hoſti. tit. de hære. §. qualiter.
verſi. vt autem, dicentem: duo teſtes
in hoc crimine non ſufficere: & me-
retur Hoſti. reprobari, quia caſus iſte
non videtur exceptus ab illa regula
diuini & humani iuris. In ore duorū
vel trium eſt omne verum. ca. in om-
9 ni negotio. ca. licet vniuerſis. de te-
ſti. ca. cum eſſes. de teſta. ad quod fa-
cit optima. glo. in ca. præſul. 2. quæſt.
5. quod Romanus Pontifex poteſt
conuinci per duos teſtes de crimine
hæreſis, quam dixit ſing. Abbas. in ca
pit. tertio loco. nume. 6. de proba. &
in cap. quotiens. in prin. & in cap. ſu-
per eo, in. 2. nume. 2. & in ca. licet vni
uerſis. in prin. de teſti. & in cap. cum
eſſes in rep. num. 16. de teſta. & in ca.
1. nume. 5. in fine. de procura. & An-
toni. Cor. ſing. incip. Papa poteſt: &
Decius conſi. 100. in cauſa inquiſitio
nis, in prin. & Ægidius Boſſius in pra
ctica criminali. titul. de confeſſis, in
prin. & in tit. de hæreticis. numer. 5.
& repertorium inquiſitorum, verb.
10 teſtes. §. per quos, & Berna. Diez de
Luco. in practi. cano. cap. 120. in fine
& tales duo teſtes eſſe debent omni
exceptione maiores. c. in primis. 2. q.
1. glo. & doct. in cap. at ſi clerici de iu-
di. nam in hoc crimine de maiori pre

 iudi-

iudicio agitur,quàm in alijs criminibus,propter grauiores pœnas:& propter propriam & ſuorum,atq; deſcédentium,& cognatorum infamiam Ioan. Lupus allega. hæreſis. §. 13. & Albe.in.c.1.q.16.nu.25.de hære.li.6.

SINGVLARE CLXVI.

PRobatio in contrarium non admittitur contra prǽſumptionem iuris:& de iure.l.ſi qui adulterij.C.de adulte.l.antiquę.C.ad Velleia.l.fi. C. arbi.tute.gloſſ.fi.in.l. ſiue poſsidetis. C.de proba.gloſſ.ordinaria in cap.is qui fidem de ſponſa.glo.in.cap.ferrũ 50.diſt.glo.in cap.fraternitatem. 54. diſt.regulam:&.9.fallen.ſcripſit Soc. reg.384.incip.probatio in contrariũ Latè Iaſ.poſt antiquos in.l.2.num.6. cum ſequent.C.qui teſta. face. poſſ. Plures effectus huius præſumptionis refert Hippoly. in rub. C. de proba. nu.72.cum ſequenti. & in ſing. 116. incip.præſumptio. inter quos ſingu. & maximus effectus eſt,quòd condẽnatus ex prǽſumptione iuris,& de iure,non poteſt appellare. Ita tenuit Bald.expreſſè in.l.ſi quis adulterij.C. de adulte.& in.l.quædam mulier. ff. fami.Herciſ.Hippo.in rub.C.de proba.num. 245. quia habetur pro confeſſo & conuicto, ideo non auditur appellans.l.2.C.quorum appella. nõ recipi.& præſump tiones iuris, & de iure ſunt liquidiſsimę probationes.l. ſi tutor petitus:& ibi gloſ.fi.C.de peri.tuto.& cura.l.licet Imperator. vbi latè Iaſ.ff.de leg.1.ſed in crimine hæreſis probatio in contrarium admittitur contra prædictam præſumptionem,vt docuit Domi. & Franc. in.c. filij vel hæredes de hæret.lib. 6. Iaco. Septi.in inſtitu.cathol.cap. 50.in fine,vbi exempla huius rei ſubijcit:& quando teſtes ſunt legaliſsimi, omnique exceptione maiores admittuntur, contra præſumptionem iuris,& de iure.Anto.de Butrio.in cap. vidua.de regula.Hippoly.in.l. 1. §. ſi quis vltro.nume. 11.ff.de quæſtio. & conſil.1.numer.77. idemque dicendum arbitror in caſu.l.1.titu.3.lib.3. ordin.quòd qui intra nouem dies litem non conteſtatur, habetur pro confeſſo: quod in illo caſu admittatur probatio in contrarium: veluti ſi aliquo iuſto impedimento erat impeditus.Ita tenet Bal. tanquàm ſi dictam legem regiam vidiſſet, in.l. ita demum,in fine.C.de procura. Paul. Ange.& Sali.in.l.2.& ibi Iaſ.num. 6. C.qui teſta.face.poſſ. Decius in. c. 2. in princ.de proba. vnde dicit Ange. in.l.ſi debitor.ff.de indi.Bar.in.l. fin. §.1.poſt gloſſ.ibi.ff. de appella. Abb. in.c.1.num.26. vt lite non conteſta. quòd ſi in aliquo ſtatuto cautum eſt, quòd non comparens habeatur pro confeſſo, quòd poterit appellare: quod quippe optimum remedium eſt ad.d.l.1.tit.3.lib.3.ordi.

SINGVLARE CLXVII.

PRobantur ea quæ domi fiunt per illos quæ ſunt de domo vel de familia.l. conſenſu. §. ſuper plagis. C. de repu.l.interrogati. C. de quæſtio. l.ſi quis in graui. §. ſi pupillus. ff. ad Silla.c.veniens.in.2.de teſti.cap.tertio loco,vbi gloſſ.in verbo iurati. & docto.de proba. Bald. in.l. parentes. C.de teſti.Bart.in l. quotiens, nume. 2.C.de naufrag.libr. 11. Iaſ. in.l. ſed & ſi quis.numer.4.ff.ſi quis cauſ. Feli.in. cap. in literis, numer. 6. de teſti. Hæc enim melius ſciunt domeſtici & familiares quàm extranei: ideo dicit Bart. in. dict. l. quotiens quòd



SINGVLARE CCVI.

TEſtis qui contra aliquem teſtimonium protulit, ſi poſtea in articulo mortis illud reuocat, dicens falſum dixiſſe,priori teſtimonio ſtandum eſt.l. ſi quis graui. §. ſi quis moriens.vbi Bart.ff. ad Sillania. Bald. in aut.ſi dicatur.col.2.C.de teſt. Abb.& Decius in.c.per tuas.de proba. Feli. in.c.literas.num.20. de præſumptio. & in.c.exhibita.de homi.latè Hippo. in pract.crimi.§.reſtat. num. 3. quod probare videtur.l.1. §. ſi quis non ab aliquo.ff.de Carbo. edicto.&.c.ſicut. de teſti,& l.26.&.l.30.titul.16.par. 3. quia quòd quiſq; ſua voce dilucidè proteſtatus eſt, in eundem caſum proprio teſtimonio non valet infirmare.l. generaliter.C. de non nume. pecunia.c.per tuas,de proba.Hippo. ſing.257.incip.nemo audiendus eſt: non omnis moriens,eſt ſanctus Ioannes Euangeliſta,etiam ſi corpus Chriſti accipiat,vt dicit Bart.in.d.§.ſi quis moriens,& Iaſo.in.l.1.nume.16.ff.de eo per quem factum fue.Hippoly.in practi.crimi.§.reſtat.num.11.& non ſemper præſumitur quòd quis dicat verum in articulo mortis.l. qui teſtamentum.ff. de proba. l. rationes. C. eo.tit.glo.in verb.tam graue.in. c. literas de præſumptio.& quia primum iuramentum fuit ſolenne:& teſtimonium dictum fuit cum iuramento & coram iudice:& poſterius minus ſolenne & ſine iuramento.c.tuis. de teſti. Sed in cauſis hæreticæ prauitatis poſteriori teſtimonio ſtatur, tenuit Hippoly.conſi.109.audito & intellecto.num.31.vbi ita conſuluit:& Curci.ſenior conſi.69.& Iaco.Septi. in inſtitu.catho.c.62.num. 30. quod intelligit & declarat quando ſecundum dictum iuuatur aliquibus coniecturis & indicijs veriſimilibus: & exprimit cauſam probabilem ſuæ reuocationis:quę omnia bene probantur in c.accuſatus.§.licet.de hære.lib. 6. teſtis enim magis timet offendere in articulo mortis maieſtatem diuinam, quàm humanam, præſertim quòd nullus præſumitur maximè tempore mortis immemor ſuæ ſalutis.l. fin. C.ad.l.Iuliã.repe.c. ſancimus. 1. q.7. & in.cap.in noſtra.de procu. ibi, non eſt veriſimile quòd ſuæ ſalutis obliti. notatur in glo.in.c.mulieri de iureiu ran.& glo.in.ca.ſicut nobis de ſen.ex com.alia.in.d.c.literas.

SINGVLARE CCVII.

TEſtis qui iam ſuper aliqua cauſa fuit examinatus,& ſuper eadem cauſa vel capitulo ex illa pendente iterum examinatur, ne in dicto ſuo variet,vel vacillet,poteſt ſe ad primũ dictum referre, vel iudici petat primam teſtificationem ſibi exhiberi. Ita Bart.in.l.eos qui diuerſa,nume.6. ff.de falſis:allegãdo.l.ſi exhibuiſſent. §.2.ff. de publi. dicens hoc eſſe optimum conſilium iudici:& in.l. legata inutiliter.ff.de lega.1.Bald.in.l. ſolã, num. 5.C.de teſti.allegando.l. fundi Trebatiani.ff.de vſu.lega. vbi iuriſcõſultus Sceuola inquit, reſpondeo vt iam reſponſum eſt.Idem Bald.in.l. iuriſiurandi,in princip.& in.l.fin.nu.7. C.de teſti. Ancharr. in cle. fi. in fine, de teſti.Alexand.conſil. 56. viſo proceſſu.col.2.vol.2.latè Hippo. in.l. ex libero homine, nu. 13. cum ſequen. ff.de quæſtio.& in.d.l.eos qui, nu. 4. Sed in crimine hæreſis teſtes debent iterum ſuum dicere teſtimonium, non oſtẽſo vel exhibito priori dicto. Ita Iaco.Septi.in inſtitu.catho. c. 62. in fine,allegando Boeriũ, deciſi. 108. quod ſatis inhumanum meo iudicio eſſe arbitror:nam ſi longum tempus

pus eſſet elapſum, iam primæ atteſtationis teſtis eſſet penitus oblitus: cum labilis ſit hominum memoria.l.2.§.ſi quid autem.C.de vete.iure.enucl ean. c. porrecta de confir.vti.vel inuti.c.præterea.23.diſt.ideo cautus teſtis ſequatur conſilium Bart. in. d.l. eos qui: quod ille dicat quòd ſi apparuerit aliter dixiſſe in alia examinatione quã hic: quòd extunc corrigit dictum ſuum, & illud reducit ad primum dictum: cum illo tempore melius huius rei erat memor, ne reatu periurij teſtis inuoluatur.

## SINGVLARE CCVIII.

TEſtium publicatio in crimine hæreſis publicè facienda non eſt.c.fin.§.pen. de hære. lib. 6. propter rationem ibi poſitam: quem tex. in hoc bene declarant Anto. & Abb. in.c.præterea.in.2.de ſponſa. & Gundiſſaluus de Villa.de hæret.q. 14. Alphonſus Guerrero in theſauro religionis Chriſtianę.tit.de hęrè.nu.20. Ludoui.Carre.de hære. §. verſa autẽ vice,num.10.hodie verò in prima inſtructione Hiſpalenſi cautũ eſt,quòd depoſitiones teſtium publicentur, & earum copia detur reis, ſuppreſſis quibuſdam circunſtantijs,ne eorum vel accuſatorum defenſio pereat & Inquiſitores hæreticæ prauitatis diligenter inquirant de vita & moribus teſtium,& eorum legalitate.

## SINGVLARE CCIX.

TOrqueri nõ poſſunt propter delictum milites, ſeu decuriones, doctores,nobiles,ſeu patricij,qui vulgari nomine filij dalgo nuncupãtur. l.milites.l.diuo Marco.l. decuriones. C.de decurio.l.3.§.pœna militum.ff. de re mili.l.24.tit.21.p.2.l.2.tit.30.p.7.l.4.&.5.tit.2.lib.4.ordi.neq; aduocati torquentur.Bart.per tex.ibi,in.l.1. C.de aduoca.diuerſ.iudi.bene Iaſ. in l.miles,nu.9.ff.de re iudi.vſq; adeo id verum eſt,quòd conſuetudo in contrarium, quòd nobiles torqueantur, eſt nullius momenti:tex.eſt ſing.quẽ ibi,notat Bart.in.l.omnes iudices.C. de decurio. libr. 10. quem dixit eſſe ſing.Roma.ſingu.488.incip. milites: & Hippo.in.l.edictum,nume.3.ff.de quæſtio. & etiam finita illa dignitate propter memoriam & veſtigia pręſtitæ dignitatis prædictæ perſonæ nõ torquentur.l.nihil.C. de quæſtio. & dict.l.diuo Marco. Bart. in .l.1. C. de aduoca.diuerſ.iudi. Hippoly. ſingul. 107.incip.priuilegium dignitatis: & ſingul.179.incip.viget communiter: & ſi de facto tales perſonæ prohibitæ torqueri torquentur,eorum confeſſiones in nihilum eis pręiudicant: etiam ſi ſuperueniat ratihabitio.glo. eſt ſingu.in.l.pen.ff.de quæſtio. quã ſequitur Bald.in.l.Imperator,in.2.ff. de ſta.homi.Hippolyt.in. l. edictum, num.17.ff.de quæſtio. vbi alios allegat. Sed omnes prædictæ perſonæ prohibitæ torqueri, & aliæ ab Abb. relatæ,in cap.cum in contemplatione,de reg.iuris,& in.l.2.titul.30. par. 7. poſſunt in crimine læſæ maieſtatis,& in crimine hæreſis torqueri.l.4. C.ad.l.Iuliam. maieſta. l. & ſi excepta.C.de male. & mathe.l.24.tit.22.p. 2. Ange.in tracta.maleſi.in verbo fama publica.verſic.6.quæro. Otalora de nobilitate.5. parte princip. c. fin. num.4.Carrerius de hære. §. circa igitur,nu.4.Iacob. Septi. in inſti. catho. c.63.nu.26.in quo loco inquit, quòd in hoc crimine pronior eſſe debet iudex ad tormentum: quia occultum, & tortura fieri debet, prout in alijs delictis: & dari debet defenſionis copia reo, antequam ſubijciatur torturę: dato termino intra quem inquiſitus indicia purget.Bart.in.l. fin. nu. 8.ff.de quæſtio.Hippoly.in.l. 1. nu. 5. ff.eod.tit. Gundiſſal.de hære.q.13.in prin. vbi de materia torturæ in hoc crimine: & latiſſimè Iaco. Septi.in inſtitu.catho.c.63.per totum.



## SINGVLARE CCX.

TAcens etiam ſi ſit præſens in re graui,vel in his quæ ſunt magni præiudicij, non videtur conſentire, ſed potius diſſentire. l. qui vas. §. vetare.l.ſi quis cùm ſciret. ff. de furtis. glo.in verbo electo,in cap. poſtulaſti de iure patro.Innoc. in. c. in Geneſi, de electio.gloſſ.& latè Feli.in.c.nonne de præſumptio.Bart.Imol. Roma. Alexand.& Iaſ.in.l.quæ dotis.ff. ſolu. matri. quia iuri ſuo in dubio non præſumitur quis præiudicare. l. cum de indebito.ff.de proba.l.ſi.C.arbi.tute. c.ſuper hoc de renuncia. Sed in odiũ hæreticorum videtur eſſe ſpeciale, quòd tacens videatur conſentire. c. 2.de hæret.vbi Abb.& Felin.& alij dicunt nota.caſum in quo fauore fidei taciturnitas nocet: vnde dicit Ioan. de Imo.in cle.1.de vſuris: & Franciſ. Squillacẽ.de fide catho.c.25.in prin. quòd qui interrogatus de fide tacet, neque affirmat neque negat,dicitur hæreticus.

## SINGVLARE. CCXI.

TRanſactio licita eſt ſuper crimine capitali,pœnam ſanguinis irrogante.l.transigere.C.de tranſa.c.ſi quem pœnituerit.§.in omnibus.2.q. 3.cap.fin.5.q.2.l.22.titu.1.part.7 natura quippe dictat, vt liceat vnicuique ſanguinem ſuum redimere.l. 2. ff.de bonis eorum qui ſibi mort.conſci. quæ l.22. in omnibus cum iure communi concordat, quòd non obſtante pace ſeu tranſactione facta cum ipſo vulnerato, vel cum hæredibus occiſi, iudex poteſt ponere pœnam ordinariam delicti.Bart. in. d.l. tranſigere.num.7.Bal.in.l.1.§.& poſt operis col.1. ff. de noui. ope. nuncia. quam dixit communem opinionem Gandinus,in tracta.male.rub.de trãſa.& alijs pactis in male.col. 4. neque his obſtant verba dictæ.l.22. ibi, no pueda recebir pena enel cuerpo: quę intelligi debent,id eſt, propter illam tranſactionem,ne videatur reus tranſigendo delictum confiteri: iuxta.l. in omnibus criminibus. ff. de præuarica.gloſſ.& docto.in.d.l. tranſigere: non tamen negatur in dict.l.22.quin reus poſſit pro delicto pœna ordinaria puniri: & iſte eſt bonus ſenſus ad dictam legem regiam: quam legem latius ibi, Villalpando in ſua re pet. explicat. Sed iam in regno Caſtellæ vſus obtinuit,quòd iudices ſolent.d.l. 22. interpretari,quòd nõ ponatur pœna ordinaria delicti,facta concordia vel tranſactione cum parte: & ita eſt conſuetudo quæ in pœnis ponendis ſeruanda eſt.glo.in.l.hodie.ff.de pœnis. glo.in.l.quid ergo.§.pœna grauior.ff. de his qui nota.infamia.Abb.in.c.inquiſitionis, nu.9. de accuſ. Finaliter ſpeciale eſt in crimine hæreſeos: quod quamuis ſit crimen capitale,& pœnam ſanguinis irroget, neutiquã tranſigere vel paciſci licet. Bald.in.l. accuſationem. C. qui accuſar. non poſſ.ſequitur Purpura.in. d.l. tranſigere: & Iac.Septi.in inſtit.catho.c.30 nu.7.& Ioan. Nicol. de hære. nota. 8. incip.opinor.dicens quòd talẽ offenſam nemo niſi ſolus Deus remittere poteſt: ad alia verò delicta, in quibus non eſt licita tranſactio refert tres cautelas Iaſo. quarum vna eſt, quòd fiat authoritate & licentia iudicis, vt accu-

accuſans vt calumnioſus non punia
tur:& accuſatus pro confeſſo non ha
beatur:& ita quotidie in practica ſer
uatur.l.fi.C.de abolitio.cap.fi.5.q.2.
glo.ſingu.in.d.§. aliàs.l. in omnibus,
Gandinus,vbi ſupra in rub. de tranſ.
colum.1.

## SINGVLARE CCXII.

VAſſalli liberantur ab omni fide
litate& obſequio ſuorum domi
norum ſi ipſi domini in hæreſim ma
nifeſtam ſint lapſi.c.excõmu. in. 1.§.
moneatur,&.c.fi.de hæret. vbi Ioan.
Andre.idem aſſeruit eſſe in ſeruis &
libertis: neq; id recuperant quamuis
eccleſię reconcilientur,prout ibi Car
di.Hoſti.& Abb. tenent, & Conrad.
Bru.de hære.lib.4.c.14.Iaco.Septi. in
inſti.catho.c.22.in fine,& Alphõ. Al-
uarez Guer.in theſau.religionis Chri
ſtianæ.tit.de hęre.nu.23.& Lud.Car
rer.de hęret §.nunc de pœnis.nu.30.
vbi debitor etiam cum iuramento li
beratur.

## SINGVLARE CCXIII.

VEndere res ſuas hæreticis prohi
bitũ eſt.l.Manichęos.C.de hæ-
re.c.excom.1.§.credentes:de hęre.c.
cum ſecundum leges.eod.tit.lib.6.l.
4.in fine.tit.26.p.7.Ioan.Nico.de hæ
re.nota.48.incip.nouit, vbi aliud ſpe
ciale ex hoc deducit:pro alijs verò de
lictis aliter eſt.l. poſt contractum. ff.
de dona.l.reo criminis.ff.de ſolu. ne-
que contrahere neq; negotiationem
aliquam cũ hæretico exercere licet.
c.ſicut.1.de hære. quia periculoſa eſt
hæreticorum conuerſatio,vt dicit di
uus Paulus Epiſtol.1.c.5:ad Corin.ne
que cibum cum eis eſſe ſumendum:
latè Conradus Bru.de hære.lib.6.c.1.
& Iaco.Septi.in inſtit.catho.c.11.de
cõmunicatione impiorum vitanda:
& eſt tex:ſing.in.ca. inter ſolicitudi-
nes de purg.cano.ibi,in pœna autem
familiaritatis illius quam cum hære.
ſcienter habuiſſe dignoſcitur, quòd
qui conuerſatur cum hæret.& eſt eis
nimis familiaris oritur ſiniſtra ſuſpi-
tio contra eum,taliter quod ſit neceſ
ſaria purg.ita per.d.tex.tenuit Hoſt.
in ſumma.tit.de hære. §. qualiter de-
prehendatur.nu.4.& Alphonſ. Alua-
rez Guer.in theſauro religionis Chri
ſtianæ.tit.de hære.nu.9.in. fin. & Al-
phonſus de Caſt.de iuſta hære. puni:
lib.2.c.17.optimè facit tex.in.c.nulli.
& in.c.repellantur.de accuſa.&.c.cũ
in iuuentute de purga.cano. ibi ab il
lius familiaritate ceſſando, & text.in
c.quorundam relatione.32.d.ibi. Im
moderatã teneat familiaritatem, &
ob id mala fama ei orta ſit,quia præſu
mitur quòd conuerſans cum aliquo
eius vitam& cõuerſationẽ agnoſcat.
c.poſtquã.de electio.c. quoſdã: &. c.
quanto de præſumptio.& talis præſu
mitur propter mutuã & aſſiduã inter
eos conuerſationẽ, prout ſacra ſcrip-
tura teſtatur Proue.13.qui cum ſapiẽ
tibus graditur ſapiens erit, & amicus
ſtultorũ ſimilis efficitur:&.c.22.Pro-
uerb.noli eſſe amicus homini iracun
do,neq; ambules cum viro furioſo,ne
fortè diſcas ſemitas eius: & cum ſan-
cto ſanctus eris,cum peruerſo peruer
teris:& Eccleſiaſticus.c. 13.dicẽs per
ſimilitudinem,qui tetigerit picem in
quinabitur ab ea,& qui cõmunicaue
rit ſuperbo induet ſuperbiam:& opti
mũ exemplum Saulis regis qui cum
prophetis prophetabat, & cũ iniquis
inſaniebat,prout eius narrat hiſtoria
1.lib.Reg.c.10.& ideo talis præſumi-
tur quiſq; quales ſunt hi,cum quibus
conuerſari ſolet: ac iuxta vulgatum
prouerbium,ſimiles cum ſimilibus fa
cillimè congregantur: ſimilitudo eſt
mater



mater amoris,beneuolentię & fami-
liaritatis:& æqualis æqualẽ delectat,
vt in veteri prouer.cicada cicadæ ca-
ra,& formica formicæ.Ideo à ſocieta
te & familiaritate eorũ tanquàm àpe
ſte fugiendum eſt:vt inquit tex.ſing.
in.c.& ſi Iudæos de Iudæis: ibi in no-
ſtrã familiaritatem admiſſi,nobis illã
retributionem impendunt,quã mus
in pera,ſerpens in gremio, & ignis in
ſinu,ſuis cõſueuerũt hoſpitibus exhi
bere:&.c.corripiantur,in.fin.24.q.3.
ibi,boni paſtoris eſt ſeparare ab oui-
bus ſanis morbidã,& eſt tex.egregius
literis aureis inſcribẽdus in. c. reſecã
dæ.24.q.3.verba ſunt diui Hieron. re
ſecãdæ ſunt putridæ carnes, & ſcabio
ſa ouis à caulis repellęnda:ne tota do
mus,maſſa,corpus,& pecora,ardeãt,
corrũpantur,putreſcant,& intereãt.
Arrius in Alexãdria vna ſcintilla fuit,
ſed quoniam ſtatim non fuit oppreſ-
ſus, per totũ orbem eius fama popu-
lata eſt.

## SINGVLARE CCXIIII.

VXor maritum ſuum,nec ecõtrà
propria autoritate ſine iudicio
eccleſiæ propter crimẽ vel aliam cau
ſam dimittere nequit. c. multorum.
35.q.6.c.ſæculares.33.quæſt.2.c.por-
ro de diuortijs: nullus enim in pro-
pria cauſa ius dicere poteſt,vt in rub.
& nigro.in.l.vnica. C. ne quis in ſua
cauſa iudicet,vel ius ſibi dicat.l.Iulia.
ff.de iudi.l.qui iuriſdictioni. ff. de iu-
riſ.omni.iudi.l.9.tit.4.par.3.
¶ Sed fauore fidei ſtatutum eſt,quòd
ſi vxor lapſa ſit in hæreſim, vel econ-
tra,& maritus remanet fidelis,poteſt
propria authoritate àb illa recedere.
ca.de illa de diuortijs.Gundiſſ. de Vil
lad.de hære.quæſt.15.nu.10.quia ta-
lis mutua cohabitatio eſt in cõtume-
liam creatoris.Hęreticorum conuer
ſatio & habitatio nimis periculoſa
eſt.ca.accuſatus.§.ille quoq;.de hęre.
lib.6.tradit Franc.Squillacen.de fide
catho.c.13.nu.3. ideo propter fami-
liaritatem cum hæreticis oritur ſini-
ſtra ſuſpicio, & eſt neceſſaria purga-
tio.cap.inter ſolicitudines.de purga.
cano. quia cum malo malus eris, &
cum peruerſo peruerteris. c. diffini-
mus.17.q.2.c.repellatur de accuſa.&
ſupra latiſſimè dictum. Sed abiurata
hæreſi & facta pœnitentia,cogitur ad
eam maritus redire, per pœnitentiã,
macula iam ſublata eſt.c. ferrum.50.
diſt.c.quod autem.32.q.1. omitten-
dum non eſt quòd ſing.dixit. Rapha.
Cuma.conſi.175.incip. Domina An-
driola. in fin. quem ſequitur Decius
conſi.530.incip.viſo puncto.num. 4.
quòd ſi maritus tenet concubinam,
poteſt vxor vel eius conſanguinei pe
tere ſeparationem tori, & dotem re
petere:& lucratur donationem pro-
pter nuptias,quod eſt ſatis notãdum,
ad quod eſt tex.vbi docentes,in.c. fi.
de adulterijs.

## SINGVLARE CCXV.

VXor hæretica non gaudet pri-
uilegijs conceſſis mulieribus
dotatis,de quibus in.l.1.&.l.aſſiduis.
C.qui potio.in pig. habe. vt habetur
in.l.1.& in aut.item priuilegiũ.C. de
hæreti. Archi.in cap.1.4. quæſtion.1.
Bald.in rub.de priuil. doti. & Balbus.
de dote.11. parte. 3. membro. diffe-
rentia.21.Carrerius.de hære.§.nunc,
de pœnis. numero. 9. vbi affirmat
idem eſſe de beneficio Velleiani, &
de Macedoniano, reſpectu filij fa-
milias hæretici,ideo ſub hoc ſingula-
ri multa in hoc crimine ſingularia re
feruntur.

FINIS.

SALMANTICAE.
Ex officina Ildefonſi à Terranoua & Neyla.
M. D. LXXXI.

# INDEX OMNIVM RERVM, QVÆ IN HAC EPITOME continentur, ordine Alphabetico diſtributus.

A. 1. Columnam. b. 2. notat.

A.

ABſens hæres contra fiſcum an ſit audiẽdus.cap.34.nu.16.pag.209.a

Actionem habens ad rem ipſam rem habere videtur, & an iura & actiones ſint tertia bonorum ſpecies.cap.30.nu.17.&.18.pag.185.a

Actus nõ ponitur in aliquo eſſe niſi potentia præcedat actum.capi.23.nu.25.pag.142.a

Actus agentium non operatur vltra eorum intentionem.capit.7.nu.28.pag.42.b

Adoptiui filij ſimul cum legitimis ſuccedunt.capit.13.numero.8.pagin.76.a.

Adoptiuus originem patris naturalis non amittit & domicilium,nomen, & arma adoptantis conſequitur.capit.17.numero.14.&.15.pagin.90.a.

Adoptiui non excludunt ſubſtitutum.cap.17.nu.30.pa.92.a

Adoptiui in omnibus bonis abinteſtato ſuccedunt.cap.18.numero.2.pagin.92.b

Adoptiui de iure regio cum legitimis non ſuccedunt.capi.18.numero.2.eadem pag.

Aduentitia bona viuente patre alienare filius prohibetur.capit.7.numero.60.pagina.47.a.

Adulterium vxoris facit eius bona publicari.capit.7.numero.24.pagin.42.a

Adulterij pœna eſt mors.capit.15.numero.26.pagina.84.a.&.capit.26.numero.30.&.32.pagina.162.b

Adulterorum filij abominatio ſunt domino.capit.20.numero.6.pagina.99.b

